6
14 N
9

6. 4 N. 9

PETRI VICTORII COMMENTARII IN LIBRVM

Demetrii Phalerei de elocutione

POSITIS ANTE SINGVLAS Declarationes Græcis vocibus Auctoris: iisdemque ad verbum Latine EXPRESSIS.

ADDITVS EST RERVM ET VERBORVM MEMORABILIVM INDEX COPIOSVS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Cum PII IIII. Pont. Max. COSMI Medicis Florentinorum Senensiumq; Ducis, & Alphonsi Ferrariensium Ducis, priuilegiis ampliss. per decennium.

63

FLORENTIAE
In officina Iuntarum, Bernardi F.
MDLXII.

ALEXANDRO FARNESIO
S. R. E. CARDINALI
VICECANCELLARIO.
PETRVS VICTORIVS S. P. D.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA V. EMANUELE

NESCIO quomodo factum sit FARNESI amplissime, ut ego qui tibi omnibus in rebus praesto esse cupio: quique dignitatem tuam & decus semper ante oculos habeo, tam diu tibi quod debebam soluere procrastinarim: nec multo antea, ut decebat, aere hoc alieno me liberarim, praesertim voluntarius debitor, & qui nulla necessitate coactus olim fidem meam obligaui, & quasi me tibi obtuli. Statui igitur in eo, quod tueri nulla ratione valeo, non diutius commorari. vnum tantum affirmare possum ac vere praedicare, negligentia id mea commissum non esse, quod multis modis probarem. nam quanti merito apud me sis, & quàm cupiam amplitudini tuae in hoc etiam genere satisfacere, interiecto hoc & tanquam medio tempore alio genere monimentorum meorum declaraui. hoc igitur relicto, ecce tibi DEMETRIVM, quem diu optasti: vndeq; olim tot tantasq; puras voluptates hausisti: ecce inquam Demetrium cura diligentiaq; mea explanatum, ac pulsa inde multa caligine obscuritateq;, vt arbitror, valde illustratum. Sed quid ego dico tibi. quum olim ex me eadem haec accurate cuncta explicante acceperis: ac fortasse etiam aliquando meliora: fit enim quandoque vt in dicendo: interpretandoq; subito non nulla occurrant, quae restincto illo ardore animorum, quum aliquis domi meditatur, nunquam in mentem veniunt. cuius ego rei satis, ac plus etiam quàm vellem, peritus sum. sed alio etiam pacto non omninò apte idem dictum fuit: neque enim nunc Demetrius litteris explicatus diuulgatusq; tuus est, sed omnium, quamuis tuo nomine valde commendatus sit: tuq; hoc profecto voluisti. qui postquam me habere in animo hoc facere cognouisti, nunquam cessasti me hortari, vt ad hoc opus aggrederer, ac saepe stimulum aliquem admouisti: neq;

enim eiusdem animi voluntatisq́ vllo pacto es, cuius cognominis tuus fortunatissimus iuuenis quondam fuit: nec tanta cupiditate cuiusuis honoris adipiscendi præceps fereris, qui iniquo animo tulit doctorem suum, eruditissimum virum, ea edidisse, quæ sibi uni olim patefecerat: scientia enim quoq; earum rerum, non imperio solum ac potestate ceteris omnibus antecellere cupiebat. cui scilicet potentissimo iuueni, vt nomine, ita quoq; alijs rebus tu multo magis similis es, quàm ego illi, cuius ipse id factum eo tempore non probauit, vllam in partem par aut similis sum. nec tamen hoc proferre alienum fuit, quod alioqui plurimum quadrat. Quod si etiam minime à te excitatus, vt hanc curam susciperem: laboreq́ ac vigilijs meis, vt facile ab omnibus legi & intelligi Demetrius posset, efficerem, quærendus aliquis fuit, & ex omni numero principum, beatorumq́ hominum eligendus, cui hoc munus maxime conueniret, tu in primis is eras, cui & ipsum & multo etiam maiora summorum ingeniorum opera mittenda forent: vt enim omittam FARNESIAE domus splendorem: auiq́ tui egregiam voluntatem: semperq́ paratum animum ad omni genere liberalitatis optimarum artium studia adiuuanda, quis nescit quanto studio tu semper ornaris doctos & eruditos viros: & quantopere dignitas eorum commodaq́ curæ tibi fuerint. nec tantum quum viuente adhuc PAULO III. optimo sapientissimoq́ sene, neque satis vnquam laudato pontifice: florentibusq́ tuis rebus, concursus ad te cunctorum litteratorum fiebat: eorumq́ omnium qui in aliqua honesta arte ceteris præstabant, quibus omnibus præsidio eras: in eosq́ alacri animo gratiam tuam benignitatemq́ conferebas, sed etiam reliquis temporibus ac duriore quoq́ tua fortuna: nunquam enim destitisti fouere optima studia: semperq́ domus tua plena fuit eruditorum hominum, & in omni genere litterarum magnopere celebratorum. possem ego multos appellare, qui verum esse quod dico facile testarentur, è quorum numero non pauci mortui sunt: si mortui illi dici debent, qui propter clara ingeniorum suorum monimenta perpetuo viuent: nec vlla vnquam temporis obliuione obruentur. possem etiam non paucos nominare superstites adhuc, & qui gloria sua, summaq́ dignitate, quam sibi, & in studijs poetarum, & in alijs optimis artibus pepererunt, viui adhuc perfruuntur. sed quia hæc cuncta certa & explorata sunt: neque vt notiora planioraq́ fiant, egent testimonio alicuius, ut neque etiam quanta sit animi tui magnitudo, & in hac parte laudis promouenda voluntas egregia, verbum de hoc amplius non addam. Non potest igitur non magnopere consilium meum probari, qui omnino volui vt beneficium illud, quod ex te ortum esset,

ad te

ad te etiam rediret, & in tuo praeclaro honestoq́ nomine acquiesceret: vnde quoque plurimum amoris ac gratiæ sibi conciliaret. Quum autem soleant qui huiuscemodi aliquid faciunt: librosq́ suos mittunt ad claram quampiam, illustremq́ personam, occasionem illam nacti loquendi de uita factisq́ eorum, ipsos verbis ornare ac summis laudibus in cælum ferre (quod ego quoque alias feci, ac vere semper moderateq́ feci) cur id hoc tempore non faciam certa causa est: quum enim virtus tua in illustri maxime loco posita sit, ac tanquam in theatro quodam totius orbis versetur, non eget oratione præconioq́ alicuius, vt magis clara insignisq́ fiat, & exemplo cognita perceptaq́, prosit. non potest etiam eadem vllo pacto latere, quum omnium oculi iam pridem in eam conuersi sint. quare potui sine damno vllo laudum tuarum omni hac oratione supersedere, vetusq́ hoc institutum vtileq́, (si quis recte id modiceq́ gerat) non seruare. Quod vero facit ad opus ipsum celebrandum: bonaq́, quæ inde capi possunt ostendenda, seorsum id infra à me diligenter tractatum est. non est igitur quod amplius, munere iam omni meo expleto, dignitatem tuam remorer: occupatamq́ illam in his rebus diutius teneam. Si vero non potui quod pollicitus sum perficere: nec omnino hoc opus explere, id ab ingenij mei tenuitate & minime exquisita rerum harum doctrina profectum est. cura certe & diligentia non defuit. quam etiam vtramque rem multum exacuit studium, quo valde hoc toto tempore incensus fui tibi placendi: munusculumq́ hoc ita concinnandi, ut non indignum persona tua, ad quam peruenturum erat, omnino foret. venia autem illi digni videntur, qui nulli labori parcentes non male penitus, negligenterq́ quod susceperunt, effecere, quamuis numeros omnes illius rei propter difficultatem operis non impleuerint: nec fastigium ipsi, vt optabant, imposuerint. Vale. teq́ communi spei bonorum conserua. Florentiæ vi. Id. Sext. MDLXII.

PETRVS VICTORIVS LECTORI.

MVLTI & magno ingenio doctrinaque præditi viri artem dicendi ornarunt, iam à primis illis Corace & Tiſia, qui quaſi inuentores ipſius, ac patres extiterunt: nec apud Græcos ſolum, verum etiam apud Latinos: in quorum moribus & inſtitutis eloquentia maxime floruit ac ſummos honores præmiaque adepta eſt. Cum autem & præceptis illorum inſtructi: & naturæ bonitate adiuti, non pauci in foro iudiciisq; pulcherrime ſtetiſſent, ac reliquas partes huius facultatis eximie tractaſſent, vt pares illi inter ſe in eo fuere, quod reliquis omnibus in dicendo plurimum præſtiterunt: ac longo interuallo poſt ſe illos reliquerunt, ita non parum diſsimiles inter ſe extitere, quod alii aliud genus orationis amauerunt. ipſorum nanq; non nulli, ampli & ſplendidi fuere, atq; omni genere ornamentorum redundantes: alii contrà exiles tenuesq;: qui tamen & ipſi in illa ſua gracilitate placuere: & non paucos eximios ſui amatores nacti ſunt. Fuerunt etiam qui medij inter hos extitere, & quaſi temperati ex illis, qui & ipſi è cauſis, concertationeq; omni verborum non illaudati diſceſſere. vt præterea quidam lenes ac moderati: alii vero grauos ac vehementes fuere: multisq; aliis huiuſcemodi diſcriminibus inter ſe diſtincti. Has igitur formas dicendi & quaſi figuras quaſdam, plures diſerti & eruditi viri verbis deſcripſere, qui ſane inter ſe de numero etiam ipſarum diſſenſerunt. non nulli præterea ipſorum, quam optimam omnium eſſe iudicarent, oratione ſua explicuerunt: & in ſummo oratore fingendo vim omnem ingenii ſui conſumpſerunt, reliquis aut præteritis aut leuiter demonſtratis. hoc certe videtur argumentum fuiſſe Ciceronis, cum rogatus à M. Bruto vt id faceret, de optimo genere orationis ſubtiliter, copioſeq; diſſeruit: ac ſummum perfectumq; oratorem informauit. Idem etiam efficere voluiſſe Dionyſium Longinum apparet, qui inſcripſit librum ſuum, in quo de excelſo loco inter oratores diſputauit, περὶ ὕψους: ac quomodo certo itinere perueniri poſſet in altiſsimum illum eloquentię gradum diligenter monſtrauit. nec tamen primus ille apud Gręcos de elatione hac, & quaſi altitudine orationis accurate diſputauit: Cęcilius enim, & ipſe Græcus dicendi magiſter, ante ipſum de eadem re quæſiuit: & librum, in quo quæſtionem hanc complexus eſt, eodem pacto vocauit. quippe cum Longinus eandem materiam vt narrat; vberius tractandam ſuſceperit, quia ille minute exiliterq; locum illum perſecutus fuerat: & ita deniq; vt nullum magnum fructum capere inde, qui legerent, poſſent. Alter vero Dionyſius, qui Halicarnaſſo oriundus fuit ac tempore illum multo anteceſsit, cum de artificio dicendi plura ſcripſiſſet, ac variis locis de his orationis notis aliquid attigiſſet, confecit vnum libellum, in quo & ſi ipſum à certa quadam parte eius muneris appellauit, quippe cum de componendis nominibus vocatit, tangit tamen multas

quæſtiones ac loca, quæ à M. Cicerone ſedulo in ſuo illo aureolo libello expli-
cantur. In primis autem hic noſter, quem ſtudio laboreq; meo ornare, expla-
nareq; volui, hanc curam ſuſcepit, vt exquiſite has formas dicendi perſequere-
tur. nam initio ſtatim ſe hoc facturum eſſe indicauit: & quod pollicitus eſt, e-
gregie præſtitit. Cum igitur, principio inde ducto, vnde oportebat, ſingulas
notas explicaſſet: & quæ ſequi deberet, quæq; vitare qui exprimere ipſas vellet
oſtendiſſet: nec non propinquas ipſis labes deprauationesq;, vt facilius ipſæ fu
gi poſſent, pateſeciſſet, impoſuit finem ſuo labori. quattuor autem numero ve
ras formas eſſe exiſtimauit: eundemq; numerum conficere vitia illarum ac cor
ruptelas docuit. quippe cum in ſingulis illis conſectandis, qui veras atq; inte-
gras venantur, inde deiecti, quia prudentes non ſunt, nec iudicio valent, in vitia
ipſarum delabuntur, decepti ſimilitudine quadam ac ſpecie veritatis. Hermo-
genes, qui multis poſt Halicarnaſſeum ſæculis extitit, accuratus ac ſubtilis magi
ſter dicendi, dum artem hanc traderet, ſiue plures ipſius partes, melioresq; expli
caret, de formis & ipſe dicendi diligenter diſſeruit, quas ἰδέας vocauit. auxit au
tem ille valde numerum earum: longeq; aliam viam in deſcribendis illis ſecutus
eſt. quod tamen ipſe efficere voluit, ſtudioſe tractauit: nec ſine laude multa ad
exitum perduxit. χαρακτῆρας vero formas has, ſiue notas, vt veteres illi fecerant,
& qui Hermogenem ætate anteceſſerunt, Demetrius appellauit: vt enim (nam
inde tractum nomen videtur) notæ impreſſæ humeris equorum: aliarumq; pe
cudum (quæ nomine illo à Græcis ſignificantur) indicant cuius generis ſtirpiſ-
que illi ſint, ita hæ notæ teſtantur cuius ſectæ & quaſi nationis ſit orator. Adeo
autem hæ notæ formæq; dicendi animaduerſæ ſunt: tantiq; momenti ad vim a-
licuius oratoris virtutemq; ſignificandam iudicatæ, vt qui aut nouam aliquam
laude dignam non inueniſſet, aut inuentam ab aliis ingenio ac ſtudio ſuo non
perfeciſſet, nihil præclarum in eo genere præſtitiſſe, nec magnopere celebran-
dus orator eſſe exiſtimaretur: quaſi uulgaris eſſet & nihil eximium, ſummeque
ſpectandum in ſe haberet. Quod vero Demetrius περὶ ἑρμηνείας ſe ſcribere
velle ſtatim demonſtrauit, intellexit ſe habere in animo de oratione, variiſque
ipſius generibus diligenter diſputare: quæ ſane plura ſunt valdeque inter ſe di-
ſtantia: quod enim Cicero commemorat M. Brutum ſe rogaſſe, vt explanaret,
quod optimum eſſe genus orationis iudicaret, arbitror ipſum ἑρμηνείαν ad
ſummum perductam, cumulatamq; omni virtute intellexiſſe. Et ſane ille La-
tinus liber par eſt ſimiliſque multis modis huic Græco, quem in manibus habe-
mus. præter quàm quod ambo à ſummis oratoribus ſumma induſtria confecti
ſunt, & qui vt intelligere licet, quidquid iudicij ſcientiæq; de oratorio dicendi
genere habuerunt, in ipſos contulerunt. nam de altero illorum, Latino ſcilicet,
quin hoc verum ſit, dubitari non poteſt. ipſe enim met hoc de ſemet ipſo ſuis
verbis declarauit, ac teſtatus eſt ſe omnes ingenij neruos in eo opere contendiſ-
ſe, ac tale denique effeciſſe, vt quantum de illo libro, tantum de ſui iudicij ſama
detrahi non recuſarit. Et certe multis modis hi clari & honeſti in primis viri pa
res inter ſe ac ſimiles fuere, quod Cicero quoq; litteris mandauit, qui ſibi gloriæ
duxit quod huius vitam ac ſtudia exprimere ac reddere potuerit. qui tamen ce
teros omnes præ ſe deſpicere ſolebat. neq; tantum in ſtudiis bonarum artium,
verum etiam in re publica adminiſtranda: contigit enim ambobus quod paucis
omnino in omni ætate vſu venit, vt in vtroq; vitæ genere floruerint, & præte-
rea eũdem reip. ſtatum, poſitum inquam illum in poteſtate optimorum, amaue
rint, ac conſilio auctoritateq; ſua, ipſum valde auxerint atq; ornauerint. moni-

menta

menta autem ingenij vtriusq; plura extabant: cum enim eorum vterque otium nactus esset, totos se philosophiæ explicandæ dediderunt; ac multos graues & obscuros præclaræ huius doctrinæ locos illustrarunt: in quo sane M. Cicero fuit felicior. cum pars aliqua & ea quidem non mala, ipsius laborum conseruata sit, reliquis vetustate consumptis: Demetrii vero præclara monimenta tempus confecerit, & superior sæua tempestas euerterit, præter hunc exiguum libellum. præsertim cum ille memoriæ proditus sit multa variaque scripsisse ac reliquos ætatis suæ peripateticos copia operum ingenii superasse. nam indices adhuc librorum eius: materiæq; diligenter subtiliterq; explicatæ extant. Solus igitur hic περὶ ἑρμηνείας liber procellam eorum temporum euasit, ac meliore fortuna quàm reliqui, vsus est: saluus enim & incolumis ad hanc ætatem peruenit: quem tamen non nulli nuper auctori eripere voluerunt, & quasi è manibus ipsi extorquere conati sunt. cum tamen ille in omnibus exemplaribus auctoris nomen retineret, & quemadmodum erat, ita se Demetrii illius Phalerei esse, præ se ferret. & sane ipse etiam olim, cum studio industriaque mea ipsum purgaui, plurimis fœdissimisque maculis aspersum, diligenter de hoc quæsiui: ac non nullis coniecturis ductus argumentisque haud inanibus, comprobaui esse illum legitimum verumq; partum huius auctoris, cum præter fidem antiquorum librorum, quæ tamen aliquando fluxa lubricaque est, nihil certi & explorati de hoc haberem. quare res digna cura & animaduersione mihi visa est. Quanto autem magis postea ipsum tractaui, ac singulas etiam sententias: iudiciaque in omni re huius hominis subtiliter acuteq; ponderaui, tanto magis in ea opinione menteque confirmatus sum: vt eruditissimus liber omniumq; elegantissimus à diserto in primis oratore, politissimoq; viro confectus esset. Possum etiam hoc vere de illo prædicare, me neminem eorum inuenisse, cum quibus ipsum diligenter legi (legi autem cum multis & iis quidem magno ingenio ac iudicio præditis hominibus) qui non ipsum statim amauerint ac magnopere admirati sint. Addam his vnius certam magnamq; auctoritatem, qui & ipse eadem de re eodem pacto existimauit, & cum in sinu semper ac manibus opusculum hoc haberet, de opifice ipsius nunquam secum dubitauit. Is autem fuit Ioannes Casa, cuius iudicium cum maximi momenti cunctis in rebus merito esse debeat, in hoc certe ceteris omnibus anteponendum est: diligenter enim ille scriptorum eorum, quos accurate legerat, virtutes vitiaque ponderarat: ac quidquid ad illos plane cognoscendos pertineret, subtiliter examinarat. & ita denique, quod ego aliquando valde admiratus sum, in hoc tritum subactumque ingenium habebat, vt nihil ipsum fallere posset, quod ipsorum laudes augeret, aut aliquam in partem imminueret. Ecce autem (cum adhuc non omnino certus de hoc essem: cœpti tamen iam forent labores hi mei in eum formis excudi atque exarari) litteræ à Gulielmo Sirleto, doctissimo atque optimo viro: mecumque summa beneuolentia coniuncto, quibus mihi significauit, ne dubitarem de nomine auctoris: comperisse enim se librum hunc vere fideliterque inscriptum esse, ac sine dubitatione vlla à Demetrio Phalereo, summo illo viro Athenis, Theophrastique auditore scriptum fuisse: hoc enim Theophylactum narrare in epistola quadam ad Romæum Theophylactum, quam etiam epistolam diligenter descriptam, ad me misit. Verba autem ipsius, quæ huc faciunt, sunt hæc (tollendæ enim dubitationis causa, & vt omnis veritas de hac re pateret, ipsa hic putaui collocanda). Εἰ δὲ τὰ τοῦ ἀδελπετοῦ σπουδάζεις καὶ τὸ δαιμόνιον Ἀριστοτέλους αὐχεῖς, τὴν γλῶτταν ἐπέχεις καὶ ἀποποιεῖ σοῦ τὰ πάτρια,

εὐγλαφυρώτερον τοῦ κορυφαίου θιασῶται Θεόφραστος καὶ Δημήτριος, ὧν ὁ μὲν ἀπὸ τ
θειότερον φράζειν ἔλαχεν: ὁ δὲ φαληρεὺς καὶ τοῦ δημηγορικοῦ λόγου συνταγμάτιον αὐτῷ φαῦλον ἐξήνεγκεν. accusat autem hominem quod longo silentio secum usus esset. Vocare vero Theophylactum coryphæum Aristotelem, quamuis ex superioribus verbis certo non teneretur, obscurum tamen esse non posset: quis enim nescit fuisse illum ducem & auctorem familiæ peripateticorum? cuius familiæ statim post illum principes nominat, qui eloquentię laude floruerant: ita autem eleganter, translato verbo à gregibus saltatorum, Gręci vocabant ducem alicuius cœtus: præcipue autem philosophiæ sectarum. quemadmodum etiam M. Cicero narrat Philonem Academicum solitum appellare Zenonem quendam Epicureum, qui summum locum in illa *αἱρέσει* tenebat, coryphæum Epicureorum. nam quod idem Theophrastum ac Demetrium, cum sodales fuisse illos & auditores Aristotelis significare vellet, *θιασώτας* ipsius vocauit, ab eodem studio id quoque verbum concinne traxit: thiasi enim qui sint, versu etiam Virgiliano intellectum est. vnde *θιασῶται* qui eundem thiasum cœtumque hominum colunt. Non debet autem vllo pacto contemni testimonium Theophylacti, nec parui ponderis esse existimari: est enim satis vetus, & non parum eruditus scriptor, idemq; valde honoratus vir, cum Bulgarię episcopus fuerit. vixit autem ętate Nicolai I. Pont. Max. quo etiam tempore extitit Photius ille Constantinopolitanus patriarcha, qui confecit librum bibliothecen ab ipso appellatum. volumen ipsum epistolarum, in quo illa continetur, Romę in Vaticana bibliotheca seruatur. nam in altero eiusdem auctoris satis magno, quod est apud nos in Medicea, ipsa non legitur. vnde foris hoc totum petere necesse fuit. Gauisus igitur magnopere sum probo hoc probi viri, qualis in primis ille est, officio, magnamque ex ea re voluptatem cepi: nec minorem sane quàm fuit illa, qua Pamphilus Terentianus perfusum se dicit, cum cognouit virginem, quam amabat, ciuem esse Atticam: sunt enim hæ quoque meæ deliciæ atque amores: illa certe verba, cum rem postea seruo narrauit, quem sibi fidelem in primis putabat: solumque sua solide gauisurum esse gaudia sciebat, facile intelliguntur magno cum affectu pronuntiata esse. Glycerium mea suos parentis repperit. idem igitur mihi tunc multis de causis vsu venit, vt non magno negotio quilibet iudicare potest, qui incerti animi de aliqua re, quam valde amarit, aliquando fuerit: eximique sibi scrupulum illum vehementer cupierit. quare magis adhuc eum diligere cœpi, metu hoc pulso ex animo meo: magisque postea semper neruos contendi vt eum expolirem, ac quantum per me fieri posset, dignum tanto auctore efficerem. Scriptum autem ipsum à Demetrio puto Alexandriæ in illo suo calamitoso otio, quo sane in loco ipse patria pulsus ab inimicis, mutatis rebus, conuersoque toto statu reip. cum se eò tanquam in portum contulisset, omne illud tempus consumpsit in veteribus suis studijs renouandis, optimisque artibus monimentis litterarum prodendis: quod etiam in commentarijs meis suo loco tetigi, ac non leui argumento comprobaui. Quin autem à philosopho, & illo quidem vno è familia Peripateticorum opus hoc confectum fuisset, dubitari ne antea quidem poterat: cum crebro vtatur testimonio Aristotelis, ac Theophrasti, libenterque ipsorum eruditionem ac iudicium celebret: quod magistri dicendi, nisi necessario, non faciunt. cum turpe ipsis esse videatur egere auctoritate philosophorum in ea arte confirmanda, quam solam ipsi tradunt: & in qua explicanda omnem vitam suam consumpserunt. quam etiam causam magna ex parte fuisse puto, quod cum liber hic elegantissimus

mus sit, & optimorum præceptorum plenissimus, ipsius mentionem rhetores non fecerunt: neque enim voluerunt videri sine illo non posse artem suam tueri. quod si aliquando necessitas aliqua ipsos coegit vt id facerent, ad doctorem ipsius Theophrastum, superioremq; adhuc Aristotelem, & qui primus eius generis sedulo oratores instruxit, sese contulerunt: Phalerei verò ipsius, vt oratoris, & qui genus dicendi ornatum ac florens secutus esset, meminerunt. vt Cicero, quem adhuc magis miratus sum hunc librum silentio præterijsse: cum auctorem dilexerit, eumq; in omni vita ipsius ac facto suspiciat: nec gloriæ veterum Peripateticorum vnquam inuiderit. sed etiam ingenium ipsorum voluntatemq; magnopere commendet, qui hanc etiam partem studiorum coluerint: & cura diligentiaque sua meliorem perfectioremque reddiderint. nam quod Hammonius Aristotelis interpres, in procemio commentariorum in librum περὶ ἑρμηνείας, cum quæreret de indice eius Aristotelei operis, Demetrij ipsius mentionem fecerat, & huius quoque libri, qui eodem verbo, longe tamen aliter sumpto, vt ille putat, eodem referri videtur. opus inquam hoc eruditissimum magis cognitum tritumque, vt à philosopho scriptum, fuisse philosophis, quàm rhetoribus: & libentius eadem de causa ab illis celebratum. Simultates vero Aristotelis cum Isocrate principe ipsorum: & è cuius disciplina pæne illi cuncti fluxerunt, notę sunt, & à Grecis Latinisque auctoribus memoriæ proditę: quas, cum illi dum viuebant exercuissent, vt decet tamen graues ac doctos viros: neque enim vlla contumelia verborum inter se vnquam vsi sunt, sed occulte tantum significarunt se magnopere inter se de studiis suis ac litteris dissentire, posteris etiam reliquerunt. Neque tamen me fallit, cum dixerim hos viros inter se contendentes, abstinuisse maledictis, visum esse aliquando Aristotelem in Isocratem iniuriosum fuisse, ac voluisse dignitatem ipsius sordibus inquinare. sed visum tamen talem aduersarijs. intelligo autem cùm obiecit illi quod causidicus quidam foret ac multi orationum ipsius iudicialium manipuli (ita enim locutus est) circumferrentur à bibliopolis: quę sane verba negari non potest, quin parum amico animo pronuntiata sint, ob translationis etiam illius humilitatem. nam Isocratem in eo etiam genere aliquando orationes alijs scripsisse, & si hoc fautores ipsius inficiabantur, exploratum est. sed etiam Cephisodorus Atheniensis, Isocratis auditor, respondit accurate ijs omnibus, quę contra iudicium magni illius rhetoris Aristoteles ediderat, ac quattuor libris (tot enim scripsit) defendit & existimationem & sententias sui doctoris, quem etiam mortuum valde amauit. In primis autem hic honoratus ac grauis scriptor tecte id moderateque gessit: vestigia tamen non nulla hoc quoque in libro apparent veterum illarum inimicitiarum, quę per manus ipsis à maioribus traditæ fuerant. nam & ipse acriter cum potest, aduersatur Isocrati, & præcepta ipsius irridet. vt cum miratur consilium eorum, qui in arte dicendi tradenda dixerint oportere res paruas magnas facere dicendo: ille enim Isocrates fuit, qui hoc etiam in eo libro scripsit, quo ornauit summo studio Athenas, ac Panegyricum ipsum, quia in magno conuentu ciuium Atheniensium recitari debebat, vocauit. & si eo loco potius id posuit ornare orationem volens, & vim illius potestatemq; incredibilem declarare, quàm id faciendum esse ab oratoribus ostendere. Sed idem Isocratem protulisse testatus quoque est Hermogenes: nec non Plutarchus in vita quam scripsit nobilis eius ac clari doctoris: qui pręterea; quam occasionem nactus ille hoc ediderit, diligenter narrauit. nec clam me tamen est videri Platonem de hoc aliter sentire, qui in Phædro tradiderit & hoc & alia

huiusce modi multa Gorgiam ac reliquos sophistas solitos factitare. qui pæne eadem & iisdem etiam verbis, quibus vsus est Isocrates, appellat. vt non debuerit eo nomine seorsum Isocrates exagitari, quod commune illi vitium esset cum magno numero hominum, qui sibi scientiam eius artis arrogarent. Aliis etiam huiusce modi coniecturis idem confirmaretur, vt illa magni omnino ponderis ac momenti, quod non citat auctor huius libri testem vllum in magno numero veterum scriptorum, quorum iudicio sententias suas confirmat, qui non ętate Demetrium Phalereum antecesserit: nec vllius præterea opinionem refellit, qui post illud tempus vixerit valet igitur hoc quoq; non parum ad idem constituendum. Nam quod scholion quoddam in Aristophanem citat hunc librum vt Dionysii Halicarnassei, nihil me hoc mouet: nec vim vllam (vt opinor) habet contra tot & tam firma, quę collegi vndique, argumenta: aut enim peccatum memorię hoc est eius, qui id adnotauit, cui culpę affines etiam sunt aliquando clari grauesque scriptores, cum ipsius nomen vt obscuri leuisque hominis ignotum sit: aut fefellit ipsum veritas huius rei, vt vnum aliquem è recentioribus Gręcis, qui pares veteribus illis doctrina & diligentia non fuere. multis vero modis ab Halicarnasseo id opus elaboratum non fuisse intelligi potest. vt iam aliqua ex parte significaui. est autem locus vbi Demetrius docet duci etiam posse sales ac venustates ex alieno versu in orationem apte inserto. quod lepidus ille comicus fecerat: qui accusans Iouem quod non nefarios ac periuros homines, vt oporteret, fulminibus appeteret, sed aut sua templa, aut deserta ac sola loca percuteret, Homericis verbis in ea re vsus fuerat. nam certum illud & exploratum testimonium Theophylacti non tantum omnem scrupulum euellit ex animis, si quis omnino restaret de vero parente huius pręclari operis, sed pręterea gratum nobis esse debet, quia opus hoc ipsum laudat: & summa virtute refertum putat. quod sane vere, & sine vllo metu prędicare potuit: nisi enim ita sensisset, σπουδαῖον ipsum nunquam appellasset: quod vero idem, imminuto eo nomine, non σύνταγμα, sed συνταγμάτιον vocat, declarat hoc plenum integrumque hunc librum esse: nec corpus ipsius maioris multo magnitudinis vnquam fuisse. quod etiam aliter intelligi poterat: à vero enim principio huius rei tractandę auctor mihi semper visus est exorsus fuisse: & ad verum iustumq; ipsius finem operam suam perduxisse: nec tamen non hoc etiam ita se habere auctoritate veteris & grauis scriptoris cognitum esse, lętandum est. nam si longius opus fuisset: operaque magistri vlterius processisset, non breui illo & extenuato nomine apte ipsum appellari potuisset. Recte igitur Sirletus fecit, qui omnibus his rebus aut plane cognoscendis aut certe confirmandis pręsidio fuit: lumenque id nobis prętulit, quod subito caliginem omnem ex hoc loco disturbaret. quare omnes qui librum hunc amant, & ex ipsius elegantissimis vtilissimisque pręceptis fructum aliquem ferunt, valde obligati illi esse debent: animumq; Sirleti procliuem ad litteras, bonasq; omnes artes adiuuandas, toto pectore celebrare: quod enim indicio ipsius cognitum est, verum illum Demetrium Phalereum confecisse hunc librum non cōtemnendum esse, declarat quod veteres illi Gręci Aristotelis interpretes initio statim suorum laborum: doctissimorumque commentariorum, sedulo de hoc, vt de non nullis aliis rebus quęrebant, ac plurimum studii & diligentię ponebant, vt probarent indices librorum falsos non esse: nec alienum nomen illis operibus ascriptum. si nanque id factum fuisset, multa inde & magna incommoda nasci potuissent: & vt ipsi multis locis necessario laborassent, qui non respondissent iudicio ac sententiis veri

illius

illius auctoris, ita etiam aliquando perturbaſſent lectorem, & aliquid tenebra-
rum intelligentię ipſius offudiſſent.nunc autem poſtquam hoc animaduerſum
ac perſpectum eſt, vt non loquar de ſtudio ipſorum, quod profecto alacrius &
exploratius fit: nec vnquam tanquam in ſalebris quibuſdam hęret, ſed qui le-
gunt ab omni metu vacui; nec vllam in partem diffiſi, quin pręcepta manarint
ab optimo illo auctore, cuius ipſi auctoritatem ſecuti,ſe ad eam diſciplinam con
tulerunt,auidius ipſa combibunt,& maiore cura in animo ſuo condunt: ducis
enim omnis &auctoris in omni re quantum opinio & auctoritas valeat,cogni-
tum eſt: hic vero talis eſt multis modis,vt de fide auctoritateque ipſius dubitari
nullo pacto poſsit: doctrinaque hęc omnis, eiecto ſcrupulo illo, certa fideliſq;
in primis haberi debet.nam & magiſtros optimos eius artis habuit: ante ipſum
enim de eodem ſtudio dicendi & Ariſtoteles & Theophraſtus ſubtiliter copio
ſeq; ſcripſerant: & ijs quoq; temporib.vixit, quibus maxime viguerunt ſtudia
eloquentię:& in ea rep. floruit, in qua & nata & alta & ad ſummum perducta
eloquentia eſt: adoleſcens enim Demoſthenem & Aeſchinem inter ſe concer-
tantes audiuit,reliquoſq; eius ætatis eloquentiſsimos viros, ideſt Hyperidem,
Lycurgum,Phocionem,Demadem,alioſq;: & æquales etiam non nullos in eo
ſtudio claros habuit, & nullo modo contemnendos oratores, vt Dinarchum:
nam Dinarchum non maiorem natu iudico fuiſſe quàm Phalereum,vt Cicero
videtur putaſſe: qui facit illum in Bruto æqualem Demoſthenis. quippe cum
memoriæ proditum ſit eum in diſciplinam ſe tradidiſſe Theophraſto,& poſtea
Demetrio Phalereo.cœpit ſane Dinarchus orationes alijs ſcribere viuente adhuc
Demoſthene: poſt obitum tamen Alexandri Macedonis maxime floruit, cum
Demoſthenes iam ceterique magni oratores, aut exilio, aut morte multati eſ-
ſent: nullusque magnopere reſtaret qui in aliquo honore foret. Phalereus ve
ro acceſsit ad remp. eo tempore, quo Harpalus Alexandri præfectus,fugiens e-
ius regis iram ſe contulit Athenas. contra quem,ne reciperetur, fertur Demo
ſthenes iam ſenex multa dixiſſe. ſed illo etiam tempore, quo reip. gubernacu-
lum ereptum eſt è manibus Phalereo, opibus Antigoni & Demetrij regum,co
actusque ille eſt exire ex vrbe, fugit etiam Athenis Dinarchus: eiuſdem enim
criminis,cuius multi potentiſsimi ciues Athenienſes,reus erat: inſimulabatur-
que & ipſe vnà cum illis multitudinis ſtatum diſſoluiſſe. Sed ad ſuperiorem di
ſputationem redeamus. Quod etiam in omni arte, ſcientiaque tradenda pluri
mum prodeſt,non rationem tantum præceptaq; ipſius Demetrius acceperat,
verum etiam vſum addiderat. & eum quidem magnum. quippe cum qui de
illo accurate ſcripſerunt, πολύπειρον ea de cauſa ipſum vocent. arbitror autem
Phalereum eo nomine ornatum fuiſſe, quia non tantum in rebus gerendis:
rep.q; adminiſtranda, ſed etiam cauſis agendis, & ſententijs publice dicendis;
multum verſatus ſit. vt ita quoque magnus factus, artibuſq; philoſophorum
imbutus, & ipſe etiam philoſophus,complecti oratione potuerit, pręcipereq;
alijs quæ audiſſet,& quę præterea ipſe vidiſſet, ac ſępe periculo facto vera eſſe
cognoſcet. Cum enim non defuerit olim eruditiſsimus vir: philoſophorum
que dignitatis ſtudioſus, qui aſſirmare ſit ſolitus, admirabilem illam eloquen-
tiam, quam Demoſthenes conſecutus eſt, non parua ex parte ipſum adeptum
eſſe, quia libros Ariſtotelis de arte dicendi accurate legiſſet: pręceptaq; illa acu-
ta, reconditaq; imbibiſſet, quid de hoc noſtro polito doctore exiſtimare licet,
qui non ſolum Ariſtotelis libros illos, vt apparet,diligenter euoluerat, verum
etiam Theophraſti,qui de ijſdem rebus vberius planiusq; ſcripſerat. nec tamen

me fallit contra philosophum illum, qui tantum Aristoteli tribuerat in alieno studio, Dionysium Halicarnasseum se armasse: ac sedulo iudicium ipsius opinionemq; refellere conatum esse: qui libellum etiã edidit, quo demonstrare voluit id quod ille de ea re senserat, nec verum esse: nec probari vllo modo posse. cum tamen fortasse argumenta quibus vtitur, non omnino firma sint: non nullaq; ipsorum (vt opinor) non magno negotio temptari labefactariq; posint: vereor autem magnopere ne ille contra, cupiditate defendendi suos rhetoras abreptus sit: qui nudi prorsus, spoliatiq; omni honore restarent, si id quod ipsi profitentur ac solos se pręstare posse arbitrantur, melius à philosopho acciperetur: aptũ enim hoc quoque est, pendetq; à vetere illa dissensione, controuersiaq; inter sapientiæ studiosos, & dicendi magistros, de qua supra locutus sum: illa enim ab Aristotele orta, qui toto animo Isocrati aduersatus est, à posteris etiam ijs omnibus, qui ab vtrisque fluxerant, retenta est, acerrimeq; pugnata. Sed accuratius fortasse aliquando de tota illa re disputabo: doceboq; (vt spero) non omnino dignum esse, cui penitus in ea re credatur Halicarnasseum. nec indignum vllo pacto Aristotelem esse, vnde in illo etiam ipso studio, cui totum se dediderat, Demosthenes expoliretur: quis enim est, qui non fateatur multa in eo philosophum illum vidisse, quæ nemini vnquam magistro dicendi in mentem venerant: ad intimasq; ipsius partes ac penetralia deniq; ipsum penetrasse, cum vix vestibulum ipsius limenq; rhetores attigissent: qui tamen non alieno parumq; apto illi arti ornatu, vt non nulli rhetores sophistæq; antea fecerant, eam decorauit, sed suum ipsi propriumq; asignauit. quem illi imperiti homines eius esse nesciebant. Rectius fecit magisq; ingenue Cicero, qui cum Demosthenis dignitatem augere vellet, Platonis fuisse illum mirificum amatorem significauit: creditumq; non tantum lectitauisse ipsum studiose, verum etiam audiuisse. sed signo etiam quodam idem probat, additque dicere hoc etiam ipsum de sese in quadam epistola. quod etiam de alio & ipso summo apud Athenienses oratore, memoriæ prodidit, idest Pericle, quem ab Anaxagora physico instructum fuisse, & omni polito viro digna arte imbutum tradidit. ne autem inane putetur esse, quod in epistola quadam Demosthenis scriptum ab eo esse dixit, se frequentem fuisse Platonis auditorem, cum epistola illa interierit, idem etiam in Græcorum commentarijs legi, & Græcorum eorũm qui germani sunt ipsius discipuli: illi nanque existimarunt, valere etiam aliquid ad Platonis variam elegantemq; doctrinam demonstrandam, quod inde summus perfectusq; orator prodijsset. Alcinous igitur narrauit in libro de Platonis decretis, Demosthenem in epistola, quam scripsit ad Heracleodorum quendam, accusasse vehementer hominem: obiecisseq; hoc illi vt probrum, quod cum in disciplinam se Platoni tradidisset, illam postea deseruit. Sed verba ipsa Demosthenis hic ponamus, quę acerba sunt, & cum stomacho magno prolata fuisse intelliguntur. οὐκ αἰσχύνῃ παιδείας καταπεφρονήκως καὶ λόγων, ὧν πλάτωνος ἠκροάσω; addidit autem statim Alcinous hoc ferre non potuisse Demosthenem, quia fuerat & ipse Platonis auditor. Quin etiam idem adiungit Philiscum oratorem & ipsum aperte dixisse in vita, quam scripsit Lycurgi oratoris. magnum Lycurgum oratorem eodem pacto euasisse: effecisseque multa, quæ nullo modo efficere ac præstare posset, qui Platonem non audisset: nec ex eius vberrimis copiosissimisque sermonibus aliquid vnquam decerpsisset: ille vero se totum in ipsius fontibus proluerat. Neq; tamen (vt opinor) magnopere adiutum ab Anaxagora Periclem, aut à Platone Demosthenem, Cicero existimauit, quia dicendi artem ab ipsis il

lis

lis summis viris accepissent, sed quia imbuti rationibus illorum, scientiaq; magnarum acutarumq; rerum ornati, in eo etiam studio facti essent grandiores & excelsiores. cum contra Demetrius & illud ipsum sublime & elatum à suis doctoribus Aristotele & Theophrasto, & præterea præcepta dicendi quæ diligenter exposuerunt, hauserit. nunc autem ad ea, quę huius temporis sunt: quæq; in manibus habemus, reuertamur. Vtinam, vt quæstionem hanc, caputq; de omni genere orationis, Demetrius cum laude tractauit: perfecitq; quod voluit, ita ipsi venisset in mentem omnem artem dicendi explicare. profecto multam opem studiosis ipsius attulisset, & aliquem ornatum ingenio suo huic arti adportasset: sed id fortasse fecit: iniuriaque præteritorum seculorum id omne amissum est, & non paruo cum damno sublatum: coniecturam enim facio de particula hac, quę sine dubio eleganter exquisiteq; tractata est: cum enim quodam modo propositum idem argumentumq; habeat, quod Aristoteles in priore parte tertij de arte dicendi libri, materiam illam omnem diligenter persequitur multisq; modis ornat, & pulchriorem florentioremq; reddit. nam eum eosdem etiam sæpe quos Aristoteles locos tractet, tanquam declarare illos & explanare conatur: semperq; de suo aliquid addit, quod lectorem acuat, summumq; amatorem illorum adiuuet. quantum etiam ipsi merito tribuat, inde intelligi licet: potius enim sententias ipsius confirmat & auget, quàm studeat vnquam aliquid conuellere ac non omnino firmum esse, exploratumq; probare. Cum autem vim omnem & rationem huius artis intimam, incognitam antea non oratoribus solum, verum etiam ijs qui ipsam vulgo tradebant, diligenter Aristoteles explicasset, non posuit postea studij aliquid in diuersis orationis generibus declarandis, semina tantum earum formarum non parua in illis suis libris sparsit, quæ monstrare possent quod dicendi genus amplum elatumq; foret: contraq; quod tenue & exile. quemadmodum etiam, quæ verba ex oratione graui eijci exturbariq; deberent, vt etiam, quæ sedulo eodem comportari: vt illi valde apta & accommodata, ab omniq; demum vitio ac labe remota. Cum vero variæ naturę hominum, qui in rep. versarentur: valdeq; inter se distantes, varia diuersaq; effecissent genera dicendi: videretque Demetrius à multis quæri solere in quam potissimum formam hic aut ille includi deberet, id addere voluit huic studio: quod mirifice ipsum ornaret: efficeretq; pręterea vt facilius aliquis imitari posset quos vellet: & in illam formam se induere, quam maxime laudari videret: siue cuius reddendæ desiderio magno teneretur: posuit enim diligenter ante oculos, qua ratione ac via singulæ illæ formæ obtinerentur. vt etiam se oportere docere existimauit, quomodo aliquis, qui non satis prudens esset, à fine, quem sibi proposuisset, depelleretur, & paulatim abductus à vero, similitudine quadam falsa virtutis, quam perperam sequeretur, longe alius tandem euaderet: valdeq; dissimilis foret ei, quem primo se futurum sperarat. Non tam accurate autem Aristoteles hoc tractauit, nec tantopere à proprio studio suo vita que discessit: hoc enim in primis operam eius requirebat, qui in iudicijs diu versatus esset, & à primis vitæ temporibus forum pressisset. quare id Demetrius aggressus est, in quo vtrunq; studium coniunctum erat: quiq; non minorem eurum, ætatisq; partem in sole puluereq;, quàm in palæstra vmbraculisq; philosophorũ consumpserat. Tantum vero studij ac diligentię collocare solitos ea tempestate philosophos in arte dicendi ornanda mirari non debemus, cum tantos fructus tunc ferret, & in tam pręclara re gerenda vires omnes suas exerceret: qui n. cogitabunt quam reip. formam amauerint Gręcorum ciuitates & quæ ratio

fuerit illas adminiſtrandi ac regendi, tantos honores eloquentię habitos olim eſ
ſe deſinent admirari : cur.o.neruos ſuos omnes philoſophi non contenderent,
cum ſemper prodeſſe velint, & optimos conatus hominum adiuuare,in inſtru
mento illo expoliendo,quod ad tam pulchrum honeſtumq́; opus adhiberetur?
aut cur tam accurate de optimo ſtatu reip.diſputarẽt:ac multa magnaq́; volumi
na conficerent de vera ratione gubernandi ciuitates,vt ipſas poſtea tractari ſine
rent:vel verſari potius,ab improbis hominibus: qui impudentia freti,linguæq́;
volubilitate incitati in omni contentione ſuperarent graues & honeſtos viros,
qui dicendi imperiti forent:nec poſſent quæ vera eſſe ſentirent:reiq́;p. fructuo
ſa exiſtimarent, oratione defendere ac comprobare? Acceſsit huic rei,quod ar
tem eam tunc profitebantur, ſeq́; ſolos tenere iactabant: vt diſciplinam etiam
regendarum ciuitatum, ſophiſtæ, genus hominum merito philoſophis inui-
ſum,& quod falſis promiſsis deciperet & infatuaret adoleſcentes diſcendi cupi
dos.ijs igitur reſiſtendum fuit,& non ſolum cotidianis diſputatioo ib.improbi-
tas inſcitiaq́; illorum fuit exagitanda,verum etiam hoc genere ſcriptorum veri-
tate patefacienda, omni honore auctoritateq́; ſpolianda. Eo magis autem hic
noſter,qui & ipſe merito inter philoſophos numeratur,ornare illam artem de-
buit, quia nunquam ab eo ſtudio alienus fuit, vel potius inde magnos fructus
& dignitatem tulit. Cum vero idem fere argumentum quod Cicero haberet,
cum ad M. Brutum,rogatus ab illo,ſcripſit de optima ſpecie, & quaſi figura di
cendi,non tamen initio ſtatim,vt ille, ſe magnam rem & arduam aggredi teſta
tur : neque de difficultate illius operis verbum facit, ſed ſine ſui conſilij confir-
matione: excuſationeq́; nulla vtens,ilico,idoneo principio ſumpto,quod doce
re volebat,incipit explicare.non iniuſſe autem(vt arbitror)putaret aliquis ideo
tanta diligentia ſibi M. Tullium viam muniſſe,tantumq́ue laboraſſe, vt ſe extra
culpam crimenq́; arrogantiæ poneret, quia non ſolum de diuerſis illis formis
dicendi : magnopereq́; inter ſe diſſentientibus,diſſerere debebat,verum etiam
quæ omnium optima ex illis eſſet iudicare : id enim in primis(vt ipſe quoq́; nar
rat)arduum ac difficile eſt,cum varia ſint hominum iudicia ac ſingulis quod i-
pſis magnopere probatur,optimum eſſe ac ceteris omnibus anteponendum, vi
deatur : hanc certe curam non ſuſcepit Phalereus,vt expoſitis iam omnibus for
mis,& tanquam notis,quas putabat eſſe,dicendi: vitijsq́; ipſarum & quaſi adul
terinis ſimulatisq́; figuris indicatis, vt fugi facilius poſtremæ hæ poſſent atq́; de
clinari,quæ optima ipſarum eſſet,maioreq́; ſtudio perſequenda foret,doceret:
aut enim hoc in arbitrio & poteſtate eorum qui legerent reliquit : aut eos o-
mnes qui ſingulas formas probe egregieq́; tractaſſent laude dignos exiſtimauit,
quod vt oratores inuenirentur,qui natura ad certam quandam formam colen
dam impellerentur : nec facile alio traduci poſſent, ita etiam qui audirent tales
ſępe ingenio moribusq́; eſſent,vt vix vnquam probare poſſent quod ab eorum
ſenſibus iudicijsq́; diſcreparet. quare non debere indagari id optimum quod
tam incertum foret, nec ſtabilem vllam ſedem, firmamque haberet. Poſset e-
tiam aliquis non ſine cauſa putare hoc non feciſse Phalereum:nec vllo pacto ne
ceſsarium exiſtimaſse,quia ſingulæ cauſæ, ſi quis ipſas recte, & ordine tractare
velit, ſuum quendam ac proprium ſtilum formamq́; dicendi ſibi aptam requi-
rant: quare id quod certis temporibus verum eſt ac laude dignum, non ſem-
per, nec in alio genere cauſarum probatur. vnde M. Cicero abſolutum illum
perfectumq́; oratorem iudicauit, qui verſare naturam ſuam poſset, & ſingulis
generibus cauſarum aptum dicendi genus accommodare. Non quæſiuit igi-
tur

tur studiose Demetrius : quæcunq; id causa ipsum mouerit, quæ forma, notaq;
dicendi primum bonitatis gradum obtineret, sed singulas tantum diligenter
expressit : & quibus partibus ornari deberent, vt summam virtutem in se conti
nerent: ab omniq; vitio vacuę forent, declarauit. Cum vero ambitus ille verbo
rum, comprehensioque, quę περίοδος Græce appellatur, magnum lumen or-
natusq; orationis sit : ac si loco temporeq; adhibeatur, magnopere etiam adiu-
uet finem orationis: in primis autem seiungat oratoris dictionem à vulgari coti
dianoq; sermone, primum extare illum docet: variaq; genera ipsius inueniri tra
dit. cum aliter in orbem quendam includat sententiam qui scribit historiam: ali
ter qui sermonem fingit, vocatum à Gręcis διάλογοι: aliter etiam & maiore quo
dam conatu, oratorem : illud enim studium in primis requirit rotundam & con
tortam orationem. Sed quia plures reperiebantur, qui nescirent prosam etiam
solutamq; orationem partibus quibusdam & quasi membris vinctam esse : pos-
seq; illam quoque, quod aperte fieri videmus in omni genere poematis (illic e-
nim partes ipsæ, versusq; distinguuntur) diuidi ac secari, ab hac potissimum re
initium huius disputationis duxit. docuitq; idem quod illic, in soluta quoque
oratione & ea presertim, quæ facta esset, euenire : nec ideo illam solutam appel
latam esse, quia prorsus omni nexu vinculoq; careret, sed quia non haberet cer-
tas & suo semper loco positas mensuras illas. qua omni re monstrata: naturalem
que ortum atque aptum ijs, qui ea vtuntur, habere probata, quomodo partes il
læ vocentur ostendit : quotq; genera ipsarum sint, vt etiam qui sit earum orna-
tus : nec non quo pacto iungi ipsæ debeant, vt gignant circuitum illum, decla-
rat : ijsq; demum omnibus traditis, quæ periodi naturam patefacere videban-
tur, ad formas illas tradendas : numerumq; illarum comprobandum, quas χα-
ρακτῆρας ipse vocat : vt ceteri omnes qui de arte dicendi quicquam scripserant,
aggreditur : qui sane finis ipsius erat, & quam totam rem diligenter explican-
dam sibi proposuerat, quod inde etiam intelligi licet, quia illis explicatis consti-
tit, nec vltra progressus est. Cum vero Demetrius de formis his, notisq; accura
te pręceperit : qui magnus orator extitit : verisimileq; sit eum genus id dicendi
secutum fuisse, quod in primis ipsi probaretur : neque enim ignoratione insci-
tiaque harum rerum peccare potuit, cum omnia cognita haberet, ac quid boni
maliq; in singulis notis positum foret, egregie teneret : non possum omnino in
dicare, quam potissimum formam ille secutus sit : quodq; dicendi genus sibi a-
ptum iudicarit, cum orationes ipsius perierint : nec quicquam Demetrij habea
mus, quod significare hoc vllo pacto valeat. nam hoc in libro nihil tangit quod
aperte id dilucideq; demonstret : neq; enim se magis hanc quàm illam formam
orationis probare vnquam ostendit : neque cuius ipse, dum in foro causisq; iu-
dicialibus versatus est magnopere studiosus fuerit, vnquam significauit. Cice-
ro tamen dum oratorem illum suum perfectum fingit, hoc docuit : & ne igno-
tum id nobis penitus esset, effecit : in media enim illa sua forma, modica ac tem-
perata, Demetrium collocauit. nec tantum dignum eum esse, qui in illam reci-
peretur iudicauit, sed etiam ceteris omnibus, qui aliquando in ea floruissent an
teponendum existimauit. quod cum de ipso protulisset, sui iudicij rationem ita
reddidit : atque his verbis sententiam suam constituit. Cuius oratio cum seda-
te placideq; loquitur : tum illustrant eam quasi stellæ quædam, tralata verba at-
que immutata. Vt autem, si possumus vllo pacto, traducamus illum ad vnam
aliquam earum formarum orationis, quas ipse celebrauit : & quas vere distin-
guere posse omne genus orationis credidit, secuti iudicium Ciceronis, planum
est

eſt nullo modo includi poſſe Demetrium in eam notam, quam δεινότητα vocauit: neque enim in ipſa quicquam adhibetur ſedatum ac placidum: contraque omnia concitata atq; turbulenta: eodemq; pacto non magno negotio intelligitur ipſum notam dicendi magnificam, excelſamq; non coluiſſe. in oratoribus enim illis Cicero ipſum, enumeraſſet, quos amplos, copioſos, graues, appellat. non omnino præterea ipſum tenuem demiſſumq; eſſe Ciceronem putaſſe perſpicitur: remouit enim aperte illum à forma orationis humili atq; ſubtili, & in altiore aliquantum ornatioreq; collocauit. Vt opinor igitur mixtus quidam ille fuit è forma ſummiſſa atque venuſta: eademq; florente ac modice ornata. nam plurimum etiam ſtudij diligentiæq; Demetrium hic in ea nota exprimenda adhibuiſſe notum eſt: delectatumq; ea ipſum fuiſſe ſignis non malis intelligitur: neque enim potuiſſet tam appoſite ſedes atque elementa lepôrum illorum & elegantiarum tradere, ſi animo ab ipſis ac voluntate abhorruiſſet. Idem etiam alio loco planius apertiusq; Cicero teſtatur: cum enim in Bruto quid ſui iudicij eſſet de Demoſthene, quem perfectum oratorem, & omni virtute cumulatum ſemper putauit, oſtendiſſet; & vt de illo, ita etiam de ęqualibus ipſius Hyperide, Lycurgo, alijsq; non nullis, in ipſis naturalem lepôrem, non fucatum fuiſſe affirmauit: ſtatimque, cum illis ſenibus adoleſcentem ſucceſsiſſe Phalereum dixiſſet, de ipſo etiam quid ſentiret, indicauit, & vt intelligere licet, nitorem ſane in eo plurimum fuiſſe: ſed illum cura factum, nimisq; exquiſitum exiſtimauit. ad extremumque, quod perſpicue hoc doceret, de illo inquit. Hic primus inflexit orationem: & eam teneram mollemq; reddidit: & ſuauis, ſicut fuit, videri maluit quàm grauis: ſed ea ſuauitate qua perfunderet animos, non qua perfringeret. & tantum vt memoriam concinnitatis ſuę, non quemadmodum de Pericle ſcripſit Eupolis, cum delectatione aculços etiam relinqueret in animis eorum à quibus eſſet auditus. Videndum igitur accurate an poſterius hoc ipſius de Phalereo iudicium diſſentiat aliquantulum à priore: melius enim mihi videtur in oratore de ipſo exiſtimare. cum reliquis illic eum anteponat qui in ea forma, quę valde frequentata eſt: laudemq; ſępe inuenit, nomen aliquod dignitatemq; conſecuti ſunt: in Bruto vero ipſum videatur notare tanquam orationem eneruarit, & dum nimis ſuauem ipſam, politamq; efficere ſtudet, eam languidiorem reddiderit. Sed hac quęſtione relicta, de qua nihil certi & explorati pręter ſuperiora Ciceronis teſtimonia adferri poteſt: nam inutilem prorſus illam fuiſſe non arbitror. quia ſi Demetrio nos addicimus, opinionemque eius quam habuit de hac re ſequimur, eam formam orationis eum putaſſe optimam exiſtimare debemus, quam exprimere conatus eſt, & ad quam totum ſe finxit atque informauit. hac inquam quęſtione omiſſa, ea quę reſtant, ſi qua illa ſunt, explicemus. De vtilitate huius operis, & quantos fructus ferre poſsit illis qui diligenter ipſum legerint, nihil attinet diſputare: & ſi enim alia quoque ſunt munera oratoris & non ſolum oratione vti, arsq; ipſa dicendi conſtat pluribus partibus, qui tamen pręclare hoc facere potuerit: didiceritque apte & copioſe eloqui, non male ad ea inſtructus erit: excellet enim profecto ipſa inter ceteras, vnde etiam ſola nomen oratori dedit. vt autem in reliquis, quas ſibi vendicat orator, iuris aliquid ſe habere putant aliæ non nullæ artes ac ſcientiæ, ita eloquentiam propriam eſſe oratoris fatentur, atque ipſam illi ſine vlla controuerſia relinquunt. hanc igitur, quæ tantam vim habet, in primis ipſum tenere & validam vndiq;, omniq; ratione auctam exornatamq; poſsidere oportet. Quantum vero lepôrem venuſtatemq; auctor admiſceat ſubtilium harum rerum ac

ſæpe

sępe minutarum expositioni non facile aliquis narraret. nam & exemplis illustribus cuncta illuminat, & locos plures optimorum poetarum declarat, & voces non paucas acutorum hominum commemorat. quę omnes res splendore, & varietate sua plurimam suauitatem gignunt: atq; omne fastidium, quod aliter inde nasceretur, expellunt, & ne exoriri illic posit efficiunt. Cum autem cōtingat aliquando aliquid constituere, ac fidem auctoritatemq́; cuipiam sententię comparare, vtitur plerunq; ratione illa, quæ & magnam lucem rebus incertis dubijsq́; affert, & eodem tempore in memoriam redigit, quod notitia sui vehementer oblectet, & quasi noua quadam voluptate perfundat. idest simile aliquid arripit: ac quod illic fit, planum omnibus atq; exploratum, idem etiam vsu venire in eo quod non tam perspicuum erat, docet. quod facit etiam sępe Aristoteles in libris illis, quibus vitam & mores hominum excolit, ac de rebus bonis ac malis disputat. Est igitur lectio huius libri & sua sponte iucunda: & propter condimenta etiam, quibus ipsius epulę commendantur libentius voranda. ipse quoq; quacunque ratione valui: & quantum tenuis ingenij mei vires eniti potuerunt, ipsum exornare, & iucundiorem vndiq; reddere conatus sum. quid autem effecerim, eruditi viri, & qui existimare de his rebus possunt, iudicabunt. Sed cum omnia quæ dicere in animo habebam, explicarim: ad ipsum auctorem transeamus, & quæ faciunt ad hanc partem eloquentiæ expoliendam, ex ipsius suauissimis vberrimisq́; fontibus hauriamus, quos ego cum propemodum aperuerim, ac turbidos multisq́; fœdissimis rebus inquinatos olim purgauerim, nunc rursus studio magno in hac re posito: infinitisque laboribus ea de causa susceptis, liquidos ipsos purosq́; vndiq; reddere elaboraui. quod, præterquam quod toto animo prodesse cupio studiosis litterarū: nec vllum vnquam laborem recusaui, vt eorum vtilitatibus seruirem, libentius adhuc feci, vt fidem meam seruarem, ac quod aliquando pollicitus essem perficerem. Custodiui autem hic quoque, non tam iudicium meum sequutus, quàm voluntatem aliorum, quod in altero illo labore meo in librum primum Aristotęlis περὶ ποιητικῆς seruaui, vt sententias cunctas auctoris Latine exprimerem, quo facilius illæ ab ijs etiam qui Gręcam linguam non didicere, percipi ac cognosci possent. qua etiam in re eadem simplicitate animi, quam illic adhibui, vsus sum: nec tam elegantiam collocationemq́; verborum aptam, quàm veritatem fidelitatemq́; sententiarum spectaui. Sed cum eo loco accuratius de hoc disputarim, nihil nunc addere decreui, quod faciat ad hanc partem vigiliarum mearum, quæ valde tenuis pusillaq́; est, constituendam. tantum rogabo doctos & disertos viros, vt ęqui bonique hoc faciant, & ne patiantur, vt vnde ipse nullam vnquam laudem quæsiui, inde aliquid maculæ iniustęque reprehensionis traham. nam ij, quorum inscitiæ eius sermonis mederi volui, debebunt mihi opitulari, & quod sua illorum gratia non sine periculo aliquo commisi, videre ne existimationi meæ aliquando obsit. sed cum hoc etiam, quod vehementer me pungit, non omnino indefensum reliquerim, desinam: atque omnia in lectoris probitate, æquitateq́; animi, relinquam.

PETRI VICTORII COMMENTARII,

IN LIBRVM DEMETRII PHALEREI DE ELOCVTIONE.

BIBLIOTECA RA. ROMA VITTORIO EM.

ὩΣΠΕΡ ἡ ποίησις διαιρεῖται τοῖς μέτροις. οἷον ἡμιμέτροις, ἢ ἑξαμέτροις, ἢ τοῖς ἄλλοις, οὕτω καὶ τὴν ἑρμηνείαν τὴν λογικὴν διαιρεῖ καὶ διακρίνει τὰ καλούμενα κῶλα, καθάπερ ἀναπαύοντα τὸν λόγον, τά, τε καταληγόμενα αὐτά, καὶ ἐν πολλοῖς ὅροις ὁρίζοντα τὸν λόγον. ἐπεί τοι μακρὸς ἂν ἦν καὶ ἄπειρος, καὶ ἀτεχνῶς πνίγων τὸν λέγοντα.

QVemadmodum poesis diuiditur metris. ceu semimetris uel hexametris, uel alijs, sic interpretationem mentis, quæ oratione fit, diuidunt, & distinguunt uocata membra, tanquam sedantia orationem, quæ & desinunt ipsa, & in multis terminis terminant orationem, quia aliter longa esset & infinita, & profecto suffocans dicentem.

QVOD nouum aliquibus, atque inauditum uideri potuit, probat diuidi solutam etiam prosamque orationem, quibusdam partibus, quæ, sumpto à partibus animantium nomine, Greco sermone κῶλα vocentur: eas autem Cicero, imitans Grecos huius artis doctores, ausus & ipse est appellare membra, vt ipsemet testatur. vtitur autem vt fidem faciat, simili: quod probationis genus, & elegans est, & familiare huic politißimo scriptori, & in primis huic ipsi materiæ accommodatum. Nam quam crebro etiam Aristoteles in libris, quos scripsit de uita, & moribus ita argumentetur, & confirmet quod vult, nullo negotio cuncti animaduertere potuerunt, qui ipsos accurate legerunt. Idem igitur in oratione soluta vsu venire inquit, quod in ea, quę vincta est numeris quibusdam certis, ac poësis dicitur: illa nanque diuiditur, vt omnes intelligunt, versibus, quorum genera varia sunt vt ipse docet & minimos ipsorum, & maximos longißimosq; appellans. dimidiata nanque & non integra metra, quę ἡμίμετρα vocat, videntur locum minutorum, curtorumq; versuum tenere: vt contra hexametra longißimorum. quamuis enim inueniantur quæ magis se extendant, ac prolixiora sint, hęc tamen longorum no-

men obtinoerunt, cum illa infrequentiora sint, vt ipse etiam infra testatur. Non est autem quod quisquam putet hic maculam hærere: conetorque certam lectiooem connellere, cum constanter omnes calamo exarati libri ἡμιμέτροις habeant. sed Scaliger etiam, cuios libri nuper editi sunt de Arte poëtarum, vir sine dubio magnæ eruditioois, ita legit: arbitraturque ἡμίμετρον vocatum hic fuisse à Demetrio μονόμετρον: de quo etiam subtiliter dispotat. Addit Demetrius hic vt his, ita etiam aliis generibus carminum illam distingui, quæ aut interiecta inter hæc sint, aut superent etiam nomeru pedum hexametra. ἑρμηνείας autem cum dixisset, addidit λογικῆς significans se loqui de illa sensoum oostrorum explicatione, quæ verbis fit, non in animo condita est, quam intelligens Aristoteles, et ipse librom suum eodem modo inscripsit. nam illius etiam interpretes vim huios nominis declarantes, affirmarunt non idem valere ipsum apud doctorem suum, quod apod Demetrium valet, vt iam de indice libri olim disputans affirmaui. Non sine causa autem cum dixisset διαιρεῖ, statim addidit καὶ διακρίνει: docere enim voluit, facta partitione orationis: diuisisque partibus ipsius, quasi gigoi, ac conformari hæc membra, quæ antea confusa erant, nec per se stabant. Cicero tamen ordinem Latioorum verborum, quæ his videntur respondere, immutauit. inquit enim io L. Pisonem. Græcus primo distinguere, atque diuidere illa quemadmodum dicerentur. oisi fortasse ooo vtrunque Græcum verbum exprimere voluit, sed alterum tantum, vt distinguere illic valeat, quod Græcis est διορίζειν. vt Aristoteles io pari sententia exponenda, nooo libro de vita, & moribus ad Nicomachum locutus est, cuius hæc verba sunt. ἴσως μὲν οὖν τούτους ἐπὶ τῶν λόγων διαιροῦντα διορίζειν ἐφ᾽ ὅσον ἱκανῶς ἐπὶ τὸ ἀληθές. Munus autem horum membrorum quod sit: ac quid commodi inde nascatur ostendere volens, καθάπερ ἀναπαύοντα τὸν λέγοντα inquit, afferuot enim illa vtilitatis hoc dicenti, vt singulis membris editis requiescat aliquaotulum ac respiret. veruntamen quia noo omnino ea vis ipsorum est, vt requietem largiantur oratiooi: oeque enim oratio est in genere earum rerum, quæ participes huius boni suot: animantes enim, cum multum laborarunt, defatigantur, posteaque requiescunt, ooo res corporis expertes: ideo particulam καθάπερ illi verbo præposuit, quæ rem imminuat, ac similitudinem tantum illius rei ipsam habere osteodat, vt Cicero infinitis locis locutus est. in Oratore igitur, quod nunc succurrit. Est enim illa quasi nutrix eius oratoris, ac multo post eodem in libro. In verbis ioest quasi materia quædam. Αναπαύειν autem λόγον Hermogenes quoque inquit, cum sistere, & terminare orationem significare vellet: vbi enim differit de forma dicendi, quæ ab ipso σφοδρότης vocatur, cuiusmodi partes ipsius esse debeant præcipiens idest minutas, & potius incisa qoàm membra, addidit adhuc breuiores illas requiri illic docens, ἀλλ᾽ ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον καὶ κατ᾽ ὄνομα ἀναπαύειν τὸν λόγον. Sed passim ille ostendere volens clausulas & terminos membrorum, vocat ἀναπαύσεις, quia cum id fit, requiescimus. Adiuogit autem Demetrius τε, τὰ καταληγόμενα αὐτὰ καὶ ἐν πολλοῖς ὅροις ὁρίζοντα τὸν λόγον, significans hac partitione orationis, distinctioneque membrorum fieri, vt ipsa membra iosistant, & suis finibus cootineantur, nec longius quàm oportet excurraot. ac præterea definiaot orationem ipsam: multosque ipsi terminos constituant, quę res quid boni in se habeat, à cootrario ostendit: carens enim inquit his terminis oratio, & longa, & infinita foret, quod tędij plenom ac molestiæ est: nec percipi commode potest, & vt rem ipsam aperte tradamus: malumque ipsius penitus explicemus, suffocat oratorem animamque ipsius ioterclndit: hoc enim profectò valet de oratione ab ipsa prolatum, qoę Gręcis est λέξις diuerso genere πνίγουσα τὸν λέγοντα: quemadmodum etiam in extremo hoc libro locutus est, quo loco de genere quodam compositionis vitioso differens, & quod formam gignit corruptam, & adulterinam inquit καὶ ἀποπνίγουσα τὸν λέγοντα. illud autem est si crebrę ac continentes, eædemq; prolixæ fuerint comprehensiooes: illis enim omnibus addidit id quod verbis ipsius indicaui.

Βούλεται μέντοι διανοίαν ἀπαρτίζειν τὰ κῶλα ταῦτα, ποτὲ μὲν ὅλην διάνοιαν, οἷον ὡς Ἑκαταῖός φησιν ἐν τῇ ἀρχῇ τῆς ἱστορίας. Ἑκαταῖος Μιλήσιος ὧδε μυθεῖται

μυθεῖται· συνείληπται γὰρ διάνοια τῷ κώλῳ ὅλῳ ὅλη, καὶ ἄμφω συγκαταλήγουσιν. ἐνίοτε μέντοι τὸ κῶλον ὅλην μὲν οὐ συμπεραιοῖ διάνοιαν· μέρος δὲ ὅλης ὅλον. ὡς γὰρ τῆς χειρὸς οὔσης ὅλου τινὸς, μέρη αὐτῆς ὅλα ὅλης ἐστίν. οἷον, δάκτυλοι καὶ πήχεις· ἰδίαν γὰρ περιγραφὴν ἔχει τούτων τῶν μερῶν ἕκαστον, καὶ ἴδια μέρη, οὕτω καὶ διανοίας τινὸς ὅλης οὔσης μεγάλης, ἐμπεριλαμβάνοιτ' ἂν μέρη τινὰ αὐτῆς, ὁλόκληρα ὄντα καὶ αὐτά.

Debent sanè sententiam adæquare membra hæc. aliquando quidem totam sententiam. ceu Hecatæus inquit in principio historiæ. Ἑκαταῖος Μιλήσιος ὧδε μυθεῖται. *Comprehensa enim est sententia membro toto tota: amboque simul desinunt. Aliquando tamen membrum totam quidem non implet sententiam: partem autem totius totam. Vt enim cum manus sit totum quoddam, partes ipsius totæ totius sunt. ceu digiti, & cubiti: propriam enim circumscriptionem habet harum partium vnaquæque & proprias partes, sic & sententiæ alicuius, quæ tota sit magna, comprehendi in ea possent partes quædam ipsius integræ existentes & ipsæ.*

Cvm inueniri in soluta oratione membra hęc docuisset: vtilitatemque ipsorum monstrasset; naturam nunc eorum ac cuiusmodi sint, declarat. debere nanque illa sententiam explere, atque adæquare tradit. vt membrum antequàm sententia absoluta sit, non finiatur; neque longius excurrat. quod tamen non omnibus temporibus eodem pacto fit. nunc enim plenam integramque sententiam explent: nunc totius integræque sententiæ partem aliquam, quæ sanè & ipsa vt pars, tota est, & non manca, neque imperfecta. Exemplo vtitur prioris membri principio historiæ Hecatæi Milesij, qui nomen suum posuit initio ipsius operis, vt mos erat priscorum scriptorum. Idem autem fecit Herodotus, ac Thucydides, quorum etiam prima verba eodem loco posita eidem rei confirmandæ conueniebant. Hecatęus Milesius inquit hoc pacto narrat. statim autem exemplum id efficere quod dixit, Phalereus docet, affirmans vniuersam sententiam contineri membro toto: amboque, membrum inquam ac sententiam simul desinere, ac finiri. Aliquando autem inquit, quod frequens est, & in periodis semper fit, membrum vniuersam sententiam non claudit: neque vnà cum illa terminatur. sententiam tamen aliquam tunc quoque complectitur: nec eam quidem inchoatam aut mancam; sed quæ quamuis integra, pars sit integræ illius. Ne durum autem difficileque aliquibus videretur partes etiam totas, integrasque dici, simili id illustrat ac verum esse docet: ostendens idem quoque in humana manu contingere, cuius, cum ipsa sit totum quippiam integrumque, partes etiam quædam sunt totæ, atque perfectæ, vt digiti inquit, ac cubitus. Hoc autem cum oculis sentiatur, magnam lucem affert rei illi, quæ animo tantum intelligitur, vnde cum possunt auctores, huc se conferunt, reique alicuius imagine sensilis, declarant rem, quæ sensus ipsos fugit, ac mente solum percipitur: hoc enim in primis aptum est ad omnem caliginem pellendam. Animaduertendum autem Demetrium hic vocare χεῖρα brachium ipsum, vt veteres Gręci sæpe faciebant. nam Demosthenes etiam pro Ctesiphonte cum inquit ὁ ἀνείρων τὴν χεῖρα, ἀλλὰ μὴ ἀνείρων παρ[illegible]νι, videtur brachium intellexisse. Cicero tamen locum eum conuertens, manum reddidit, idem, & ipse fortasse intelligens: brachia enim in contentionibus proiiciebant oratores. Galenus certè in libro secundo de vtilitate partium nostri corporis, illo modo id verbum cepit: vniuersamque manum in tres magnas partes secari inquit: illius enim inquit pars quædam, ea scilicet quæ humero hęret, βραχίων appellatur: altera πῆχυς tertia ἀκρόχειρ idest summa, & extrema manus, quæ nunc à nobis manus

vocatur. Ne quis autem contra verum nimis pertinax, pugnet: negetque digitos cubitumque seorsum integra esse, id probat certa ratione, ostendens singulas illas partes habere suos terminos, qui circunscribant illas: nec non præditas & ipsas esse suis quibusdam partibus simili autem explicato Phalereus redit ad ἀπόδοσιν, quam vocant: idemque contingere in hac re inquit. vt scilicet à sententia sæpe quapiam magna comprehendantur quędam ipsius partes, quæ sint & ipsę absolutæ, atque integrę.

Ὥσπερ ἐν τῇ ἀρχῇ τῆς ἀναβάσεως τῆς ξενοφῶντος τὸ τοιοῦτον. Δαρείου καὶ παρυσάτιδος, μέχρι τοῦ, Νεώτερος δὲ κῦρος, συντετελεσμένη πᾶσα διάνοιά ἐστι: τὰ δὲ ἐν αὐτῇ κῶλα δύο, μέρη μὲν αὐτῆς ἑκάτερόν ἐστι: διάνοια δὲ ἐν ἑκατέρῳ πληροῦταί τις, ἴδιον ἔχουσα πέρας. οἷον Δαρείου καὶ παρυσάτιδος γίνονται παῖδες: ἔχει γάρ τινα ὁλοκληρίαν ἡ διάνοια αὐτὴ καθ' αὑτήν. ὅτι ἐγένοντο Δαρείῳ καὶ παρυσάτιδι παῖδες. καὶ ὡσαύτως τὸ ἕτερον κῶλον, ὅτι Πρεσβύτερος μὲν ἀρταξέρξης: νεώτερος δὲ κῦρος. ὥστε τὸ μὲν κῶλον, ὥς φημι, διάνοιαν περιέξει τινὰ πάντη πάντως, ἤτοι ὅλην, ἢ μέρος ὅλης ὅλον.

Quemadmodum in principio Anabasis Xenophontis hoc ipsum. Δαρείου καὶ παρυσάτιδος usque ad Νεώτερος δὲ κῦρος, perfecta omnis sententia est: quæ autem in ipsa sunt membra duo, partes quidem ipsius utrunque eorum est. sententia autem in utroque impletur quædam. proprium finem habens. ceu Δαρείου καὶ παρυσάτιδος γίνονται παῖδες: habet enim quandam integritatem sententia ipsa per se ipsam: quod Dario, & Parysatidi nati sunt filij. & eodem pacto alterum membrum, quod Πρεσβύτερος μὲν ἀρταξέρξης, νεώτερος δὲ κῦρος. Quare membrum, ut aio, sententiam continebit aliquam omnino, siue totam, siue totius partem totam.

Exemplo politissimi scriptoris id quod dixit confirmat. principio inquam librorum illorum Xenophontis, quibus scripsit Cyri minoris militiam, cum regnum fratri eripere voluit: eam autem ἀνάβασιν auctor appellauit: inquit igitur. nam Demetrius breuitatis causa: quia erat valde notus locus, prima tantum, ac postrema verba ponit. E Dareo, & Parysatide nati sunt duo filii: quorum maior natu fuit Artaxerxes: minor vero Cyrus. omnem autem sententiam affirmat Demetrius perfectam, absolutamque esse, cum ad finem hujus clausulę peruentum est. membra verò, quę in ea continentur. partes sanè illius esse ambo. sententiam tamen ex vtroque seiuncto ab altero, plenam constare, quæ suum propriumque finem, ac terminum habeat: quod ostendit eam absolutam esse. supra enim quoque eodem argumento vsus est, cum digitos cubitumque partes esse manus totas, integrasque confirmauit. nam illud inquit E Dareo, & Parysatide nati sunt duo filii. integritatem quandam ipsum per se habet: sententiaque prorsus perfecta est: significat enim è Dareo, & Parysatide procreatos esse liberos. Eodem etiam pacto inquit alterum membrum. narrat enim maiorem ex illis natu fuisse Artaxerxem: minorem verò Cyrum. quare ait Phalereus, totam orationem concludens, membrum, quod dixi, sententiam quandam omnino complectetur. cum autem quandam addidisset, explicat quid breui significarit dicens. siue totam, integramque, siue integrę illius partem, & ipsam tamen quoque integram.

Δεῖ δὲ οὔτε πάνυ μακρὰ ποιεῖν τὰ κῶλα: ἐπεί τοι γίνεται ἄμετρος ἡ σύνθεσις, ἢ δυσπαρακολούθητος: οὐδὲ γὰρ ἡ ποιητικὴ ὑπὲρ ἑξάμετρον ἦλθεν, εἰ μήπου ἐν ὀλίγοις:

ὀλίγοις· γελοῖον γὰρ τὸ μέτρον ἄμετρον εἶναι, καὶ καταλήγοντος τοῦ μέτρου ἐπιλελῆσθαι ἡμᾶς, ἢ ὅτι ἤρξατο· οὔτε δὲ τὸ μῆκος τῶν κώλων πρέπον τοῖς λόγοις διὰ τὴν ἀμετρίαν, οὔτε ἡ μικρότης, ἐπεί τοι γίνοιτ' ἂν ἡ λεγομένη ξηρὰ σύνθεσις, οἷον ἡ τοιάδε. Ὁ βίος βραχύς, ἡ τέχνη μακρά, ὁ καιρὸς ὀξύς· κατακεκομμένη γὰρ ἔοικεν ἡ σύνθεσις καὶ κεκερματισμένη, καὶ εὐκαταφρόνητος, διὰ τὸ μικρὰ σύμπαντα ἔχειν.

Oportet autem neque valde longa membra facere: quia sic efficitur sine mensura compositio: vel talis vt ægre possit aliquis ipsam animo persequi. neque enim poetica supra hexametrum venit, nisi alicubi in paucis. ridiculum enim metrum mensura carere, & desinente metro oblitos nos esse, vel quando incepit. neque igitur longitudo membrorum conueniens est orationi, propter vacuitatem mensuræ: neque breuitas, quia sic efficeretur, quæ vocatur arida compositio, ceu huiusmodi Ὁ βίος βραχύς· ἡ τέχνη μακρά· ὁ καιρὸς ὀξύς: *dissecta enim videtur hæc compositio, & in minutas partes incisa & talis vt contemni meritò possit, quia pusilla cuncta habet.*

Cum membrum omne plenam integramque sententiam in se habere docuisset, ostendit qui modus horum membrorum tenendus sit. nam & longitudine, & breuitate in illis formandis peccari posset. primum autem tradit ipsa valde longa esse non debere: eiusque rei vitium statim exponit dicens: nam compositio ipsa, & constructio verborum hoc pacto mensura vacaret. inuenta autem membra sunt metiendę orationi, aut si omnino immoderata infinitaque non essent: sunt enim in ea quoque termini, sed nimis longinqui, ægre possunt hi qui audiunt eam percipere, ac mente consequi prolixitatem ipsius. Exemplo autem statim artis poëtarum præceptum hoc confirmat. cum enim hæc studia paria inter se sint, rationes etiam ipsarum similes esse debent. vnde etiam initio libri simili ipsius vsus est. sed ne poetica quidem inquit vltra hexametrum versum extenditur, nisi raro admodum: pauci enim versus sunt qui numerum eum pedum transeant. est tamen inde ἑπτάμετρος vocatus. Errorem autem declarans eius qui hoc non seruaret: irridensq; stultitiam ipsius inquit. ridiculum enim est metrum metro mensuraque carere: videtur autem lepide in hoc lusisse Demetrius: nec non insulsum est, cum membrum desinit, quod naturam metri habet: illique rei efficiendæ inuentum est, nos iam oblitos esse principium ipsius. Perturbata autem hic videtur lectio in Græco exemplari: cum enim legatur ἢ ὅτι ἤρξατο, particula ἢ indicat defecisse alterum membrum. cuius membri in scriptis libris vestigium nullum extat. quidam tamen cum haberet in contextu verborum auctoris πότε ὅτι ἤρξατο, in margine postea adnotatum habebat, scribi debere πότε ἤρξατο putauit autem fortasse auctor huius emendationis in eo peccatum fuisse à librario, quod pro π littera, quæ cohęrere deberet cum consequentibus tribus, perperam ὁ formasset. Patefacta autem culpa huius rei: exagitatoque studio prauo illorum, qui membra orationis prolixa facerent, concludit prius membrum: simulque posterioris vitii rationem affert, dicens. Non est igitur manifesto longitudo membrorum apta orationi: neque conuenit illi, quia officium suum non facit: nec suis locis ipsam distinguit, ac terminat. neque etiam exiguitas: qui nanque illam affectarent in iustam reprehensionem inciderent. efficereturque, quę vocata est vitioso nomine, & quod culpam indicat, arida compositio. Exemplum ipsius ponere in animo habens, confugit ad initium aphorismorum Hippocratis: nihil autem magis aptum adferre potuit. eodem etiam infra vtitur ad eandem culpam demonstrandam: posito autem illo disputans de culpa huius compositionis: eamq; exa

gitatis ait: intelligitur enim hæc constructio verborum esse concisa; & in minutas partes dissecta, quæque demum dignitatem nullam habeat ac possit meritò contemni, quia cuncta pusilla, minutaque in se habeat. Cum verò priore quoque eorum nominum quæ verbi naturam præ se ferunt, significetur oratio concisa & fracta, posteriore tamen magis declaratur exiguitas, tenuitasq; illatum partium κέρματα nanque, vnde verbum conformatum est, valet minutas exilesque admodum partes.

Γίνεται μὲν οὖν ποτὲ καὶ μακροῦ κώλου καιρός. οἷον ἐν τοῖς μεγέθεσιν, ὡς ὁ Πλάτων φησί: Τὸ γὰρ δὴ πᾶν τόδε, τοτὲ μὲν αὐτὸς ὁ θεὸς πορευόμενον ξυμποδηγεῖ καὶ συγκυκλεῖ: σχεδὸν γὰρ τῷ μεγέθει τοῦ κώλου συνεξῆρται καὶ ὁ λόγος. διὰ τοῦτο καὶ ἑξάμετρον ἡρῷόν τε ὀνομάζεται ὑπὸ τοῦ μήκους, καὶ πρέπον ἥρωσιν, καὶ οὐκ ἂν τὴν ὁμήρου ἰλιάδα πρεπόντως τις γράψειεν τοῖς ἀρχιλόχου βραχέσιν. οἷον Ἀχυμένη σκυτάλη. καὶ Τίς σὰς παρήειρε φρένας, οὐδὲ τοῖς ἀνακρέοντος τῷ Φέρ' ὕδωρ, φέρ' οἶνον, ὦ παῖ: μεθύοντος γὰρ ὁ ῥυθμὸς ἀτεχνῶς γέροντος, οὐ μαχομένου ἥρωος.

Existit igitur aliquando & longi membri tempus, ceu in magnitudinibus, vt Plato inquit Τὸ γὰρ δὴ πᾶν τόδε, τοτὲ μὲν αὐτὸς ὁ θεὸς πορευόμενον ξυμποδηγεῖ καὶ συγκυκλεῖ: *ferme enim vnà cum magnitudine membri sublata est oratio. propter hoc & hexametrum heroumq; nominatur à magnitudine, & conueniens est heroibus. & nullo modo aliquis Homeri Iliadem; ita vt deceret, scriberet Archilochi breuibus. ceu* Ἀχυμένη σκυτάλη. & τίς σὰς παρήειρε φρένας. *neque illis Anacreontis* φέρ' ὕδωρ, φέρ' οἶνον ὦ παῖ: *temulenti enim numerus profecto senis, non pugnantis herois.*

Mala, quę accurate exposuerat, perpetua non esse docet: sunt enim quędam tempora, quibus quod alias reprehenditur, atque exploditur, laudem habet. primum igitur ostendit quando longa membra formari debeant. idest cum res amplę grandesque exponuntur. vtitur autem exemplo Platonis: cuius ea verba sunt in sermone, qui πολιτικὸς inscriptus est vel de regno. ita enim hospes, qui inducitur cum Socrate loquitur, τὸ γὰρ πᾶν τόδε τοτὲ μὲν αὐτὸς ὁ θεὸς ξυμποδηγεῖ πορευόμενον καὶ συγκυκλεῖ, & quę sequuntur. manifesto enim membrum illud prolixum est: ac non parum superat mensuram vsitatorum, modicorumque membrorum: quamuis illic egregie quadrarit. quod testatur Phalereus, affirmans quasi granditatem quandam, sublimitatemque illud attulisse orationi: vnaque cum amplitudine ipsius orationem esse in altum sublatam. Quod vero statim adiungit, postquam artificium summi scriptoris comendauit, qui cum vellet orationem amplificare membrum auxit. valet ad idem confirmandum. amplitudinem scilicet membrorum conuenire expositioni rerum magnarum. nullam enim inquit aliam ob causam hexametrum carmen heroum appellatur nisi ob longitudinem, existimaturque aptum esse factis herοum canendis. quod etiam à contrario patet vt ostendit. neque enim posset aliquis Iliadem Homeri scribere apte, ac decore Archilochi versibus vocatis βραχέσιν idest breuibus, minutisque; cuiusmodi est illud ipsius ἀχνυμένη σκυτάλη. neque enim tantum sententiam horum verborum, quantum breuitatem carminis spectare debemus. videntur tamen valere. tristis ac mœroris plena epistola. σκυτάλην enim genus fuisse literarum, quo Ephori Lacedęmoniorum obscure significabant copiarum suarum ducibus, quod vellent, notum est. Athenæus autem in tertio libro δειπνοσοφιστῶν indicat Aristophanem grammaticum librum scripsisse de Scytale hac achnymene. Sed interpres etiam Pindari testatur hunc versiculum fuisse Archilochi, cum explicaret illud

illud è sexta ode Olympiorum ἠϋκόμων σκυτάλη μοισᾶν aliud etiam ab eodem Poëta sumptum posuit eiusdem rei exemplum. τίς σὰς παρήειρε φρένας verba autem sunt apud eum pronuntiata à filiabus Lycambis, quas finxit Archilochus, vt turpiorem notam inureret illi, cui valde inimicus, & infestus erat, patrem amentiæ accusare quod rem tam fœdam ipsis suaderet. grandiore versu, qui hunc antecedit, id perspicitur: est autem hic πάτερ Λυκάμβα ποῖον ἐφράσω τόδε. leguntur autem ambo apud Hephæstionem, quo capite περὶ μικτῶν συστημάτων disputauit. Sed neque etiam, vt auctor adiungit, minutis versibus Anacreontis commode, & cum dignitate grande illud argumentum tractari posset vt cum ille puerum vini ministrum vocans, cecinit φέρ' ὕδωρ, φέρ' οἶνον ὦ παῖ: est enim inquit aperte numerus ille proprius temulenti senis, non pugnantis herois aut personæ alicuius grauioris, in præclato aliquo munere occupatæ, nam quod pugnantis herois inquit, respexit ad id, quod supra dixit, nullo modo conuenire hos breues, & minutos versus Iliadi Homericę: personę nanque hæ illic tractantur & vt in bello fit, sæpè cum hostibus prœliantes.

Μακροῦ μὲν δὴ κώλου καιρὸς γένοιτ' ἂν ποτε διὰ ταῦτα. γένοιτο δ' αὖ πότε καὶ βραχέος. οἷον, ἤδη μικρόν τι ἡμῶν λεγόντων. ὡς ὁ ξενοφῶν φησιν. ὅτι ἀφίκοντο οἱ ἕλληνες ἐπὶ τὸν τηλεβόαν ποταμόν: Οὗτος δὲ ἦν, μέγας μὲν οὔ, καλὸς δέ: τῇ γὰρ σμικρότητι καὶ ἀποκοπῇ τοῦ ῥυθμοῦ, συνανεφάνη καὶ ἡ σμικρότης τοῦ ποταμοῦ καὶ ἡ χάρις. εἰ δὲ οὕτως ὑπερεκτείνας αὐτὸ, εἶπεν. οὗτος δὲ μεγέθει μὲν, ἦν ἐλάττων τῶν πολλῶν, κάλλει δὲ ὑπερεβάλλετο πάντας, τοῦ πρέποντος ἀπετύγχανεν ἂν καὶ ἐγίγνετο ὁ λεγόμενος ψυχρός. ἀλλὰ περὶ ψυχρότητος μὲν ὕστερον ῥηθοῦμεν.

Longi quidem iam membri tempus existeret aliquando propter hæc. existeret etiam contra aliquando breuis. ceu siue rem aliquam paruam exponentibus nobis, vt Xenophon inquit. quod venerunt Græci ad Teleboam fluuium: οὗτος δὲ ἦν, μέγας μὲν οὔ, καλὸς δέ: *vna enim cum paruitate, & concisione numeri apparuit paruitas fluuij & venustas. Si autem sic supra modum extenso illo, dixisset. hic autem magnitudine quidem erat minor multis: pulchritudine autem superabat omnes, eo quod decet excidisset: & extitisset, quæ vocatur nota frigida. sed de frigore postea disseremus,*

Finem imponit disputationi, qua probauit rerum, argumentique granditati accommodata esse membra longa, & nullo modo breuia. aggrediturque ostendere tempus quod requirit breuia membra: illa autem duo sunt. & cum res pusilla commemoratur. & cum orator commotus valde est, in formaque illa dicendi versatur, quę acris, ac vehemens est. & Græce δεινότης vocatur. exemplum prioris sumit à Xenophonte, qui vt eruditus, ac diligens scriptor, hoc præclare seruauit, in quarto libro ἀναβάσεως, vbi narrat Grecos redeuntes peruenisse ad tenuem quendam fluuium Teleboam vocatum in sedibus Teribazi, ręfecti regii, qui amnis vt magnitudine carebat, ita speciem non paruam habebat. inquit igitur Xenophon, vt commemorat Phalereus οὗτος δὲ ἦν μέγας μὲν οὔ, καλὸς δέ. apud auctorem enim nunc aliter legitur immutato ordine verborum, sententia tamen formaque dicendi eadem, ita enim illic est οὗτος δὲ ἦν καλὸς μὲν: μέγας δὲ οὔ. quod factum esse puto quia Phalereus, cum scriberet, memoriam sequeretur; librum Xenophontis in manibus non haberet, vt aliis in exemplis ponendis hoc in commentario sæpe facit. Laudat autem statim iudicium, acumenque politi illius scriptoris Phalereus, locique ipsius virtutem planissime explicat dicens. vnà cum exiguitate numeri & incisione specta-

ri posse: apparuissequeamnis illius tenuitatem, ac venustatem. Declarata verò elegantia illius loci: vt magis intelligatur virtus illa, componit aliter orationem: membraque plena, ac longa fingit: ostenditque manifesto si hoc pacto rem narrasset Xenophon, peccaturum illum magnopere fuisse, ac facturum rem indecoram, nulloque modo inter se aptam. quod vitium orationis frigus appellatur, cum expositioni rerum minutarum adhibentur verba, ac membra grandia, atque ampla: de qua vitiosa nota, formaque dicendi, pollicetur se infra diligenter disputaturum. quod faciet explicata forma magnifica, atque ampla. est enim frigus labes, & deprauatio ipsius. Apparet autem magis, quàm non apta futura fuerit expositioni illi minutæ rei compositio ampla, quia numerus illic est: qui ne in grandi quidem oratione magnopere probatur, quia finis est hexametri. & sonantior est, quàm oporteat; huiuscemodi enim manifesto est illud, *ἐπιβάλλοντο κεῖται*. est igitur hoc etiam nomine immutatio illa vitiosa.

Τῶν δὲ μικρῶν κώλων κἂν δεινότητι χρῆσίς ἐστι: δεινότερον γὰρ τὸ ἐν ὀλίγῳ πολὺ ἐμφαινόμενον καὶ σφοδρότερον. διὸ καὶ οἱ Λάκωνες βραχυλόγοι ὑπὸ δεινότητος: καὶ τὸ μὲν ἐπιτάσσειν σύντομον καὶ βραχὺ, καὶ πᾶς δεσπότης δούλῳ μονοσύλλαβος. τὸ δὲ ἱκετεύειν μακρὸν, καὶ τὸ ὀδύρεσθαι. αἱ λιταὶ καθ᾽ ὅμηρον, καὶ χωλαὶ καὶ ῥυσαὶ ὑπὸ βραδυτῆτος. τουτέστιν ὑπὸ μακρολογίας, καὶ οἱ γέροντες μακρολόγοι διὰ τὴν ἀσθένειαν.

Paruorum autem membrorum & in graui nota vsus est: grauius enim est, quod in pauco multum intus apparet & vehementius. Vnde & Lacones sunt breuiloquentes, grauitate ipsos impellente. & imperare concisum, & breue: & omnis dominus seruo vnius syllabæ. Supplicare autem longum, et deplorare. preces, docente hoc Homero, & claudæ & rugosæ sunt ob tarditatem, hoc est ob longitudinem sermonis, & senes longi in oratione propter imbecillitatem.

Indicat aliud tempus, quo recte vsurpantur pusilla membra: cum scilicet versamur in graui illa, atque acri forma dicendi, quæ à Græcis vocata est *δεινότης*. bonum autem quod illa afferant explicans inquit. quod enim exiguo loco multum copiosumque apparet acrius est, ac vehementius: magisque perturbant, quæ paucis verbis comprehensæ sunt crebræ grauesque sententiæ. Ostendit etiam vt idem confirmet, Laconas nulla alia de causa studuisse breuitati sermonis, nisi quia acres terribilesque videri vellent. vel hunc habitum animi, acrem in gerendo, proprium eius gentis, impulisse illos, vt in dicendo breues forent. Addit quoque superiores personas, ac præstantes dignitate viros, breuitatem amare cum humilioribus agentes. qui cum mandant aliquid ac pro potestate, quam in illum habent, alicui quid præcipiunt, concise breuique id agunt. Hoc vero egregie expressisse Homerum, cum Agamemnonem fecit duobus præconibus: famulisque suis mandare, vt ad Achillis tabernaculum irent; indeque Briseidem auellerent, nullo negotio intelligitur: mirifice enim illic rex ille regum, cum iniuriam facere fortissimo viro perseueraret; tempori illi, personæque suæ seruiuit: & paucis enim quid gerere ipsos vellet ostendit, & continuare orationem neglexit. vnde in antiquo libro, quod hoc ipsum admoneret, à docto aliquo viro notatum offendi. *ἐπιτάσσειν τὸ ἀπόλυτον τῆς φράσεως*. conuenit igitur huic sententiæ cum iudicio Demetrii, qui statim aliquo modo inquit. Et hoc sanè postulat natura huius rei: herique omnes, ac domini cum seruis aliquid imperant, singulis, vt testatur syllabis contenti sunt. Hæc enim omnia vim aliquam habent demostrandi idonea esse grauitati orationis pusilla concisaque membra. con

tra

tra autem inquit ratio supplicandi, deflendique aduersam fortunam ac res suas malas, prolixa est. qui enim aliquibus supplicant atque eorum opem implorant, omnia diligenter exponunt, quæ valent ad misericordiam in animis illorum excitandam. & qui queruntur de alicuius iniuria: lugentque acerbum aliquem casum, finem nullum inueniunt suarum querelarum. quod Ariadna apud Catullum facit, cum de iniuria, quam ab amatore improbo accepit, queritur. interpretatur etiam Demetrius, vt idem probet, sensum, consiliumque Homeri, qui λιτὰς idest preces ipsas, ac supplicationes natas, vt tradit, ex Ioue deas, finxit & claudas, & rugarum plenas ob tarditatem esse. quod ipse putat valere prolixitatem orationis. locus autem est in nono Iliadis: ac poetæ verba hæc sunt καὶ γάρ τε λιταί εἰσι Διὸς κοῦραι μεγάλοιο χωλαί τε ῥυσαί τε παραβλῶπές τ' ὀφθαλμώ. Addit præterea Demetrius senes ipsos esse prolixos in rebus exponendis ob infirmitatem virium, vnde præclare Terentius expressit naturam senum, cum in Eunucho sua induxit ardentem amore adolescentem queri de importunitate Archidemidis, qui longo suo sermone remoratus fuerat ipsum sequentem virginem. nam relato illo prolixo sermone, adiungit. Dum hæc dicit abiit hora.

Παράδειγμα δὲ βραχείας συνθέσεως, τὸ Λακεδαιμονίων Φιλίππῳ. Διονύσιος ἐν κορίνθῳ: πολὺ γὰρ δεινότερον φαίνεται ῥηθὲν οὕτω βραχέως, ἢ ἄπερ αὐτὸ μακρῶς ἐκτείναντες, εἶπον, ὅτι ὁ Διονύσιος ποτὲ μέγας ὢν τύραννος, ὥσπερ σύ, ὅμως νῦν ἰδιωτεύων, οἰκεῖ κόρινθον: οὐ γὰρ ἔτι διὰ πολλῶν ῥηθὲν ἐπιπλήξει ἐῴκει, ἀλλὰ διηγήματι, καὶ μᾶλλόν τινι διδάσκοντι, οὐκ ἐκφοβοῦντι. οὕτως ἐκτεινόμενον ἐκλύεται τοῦ λόγου τὸ θυμικὸν, καὶ σφοδρόν. ὥσπερ τὰ θηρία συστρέψαντα ἑαυτὰ μάχεται. τοιαύτη τις δὴ ἂν συστροφὴ καὶ λόγου. καθάπερ ὡς ἐπισυστραμμένου πρὸς δεινότητα.

Exemplum autem breuis compositionis illud. Lacedæmonij Philippo: Διονύσιος ἐν κορίνθῳ. multo enim grauius apparet esse dictum sic breuiter. quàm si ipso longe producto, dixissent. Quòd Dionysius quondam magnus tyrannus existens, quemadmodum tu, tamen nunc priuatus habitat Corinthi: neq; enim amplius, multis verbis expositum, increpationi simile extitisset, sed narrationi, & potius alicui qui doceret, non qui perterrefaceret. adeo extensa dissoluitur orationis iracundia. quemadmodum beluæ cum se contorserint, pugnant. huiuscemodi quædam est orationis conuersio, quæ in gyrum torta sit ob grauitatem.

Exemplo aliquo vim huius concisæ compositionis ostendere volens, vtitur ratione illa: litterisque, quibus Lacedæmonii Philippo Macedoni, Alexandri patri, responderunt grauiter minanti. scripserunt enim in illis Διονύσιος ἐν κορίνθῳ: obscure significantes non oportere illum valde confidere præclaræ illi suæ fortunæ, cum alii etiam fortunati viri exciderint è summis opibus, vt Dionysius, qui cum totius penè Siciliæ rex esset amisit regnum, inopiaque coactus est Corinthi litteras docere. acuta vero illa vox cœpit postea vulgo vsurpari, ac prouerbii locum obtinuit. illam autem vsurpauit Cicero quoque in epistola quadam ad Atticum: sensum eius, notionemque idem explicuit ad Petum cum ait. Ex quibus intellexi probari tibi meum consilium, quod vt Dionysius tyrannus, cum Syracusis pulsus esset, Corinthi dicitur ludum aperuisse. & quæ sequuntur. Ipse quoque statim Demetrius vim ipsius expressit: consiliumque Lacedæmoniorum laudauit. Multo enim inquit acrius hoc fuit, ita pronuntiatum summa cum breuitate, quàm si ipsum explicatum dilatatumque prolixe pronuntiassent. Quomodo autem idem accurate narrari potuisset, omni re explana

ta declarat. additque, si illo modo, ac multis verbis expositum fuisset, similitudinem nullam increpationis habiturum fuisse: sed narrationis: personamq; illi potius sustinuissent docentis, & admonentis, quàm perturbantis, ac terrentis: quod tempus illud ac ratio Lacedæmoniorum postulabat. voluerunt enim illi perterrefacere regem: impetumque ipsius metu iniecto frenare. in extremo autem tanquàm exclamauit Demetrius dicens. Adeò iracundum illud, ac vehemens, quod in oratione existit, cum dilatatum est, interit, ac dissoluitur. Orationis autem huius, collectæ in orbem contractæque, vim magis illustrare volens imagine vtitur atque inquit. Veluti beluę, ac ferę animantes contractis membris, in orbemque circumactis pugnant: similis illi existit, quædam contortio orationis. quæ oratio tanquàm in spiram, & orbem se uertit, vt vehementior, ac terribilior sit. Naturam beluarum eam esse vt pugnaturæ corpus contrahant atq; ita vires colligant, indicauit etiam Plato in primo libro de republica. & ipse imagine hac lucem obscuriori, atque incertiori rei afferens. eius verò verba hæc sunt. ἀλλ' συστρέψας ἑαυτὸν ὥσπερ θηρίον ἧκεν ἐφ' ἡμᾶς, ὡς διαρπασόμενος, eodem etiam verbo Demetrius, quo doctissimus ille, ac politissimus scriptor, vsus est: est enim huic rei ostendendæ valde aptum, & ab optimis quibusque auctoribus vsurpatum. Καθάπερ ἐσπειραμένον quod inquit: (ita enim sine dubitatione legendum est: itaque cuncti calamo scripti libri habent), valet id quod ostendi: σπεῖρα enim, quod verbum à non nullis Latinis scriptoribus vsurpatum est, significat flexionem & orbem. inde autem verbum σπειρᾶσθαι conformatum est. cuius notio est in spiram, & orbem colligi, vt nautas, ceterosque opifices de rudentibus funibusque facere videmus; cum iis sos antea à se explicatos, colligunt. Vsus est eo nomine, cum de Cecrope antiquo rege Atheniensium loqueretur, Euripides in Ione. ille nanque anguineos pedes habuisse dictus est. in ea igitur fabula, vbi ornatus commemoratur conuiuii, in quo sodales suos Ion, discessurus è Delphica tellure, accepturus erat, hæc verba sunt. Κατ' εἰσόδους δὲ κέκροπα θυγατέρων πέλας σπείραις συνειλίσσοντ', Ἀθηναίων τινὸς ἀνάθημα. Virgilius quoque cum idem exponeret, id verbum recepit: ita enim cecinit. neque tanto Squammeus in spiram tractu se colligit anguis. Apparet igitur Demetrium verbo huic rei demonstrandæ valde apto vsum fuisse.

Ἡ δὲ τοιαύτη βραχύτης κατὰ τὴν σύνθεσιν, κόμμα ὀνομάζεται. ὁρίζονται δ' αὐτὸ ὧδε. Κόμμα ἐστὶ τὸ κώλου ἔλαττον. οἷον τὸ προειρημένον, τό, τε Διονύσιος ἐν Κορίνθῳ, καὶ τὸ Γνῶθι σεαυτὸν, καὶ τὸ Ἕπου θεῷ, τὰ τῶν σοφῶν: ἔστι γὰρ καὶ ἀποφθεγματικὸν ἡ βραχύτης, καὶ γνωμολογικὸν, καὶ σοφώτερον τὸ ἐν ὀλίγῳ πολλὴν διάνοιαν ἠθροῖσθαι: καθάπερ ἐν τοῖς σπέρμασι δένδρων ὅλων δυνάμεις. εἰ δὲ ἐκτείνοιτό τις τὴν γνώμην ἐν μακροῖς, διδασκαλία γίνεταί τις καὶ ῥητορεία ἀντὶ γνώμης.

Huiuscemodi autem breuitas in compositione incisum nominatur. definiunt autem ipsum sic. incisum est, quod membro minus est. ceu quod antea dictum est. Διονύσιος ἐν κορίνθῳ, *& illud* Γνῶθι σεαυτόν. *&* Ἕπου θεῷ, *quæ sapientum dicta sunt. est enim huiuscemodi vocibus accommodata breuitas, & sententijs etiam. & sapientius in pauco loco multam sententiam collectam esse. quemadmodum in seminibus arborum totarum vis. si autem extenderet aliquis in multis, docendi ratio, & orandi fieret pro sententia.*

Cum suppresso eorùm nomine, de natura incisorum multum disputasset: ac quanta vis breuium horum membrorum sit: quibusque temporibus vsurpari debeant.

beant, docuisset, quod nomen impositum sit illis à magistris dicendi ostendit, atque inquit huiuscemodi quandam breuitatem in compositioue verborum vocari κόμμα: Huinscemodi autem, qualem scilicet ipse descripsit, id est contortam, & tanquam in gyrum redactam, M. Tullius incisum appellare consueuit. Quemadmodum etiam iidem definire illud soliti sint, Demetrius indicat. incisum enim esse dicebant quod minus membro est, nec instam ipsius longitudinem implet. ceu (inquit) quod paulo antea positum à me est. Dionysius Corinthi. sed addit etiam alia ipsius exempla. vt Nosce te ipsum. & Sequere deum. quæ sunt dicta sapientum. aliȩ prȩterea eorundem voces, quibus præcipiebant aliquid, breues in primis erant. vt Nequid nimis. Mensura optima. sunt prȩterea illa Ciceronis incisa. Animum vincere. Iracundiam cohibere. Victoriam temperare. vt hæc ex alia oratione, quȩ in se lumen præterea habent. Fuerint cupidi: Fuerint irati: Fuerint pertinaces. Est enim (ait) breuitas orationis sua, propriaque apophthegmatum: mirificeque apta vocibus acutis illustrium virorum, illo modo vocatis, exponendis. sed etiam sententiis illis edendis, quæ γνῶμαι appellantur: continentque præcepta ad vitam degendam accommodata. Adiungit autem rem esse sapientiorem exiguo, in spatio, paruoque nnmero verborum, multum sensum collectum esse: eadem ratione, qua videmus in seminibus totarum stirpium, ingeniumque arborum contineri naturam, ac vim: rursus enim auxilio rei notæ, & quæ oculis sentiatur, lucem afferre voluit rei obscuræ, & quæ non poterat aliter quàm animo percipi atque intelligi. Id vero, quod sanè plenum est admirationis: aptumque ad homines pura voluptate afficiendos, eleganter attigit Cicero in libello de senectute. cum dixit. Omitto enim vim ipsam omnium, quæ generantur è terra: quæ ex fici tantulo grano, aut ex acini vinaceo, aut ex ceterarum frugum, aut stirpium minutissimis seminibus tantos truncos, ramosque procreet. A contrario autem, vitioque superioris præcepti, veritatem confirmare volens, ac patefacere sententias ipsas paucis verbis includi debere, inquit. Si quis autem sententiam explicaret: ac pluribus verbis exponeret, corrumperet ipsam: naturamque eius totam immutaret: fit enim tunc præceptio quædam: oratoriaque disputatio, amissa natura sententiæ.

Τῶν μέντοι κώλων καὶ κομμάτων τοιούτων συντιθεμένων πρὸς ἄλληλα, συνίστανται αἱ περίοδοι ὀνομαζόμεναι: ἔστι γὰρ περίοδος, σύστημα ἐκ κώλων ἢ κομμάτων εὐκαταστρόφων, πρὸς τὴν διάνοιαν τὴν ὑποκειμένην ἀπηρτισμένον, οἷον, Μάλιστα μὲν εἵνεκα τοῦ νομίζειν συμφέρειν τῇ πόλει λελύσθαι τὸν νόμον: εἶτα καὶ τοῦ παιδὸς εἵνεκα τοῦ Χαβρίου, ὡμολόγησα τούτοις, ὡς ἂν οἷός τε ὦ, συνερεῖν: αὕτη γὰρ ἡ περίοδος ἐκ τριῶν κώλων οὖσα, καμπήν τέ τινα καὶ συστροφὴν ἔχει κατὰ τὸ τέλος.

Cum vero membra & incisa huiuscemodi composita fuerint inter se, constant periodi appellatæ: est enim periodus coagmentatio ex membris vel incisis volubilibus ad sententiam, quæ subest adæquata. ceu Μάλιστα μὲν εἵνεκα τοῦ νομίζειν συμφέρειν τῇ πόλει λελύσθαι τὸν νόμον: εἶτα καὶ τοῦ παιδὸς εἵνεκα τοῦ Χαβρίου, ὡμολόγησα τούτοις, ὡς ἂν οἷός τε ὦ, συνερεῖν: *hæc enim periodus ex tribus membris existens, flexionem quandam et conuersionem habet in fine.*

Mirus quidam est ordo rerum, quæ traduntur in hoc libro. vt quemadmodum multis aliis de causis est amandus, ita etiam ob viam ipsam, & seriem præceptorum, sit charus habendus. Declarat accurate primum, quæ sint membra in oratione: deinde ex illis non nulla, quæ ad iustam mensuram non veniebant, significarat vocari incisa, nunc docet ex ipsis, membris inquam & incisis, conflari periodos: si membra ipsa, incisaque, inter se iuncta certa quadam ratione fuerint. nam sunt, quæ

partes

partes suas integras habent ac plena membra, periodi: sunt etiam, quæ imminuta illa & quasi decurtata. quàmuis in iis quoque sententia perfecta sit atque absoluta. Περίοδον autem Cicero cum Latino verbo exprimere vellet, multis nominibus vsus est. nunc enim ambitum: nunc circuitum: nunc comprehensionem aut continuationem aut circumscriptionem appellat. Sed Græco etiam, cum commodum ipsi est, vtitur. quare illum sequar. Quod autem in expositione supra à me versę sententiæ auctor τοιούτον inquit, habet (vt opinor) hanc vim: membrorum scilicet incisorumque huius generis, cuius illa descripsimus: neq; enim sunt vera membra; aut corpora quæ dissecta sint. Ex ipsis autem conflari comprehensiones, quas dixit, probat, euoluta natura huius rei: definitioneque allata. nam inquit. Est enim ambitus coagmentatio, quæ constat ex membris, aut incisis volubilibus, sententiæ subiectæ paribus: ipsique in cursu adęquatis. Exemplum ipse ambitus ponit, in quo manifestù hęc esse cernantur, initium orationis Demosthenis aduersus Leptinem. principium quoque secundæ Philippicæ Ciceronis huic simile est. Sed etiam pro Milone cum de Clodio dixit. Nisi eum dii immortales in eam mentem impulissent, vt homo effeminatus fortissimum virum conaretur occidere, hodie remp. nullam haberetis, trimembrem ambitum formauit. Explicans autem Demetrius exemplum: docensque, quæ in definitione posuit, illic esse inquit. Hęc enim comprehensio, quæ conflata est ex tribus membris, in extremo flexionem quandam, & contortionem habet: conatus enim sum verba Græca exprimere. nam Cicero flexiones in ij. de legibus de musica disserens, vocauit, quas Græci καμπὰς appellabant: & in oratore, vbi de contentionibus Demosthenis, atque Æschinis agit, inquit: Cum alter alteri obijcit vocis flexiones. Sed alterum etiam verbum vsurpauit. καμπὴν autem & συστροφὴν vocat, similitudinem corporum sequutus, cum extrema pars membrorum ita flectitur, ac torquetur, vt primæ adplicetur. atque ita orbem illum conficiat.

Ἀριστοτέλης δὲ ὁρίζεται τὴν περίοδον οὕτως. Περίοδός ἐστι λέξις, ἀρχὴν ἔχουσα καὶ τελευτήν. μάλα καλῶς, καὶ πρεπόντως ὁρισάμενος: εὐθὺς γὰρ ὁ τὴν περίοδον λέγων, ἐμφαίνει ὅτι ἤρκται ποθεν, καὶ ἀποτελευτῆσαι ποι, καὶ ἐπείγεται εἴς τι τέλος, ὥσπερ οἱ δρομεῖς ἀφιθέντες: καὶ γὰρ ἐκείνων συνεμφαίνεται τῇ ἀρχῇ τοῦ δρόμου τὸ τέλος. ἔνθεν καὶ περίοδος ὠνομάσθη, ἀπεικασθεῖσα ταῖς ὁδοῖς ταῖς κυκλοειδέσι καὶ περιωδευμέναις: καθόλου γὰρ οὐδὲν ἡ περίοδός ἐστι, πλὴν ποιὰ σύνθεσις. εἰ γοῦν λυθείη αὐτῆς τὸ περιωδευμένον καὶ μετασυντεθείη, τὰ μὲν πράγματα μένει τὰ αὐτά: περίοδος δὲ οὐκ ἔσται. οἷον εἴ τὴν προειρημένην τις τοῦ δημοσθένους περίοδον ἀνατρέψας, εἴποι ὧδέ πως. σαφῶς τούτοις ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι: φίλος γάρ μοι ἐστὶν ὁ υἱὸς χαβρίου: πολὺ δὲ μᾶλλον τούτου ἡ πόλις, ᾗ συνειπεῖν με δίκαιόν ἐστιν; οὐ γὰρ ἔτι οὐδαμοῦ ἡ περίοδος εὑρίσκεται.

Aristoteles autem definit periodum sic. Periodus est dictio principium habens & finem: qui valde pulchre & decenter ipsum definijt: illico enim qui periodum dicit, patefacit quod alicunde inceptum est & desinere facit, & fertur ad aliquem finem. Quemadmodum cursores cum missi fuerint: etenim vnà cum illorum initio cursus apparet & finis. hinc & periodus appellata est, similis visa vijs rotundis & quæ ambitum conficiant: Ad summam enim nihil aliud periodus est, præter quàm qualis compositio. si igitur soluatur ipsius quod circumscriptum est: & alter componatur.

ponatur, res quidem manebunt eædem: periodus autem non erit, ceu ſi prædicta aliquis Demoſthenis periodo euerſa ſic aliquo modo dicat. συνερῶ τούτοις ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι: φίλος γάρ μοι δοκεῖ ὁ υἱὸς χαβρίου: πολὺ δὲ μᾶλλον τούτου ἡ πόλις, ᾗ συναγωνιῶν με δίκαιοί ἐστιν: *non enim amplius periodus vlla in parte viſitur.*

Non contentus Demetrius naturam periodi inuolutam euoluiſſe, affert etiam ſummi harum quoque rerum doctoris definitionem. iu iij. enim libro de arte dicendi Ariſtoteles hoc pacto periodum ipſam definit. addidit tamen illie nou uulla, quæ aut ad diſtinguendam ipſam valent ab aliis, quæ contiueutur eodem genere, aut ad virtutem ipſarum, perfectionemque indicandam: iuquit igitur vt tradit hie noſter magiſter. Ambitus eſt locutio, quæ initium habet, ac fiuem. apud auctorem enim adiuuctum ſtatim ſuperioribus eſt. oportere periodum fiuem à ſe ipſa natum profectumque habere: uec uon magnitudinem modicam, & quę tauquam vno aſpectu perſpiciatur. priorem autem partem poſuit, vt ſepararet ab oratione couuexa: & tanquam continuatione quadam, ſerieque illigata: cuius orationis finis nullus, extremumque eſt, niſi cum res ipſa, quæ uarratur ad finem peruenit: poſteriorem verò, vt doceret modum etiam in ea fingenda ſeruari debere. quod nimis amplus circuitus, quia moram non paruam iu ſe haberet: uec quaſi vno aſpectu totus poſſet perluſtrari, iucuudus uon eſſet, nec facile perciperetur. Recitata igitur definitione Ariſtotelis Demetrius valde ipſam laudat beneque & aptè naturam eius patefactam eſſe docet, virtutes ipſius ſingillatim explicans: ilico enim inquit qui periodum edit, indieat quod duxit principium alicunde: atque alicubi inſiſtere debet. feſtinatque ad finem aliquem, veluti curſores carceribus dimiſſi. ſimul uanq; cum eorum principio apparet finis extremumque curſus: ſimili enim hie quoque vtitur, vt rem obſcuram, & quæ luminibus percipi non poteſt, declaret auxilio rei ſæpe cognitæ atque oculis animaduerſæ. Idem etiam probat cauſa explicata, cur ipſa ita nominata ſit: affirmat enim periodum appellatam eſſe, quia inſtar ſit viarum orbem conficientium ac circumactarum. putat igitur eos qui nomen id ipſis impoſuerunt, animo vidiſſe, contemplatosque fuiſſe vias, quales oſtendit: & quia ſimilitudinem magnam illarum aſpiciebant in his comprehenſiouibus, ideo hoc nomine, quod prinm eſt viarum, ipſas appellaſſe. Confirmans autem id inquit. uihil ſanè aliud eſſe periodum, niſi certam quandam compoſitionem verborum: non enim in verbis quibuſdam, neque in eorum uotionibus illa manet. quod à diſſipatione ipſius: corrupuioueque illius circuitus probat, dicens. Si uanque diſſoluatur ipſius ille orbis: longeque alia verborum iunctura adhibeatur, res manebunt eædem: periodus verò dici non poterit. Diſturbat autem trimembrem illam Demoſthenis periodum immutato ordine ſententiarum, cuius exemplo ſupra vſus fuerat. qua euerſa, fractaque, addit uuſquàm illic reſtare periodum; ſpeciemque ipſius peuitus abſumptam eſſe. Nullum autem negotium eſt periodos elegantes quaſque labefactare: perturbato enim orbe illo, tota res dilabitur. vt cum Cicero pro Milone, parem numero membrorum ſuperiori, periodum illam couformarit; quæ nou multo ſupra à me poſita eſt, ſi, quod illie tertium, extremumque membrum eſt, primum ponatur, conuerſio illa perierit.

Γένεσις δ' αὐτῆς ἥδε. τῆς ἑρμηνείας ἡ μὲν ὀνομάζεται κατεστραμμένη. οἷον ἡ κατὰ περιόδους ἔχουσα, ὡς ἡ τῶν ἰσοκρατείων ῥητόρων, καὶ γοργίου, καὶ ἀλκιδάμαντος: ὅλαι γὰρ διὰ περιόδων εἰσὶ συνεχῶν, οὐδέν τι ἔλαττον, ἤπερ ἡ ὁμήρου ποίησις δι' ἑξαμέτρων: ἡ δέ τις διῃρημένη ἑρμηνεία καλεῖται, ἡ εἰς κῶλα λελυμένη, οὐ μάλα ἀλλήλοις συνηρτημένα, ὡς ἡ ἑκαταίου, καὶ τὰ πλεῖστα τῶν ἡροδότου. καὶ ὅλως ἡ ἀρχαία πᾶσα παράδειγμα αὐτῆς. Ἑκαταῖος μιλήσιος ὧδε μυθεῖται.

τὰ δὲ γράφω ὥς μοι ἀληθέα δοκέει εἶν· οἱ γὰρ Ἑλλήνων λόγοι πολλοί τε καὶ γελοῖοι, ὡς ἐμοὶ φαίνονταί, εἰσιν. ὥσπερ γὰρ σεσωρευμένοις ἐπ' ἀλλήλοις τὰ κῶλα ἔοικε καὶ ἐπερριμμένοις, καὶ οὐκ ἔχουσι σύνδεσιν, οὐδ' ἀντέρεισιν, οὐδὲ βοηθοῦντα ἀλλήλοις, ὥσπερ ἐν ταῖς περιόδοις.

Generatio autem ipsius hæc. locutionis hæc quidem nominatur tortuosa. ceu quæ periodis constat. quemadmodum est illa Isocratis scriptorum, & Gorgiæ, & Alcidamantis: tota nanque periodis continentibus conflata sunt: non minus atque Homeri poesis hexametris: hæc vero diuisa locutio vocatur, quæ in membra soluta est, non valde inter se apta. vt Hecatæi, & plurima Herodoti, & demum prisca omnis exemplum ipsius. Ἑκαταῖος Μιλήσιος ὧδε μυθεῖται. τὰ δὲ γράφω, ὥς μοι ἀληθέα δοκέει εἶν· οἱ γὰρ Ἑλλήνων λόγοι πολλοί τε καὶ γελοῖοι, ὡς ἐμοὶ φαίνονταί, εἰσιν: *tanquam enim coaceruata membra illa videntur, ac temere coniecta, & non habentia communem iuncturam: neque mutuam fulturam: neque sibi opem vllam ferentia, quæ omnia sunt in periodis.*

Quæ sit fabrica coagmentatioque periodi se ostendisse primis verbis docet: hoc enim valet nunc γένεσις, idem inquam quod σύστασις. deinde partitur locutionem. causam autem hanc habuit partiendi ipsam: duoq; magnopere contraria inter se genera illius ostendendi, quod docere voluit verum vsum huius cõprehensionis, cum duobus è regione positis modis in ea tractanda peccari possit: & nimius .n. ipsius vsus molestus est, & nullus omni decore ornatuq; caret. mediam igitur viam tenendam esse putat. in quo etiam sequitur institutum iudiciumq; suorum Peripateticorum, qui illic quod rectum esset ac vitio vacaret, manere putabant. Hunc vero finem esse auctoris perspicitur ex illis verbis, quæ infra posuit. δοκιμάζω γὰρ δὴ ἔγωγε: hæc enim aperiunt sensum animi illius & sunt quasi conclusio totius huius disputationis de diuersis duobus, & maxime inter se contrariis generibus locutionis. alterã igitur esse dicit eam, quæ vocetur Greco vocabulo κατεστραμμένη, quia partes omnes habeat contortas & in orbem conuersas. cuiusmodi est illa, quæ pænè tota periodis constat. Exemplo autem declarare volens, quæ oratio κατεστραμμένη sit, huiuscemodi esse inquit illam, quæ reperitur in scriptis Isocratis, & Gorgiæ, & Alcidamantis: totæ enim inquit constant periodis continentibus, & nulla alia forma dictionis interruptis. non minus quàm Homeri poesis tota conflata est versibus hexametris, & nullo alio genere carminum temperata. Altera autem inquit Demetrius locutio vocatur διῃρημένη. quasi diiuncta, ac dissipata. quæ in membra soluta sit, non valde inter se cohærentia atque apta. Non valde vero apta ipsa vocans, indicare videtur non omnino membra illa diiuncta, ac dissipata esse posse, sed tantum in illis non apparere connexionem: nodumq; illum, qui est in periodo Exemplo vero hancquoq; monstrans, priscorũ auctorum monumenta iubet nos adire. Hecatæi nanq; totam historiam, ac maiorem partem Herodoti: demumque antiquam omnem locutionem, huiuscemodi esse inquit.. Cicero quoque testatur hoc bono caruisse priscos illos Græcos, qui apte membra orationis coagmentare non didicerint. Cum enim in oratore orationes Catonis celebraret, fatetur hoc in illis meritò desiderari potuisse, quod tamen purgat: vitium id illius ætatis fuisse significans: veniaque maiore Catonem dignum esse, quia quod ipse præstare non potuit, primis etiam illis Græcis, qui postea multum in eo valuerint, negatum fuit. nam sine dubio intelligit periodos, cum inquit, quasi remedium illi malo adhuc adhiberi posse significans. Ipsa verba compo-

ne

ne & quasi coagmenta, quod ne Græci quidem veteres factitaruot, iam neminem anteponas Catoni. Pooit etiam Demetrius ininum Hecatæi librorum, cum indice ipso, ac nomine auctoris, vt maoifesto id deprehendi posit. illo antem accusantur Græci, vt mendaces in historia. cuius crimiois insimulantur etiam ab Herodoto. vnde illi, eos qui incolebant Asiam Græcos parum sibi veris Græcis æquos fuisse querebantur: nec destiterunt, indicatis multis locis, osteodere Herodotum maleuolum fuisse, & inuidisse gloriæ ipsorum, Quod verò ad patefaciendum id, quod Phalereus vult, facit, liquido intelligitur membra illa dissipata esse. primum enim penitus separatum est: nec vlla parte hęret inferioribus. Secundum eodem pacto seiunctum est. quod de tertio quoque verè affirmari potest, quamnis particula, qua causam alicuius rei afferimus, copulari cum proximo superiore membro videatur. Demetrius antem ipse statim id demonstrat, tradens videri membra illa tanquam coaceruata: temereque aliud supra aliud coniectum: addidit enim non sine causa ὥσπερ, quod tanquam reddidi: neque enim ex his rebus, quæ corpus non habent, verè aceruus effici potest: neque propriè iaci aliquo illę dicuntur: valere vero hoc Græcis ὥσπερ & Latinis tanquam: aptaque ambo esse ad traoslationem duriorem leniendam, apertum est. de quo supra non longe ab initio libri disputaui: quamuis illic non eadem omnino particula vsus est, sed pari tamen. inqnit enim καθάπερ ἐῤῥιμμένα. statimque, quod rem explicaret, adiunxit ipsa illa membra nullam præ se ferre iunctionem: neque se mutuo sustinere, aut opis demum aliquid sibi vltro citroque afferre. quæ omnia in comprehensionibus, periodisque fiunt.

Ἔοικε γοῦν τὰ μὲν περιοδικὰ κῶλα τοῖς λίθοις τοῖς ἀντερείδουσι τὰς περιφερεῖς στέγας καὶ συνέχουσι: τὰ δὲ τῆς διαλελυμένης ἑρμηνείας, διεῤῥιμμένοις πλησίον λίθοις μόνον, καὶ οὐ συγκειμένοις.

Similia igitur sunt periodorum membra lapidibus fulcientibus rotunda tecta & illa continentibus: membra vero locutionis dissoluta iactis propè solùm lapidibus, & non constructis.

Adhuc magis explanare rem volens Demetrins imagine vtitur, quæ ponit ante oculos discrimen, quod versatur inter vtraque membra: aitque membra periodorum similia esse lapidibus sustinentibus rotunda domicilia, ac tecta: iunctioneque illa tenentibus. contra solutæ orationis membra lapidibus similia temere coniectis in eundem locum: atque hoc tantum communionis habentibus, quod propinqui inter se sint: ordine tamen, rectaque compositione careant. Non fine causa autem, cum firma, stabiliaque in primis ædificia significare vellet, inquit περιφερεῖς στέγας. rotunda nanque ipsa solidiora sunt: faciliusque resistunt quibuscunque iniuriis. vnde Romæ sacella vetusta, quę tanto temporis spatio permanserunt, eius formæ sunt. cum plurima, quæ parum intelligentibus firmiora videri potuissent, alia forma prædita, iam diu collapsa sint.

Διὸ καὶ περιεξεσμένον ἔχει τι ἡ ἑρμηνεία ἡ πρὶν καὶ εὐσταλές. ὥσπερ καὶ τὰ ἀρχαῖα ἀγάλματα, ὧν τέχνη ἐδόκει ἡ συστολὴ καὶ ἰσχνότης: ἡ δὲ τῶν μετὰ ταῦτα ἑρμηνεία τοῖς Φειδίου ἔργοις ἤδη ἔοικεν, ἔχουσά τι καὶ μεγαλεῖον καὶ ἀκριβὲς ἅμα.

Unde & edolatum habet quiddam superior locutio, & leue. quemadmodum & vetera simulachra, quorum ars videbatur contractio, & tenuitas: eorum vero qui secuti sunt locutio, Phidiæ operibus iam similis est, habens quiddam & amplum & exquisitum simul.

Vnde inquit, superior, vetusque locutio quippiam in se habet parum edolatum, ac rude; nec non tenue & quasi ad iter expeditum: remotumque ab omni pompa, cuiusmodi sunt etiam antiqua simulacra. signorum enim vt addit, eorum ars: omneq; studium opificis videtur esse contractio, ac tenuitas. Oratio vero inquit scriptorum, qui successerunt illis, ac tempore consecuti sunt, ad eam perfectionem venit, vt operibus iam statuisque Phidiæ similis sit, cum in se habeat magnificum, atq; amplum quippiam: nec non eodem tempore exquisitum. Quod narrat similis loco: illustrareque ratione hac volens id, quod præcipit. priscos illos opifices, & qui statuas, simulacraque conficerent, delectari solitos esse gracilitate corporum: in eaq; existimasse summam artem manere, cum inferiores, vt erant in omni re grandiores perfectioresque, ita etiam adiunxissent operibus suis amplitudinem, idem ego arbitror hac ętate, & in eadem arte, & in pictura contigisse: cum enim cognitis iam damnatisque erroribus primorum illorum, qui has artes extinctas penitus in lucem reuocarunt, maiore artificio scientiaque quidam ipsas tractassent, & ipsi tamen tenuitatem sequebantur: exiliaque simulacra illa sua, atque opera fingebant. exorti autem postea sunt perfecti iam & omni virtute cumulati, qui pleniora magisque veris respondentia ipsa conformarent. ita arduum ac difficile est subito emergere: & iisdem itineribus omni tempore ad summum ascenditur. Περιεξεσμένη, verbo translato ab opificibus signorum, significat leuiter expolitum. ξεῖν enim valet scalpro vti, ac lapidem polire. vnde ξόανα signa ipsa, simulacraque appellata fuere. περιξέειν igitur non summum artificium adhibere in aliquo opere, sed summas tantum partes edolare. Εὐσταλὴς vero significat non magnifica veste, sumptuosaque ornatum, sed tenui vestimento, angustoque indutum, & quod ad iter faciendum accommodatum sit. Cum omnem hunc locum (vt opinor) accurate explicuerim, restat nunc videre, quid alii quidam de hac re senserint: & an eandem locutionis diuisionem probauerint. Aristoteles igitur primo, qui ipsius auctor, princepsque fuisse videtur, cum & ipse duo genera locutionis fecerit, in altero eorum nominum, quibus ipsa appellauit, diuersus ab hoc nostro magistro est, cum in rebus ipsis mirifice inter eos conueniat. quam enim διῃρημένην Demetrius vocat, ipse εἰρομένην appellauit: nec enim dissentire ipsos putandum est, quia vtuntur (nisi fallor) in eadem re ostendenda, nominibus, quę tota regione inter se discrepare videntur. à Demetrio enim vsurpata vox manifestò valet, diuisa & diiuncta: ab Aristotele verò connexa, & quasi vincta. vidit enim Aristoteles locutionem eam, quę diuisa, & tanquàm soluta erat, alia ratione esse illigatam, & tanquam cathenæ cuiusdam instar: illa nanque coniunctionibus vinciebatur, quæ vnam ipsam reddebant: nec alio vllo communi vinculo vtebatur. vnde recte εἰρομένη ea de causa vocari potuit. Vtitur sanè alio loco Aristoteles eo nomine, locutionem itidem intelligens, sed non solutam, ac dissipatam, uerum comprehensione inclusam. inquit enim infra. τῆς δὲ ἐν κώλοις λέξεως ἡ μὲν διῃρημένη ἐστὶν· ἡ δὲ ἀντικειμένη. uocat autem illic locutionem ἐν κώλοις, quæ membris illis sustinetur, quæ conficiunt ambitum. nollem igitur, ut libere loquar, Demetrium, cum sequatur in re ipsa Aristotelem, ac ne latum quidem unguem ab eius sententia discedat, nomina inmutasse: gignere nanque hoc potest erroris aliquid: ac sine dubio confundit, permisceique hanc disciplinam, quam ipse ornare conatur, ac totis ingenii uiribus expolire.

Δοκιμάζω γὰρ δὴ ἔγωγε μήτε περιόδοις ὅλον τὸν λόγον συνείρεσθαι, ὡς ὁ Γοργίου: μήτε διαλελύσθαι ὅλον, ὡς τὰ ἀρχαῖα. ἀλλὰ μεμῖχθαι μᾶλλον δι' ἀμφοτέρων: οὕτω γὰρ καὶ ἐγκατάσκευος ἔσται, καὶ ἁπλοῦς ἅμα, καὶ ἐξ ἀμφοῖν ἡδύς. καὶ οὔτε μάλα ἰδιωτικὸς, οὔτε μάλα σοφιστικός: τῶν τε γὰρ πυκνὰς περιόδους λεγόντων, οὐδ' αἱ κεφαλαὶ ῥᾳδίως ἑστᾶσιν, ὡς ἐπὶ τῶν οἰνωμένων: οἵ τε ἀκούοντες ναυτιῶσι διὰ τὸ ἀπίθανον; τοτὲ δὲ καὶ ἐκφωνοῦσι τὰ τέλη τῶν περιόδων προειδότες καὶ προαναβοῶσι.

Probo enim ego neque periodis his totam orationem connectere. vt est Gorgiæ oratio: neque dissolutam esse totam, vt sunt prisca. verum mixtam esse potius ex ambobus: sic enim & arte fabricata oratio erit, & simplex simul, & ex vtrisque iucunda. & neque valde uulgaris: neque valde exquisita. Eorum qui trebras periodos dicunt, neque etiam capita facile stant, vt in vinolentis. & qui audiunt nauseant, quia alienum id est à persuadendo: quandoque etiam edunt fines periodorum, cum prouideant illos, & prius clamitant.

Quid sui iudicii sit de optimo genere dicendi: quamque orationem maxime perfectam putet, nunc ostendit: declaratis enim duobus ipsius generibus contrariis inter se, inquit neutrum perpetuo vsurpatum à se probari, sed medium quoddam inter illa: ex ambobusque temperatum. primum autem reiicit locutionem totam connexam ex periodis. cuiusmodi erat Gorgiæ Leontini oratio. deinde quę tota soluta, ac dissipata sit. cuiusmodi erat antiqua illa, ac prisca. quibus repudiatis, si sine modo vsurpatæ sint, aperit quam rectam luculentamque putet. permixtam autem ex illis huiuscemodi esse inquit: subitoque bona ipsius explicat, nec multo post mala itidem, vitiaque illarum patefacit. inquit igitur. sic enim & arte aliqua elaborata erit, & simplex simul: erunt enim in ea certæ partes, quæ curam, industriamq; artificis redolebunt. alię autem non tanto studio concinnatę, nullam industriam prę se ferent. addit quoque ex varietate hac, illam etiam iucundam futuram iis, qui audiunt: nihil enim est quod tantopere delectet, pellatq; fastidium ex omni re quantopere mutatio ipsa, & non semper idem. nec posse videri eandem valde abiectam, ac vulgarem, qualis est sermo imperitorum affirmat: nec valde itidem sophisticam, id est non factam ad imitationem orationis sophistarum, qui infinitum studium in componenda, ornandaque oratione ponebant. eorum nomina supra posuit: illi enim sunt nominati sophistæ. Quæ sequuntur pertinent ad vitia, incommodaque, quæ in se habent continuatæ periodi, significanda: tria autem affert, quorum primum cernitur in persona oratoris. reliqua duo, ii, qui audiunt diuersa ratione affinia culpæ esse ostendunt. inquit igitur ne capita quidem facile manere eorum, qui frequentes periodos edunt, quod in actione turpissimum est. Cicero in ij. libro de legibus, cum de sui temporis cantibus, teneris ac fractis, loqueretur, huiuscemodi etiam quippiam inde fieri declarauit. ait enim. Illa quidem, quæ solebant quondam compleri seueritate iucunda Liuianis, & Næuianis modis, nunc vt eadem exultent, ceruices, oculosq; pariter cum modorum flexionibus torqueant? Motum autem eum ineptum indicare volens Phalereus, simili vtitur: aitque idem illis accidere, quod vini plenis ac temulentis vsu venire perspicitur. quatiunt enim continenter capita. vt autem qui ita dicunt motu corporis peccant, ita etiam qui audiunt inquit satietate, fastidioque non paruo afficiuntur propter similitudinem: neque enim verisimile est quempiam ita fingere posse orationem sine ingenii cura, quod est remotum valde, & alienum à persuadendo. Addit etiam eosdem illos aliquando pronuntiare clausulas, exitusque periodorum. vt qui prouiderant animo, quò res peruentura sit: & ante illos ipsos oratores clara voce edere.

Τῶν δὲ περιόδων αἱ μικρότεραι μὲν ἐκ δυοῖν κώλοιν συντίθενται: αἱ μέγισται δὲ ἐκ τεττάρων. τὸ δ' ὑπὲρ τέτταρα, οὐκ ἔτ' ἂν εἴη ἐντὸς περιοδικῆς συμμετρίας.

Periodorum autem minores quidem ex duobus membris constant: maxima autem ex quatuor: quod super quatuor est, non amplius intra iustam mensuram periodi manet.

Cum sensum animi sui de perfecta locutione indicarit: ac quid boni habeant periodi malique; si modice contraque vsurpentur, docuerit, mensuram nunc ipsarum, ac partium numerum declarat. breuiores enim inquit ex duobus membris constant: longißimæ autem maximæque ex quatuor. quem modum, qui transire vellet, vt ex quinque sex ve membris ambitum conficeret, peccaturum non mediocriter ait: neque intra terminos iustæ periodi mensuræ ipsum vllo modo mansurum. Quamuis enim oratores aliquando multo maiorem numerum membrorum, antequam plenam integramque sententiam concludant, in oratione ponant: & si tunc illic vmbra quædam visitur periodi: est enim eo loco sine dubio circuitus quidam & gyrus, non tamen vult vllo pacto Demetrius illum vocari posse periodum. quia superat iustam, debitamq; mensuram veræ comprehensionis: periodus enim est modica quędam comprehensio sententiarum, vel vna potius sententia: eademq; elegans tota, ac venusta. quæ cum terminum illum transit; prolixiorque quàm oporteat, fit, amittit eum lepòrem ac suauitatem: Non est enim putandum imponi semper legem oratoribus, vt cogant id, quod cogere volunt, intra angustos illos cancellos: aliquando enim materia id non patitur, largioremque campum desiderat, vt omnia quæ prosunt illi tempori, edantur. Exempla huius compositionis deesse non possunt. vt autem alia nunc omittam, principium orationis, quam habuit M. Tullius ad Quirites post reditum, huiuscemodi est: multa enim, multaque antè quàm absoluisset, quod dicebat, prolata sunt: constatq; manifesto ipsum multo maiore numero membrorum, quàm ferat legitima periodus. Sed etiam procemium pro Milone speciem quandam eiusdem rei retinet; quis enim non videt ante illud. Tamen hæc noui judicii noua forma terret oculos, suspensa omnia & inchoata esse. Arbitror autem, cum hoc videret Demetrius: intelligeretq; posse aliquos in hac re peccare, ea de causa sedulo hoc præcepisse; testarique voluisse, non esse illas coagmentationes membrorum, quamuis illic circulus quidam, ambitusque perspiciatur, periodos.

Γίνονται δὲ καὶ τρίκωλοί τινες· καὶ μονόκωλοι, ἃς καλοῦσιν ἁπλᾶς περιόδους: ὅταν γὰρ τὸ κῶλον μῆκός τε ἔχῃ καὶ καμπὴν κατὰ τὸ τέλος, τότε μονόκωλος περίοδος γίνεται, καθάπερ ἡ τοιάδε. Ἡροδότου Ἁλικαρνασσῆος ἱστορίης ἀπόδεξις ἥδε. καὶ πάλιν. Ἡ γὰρ σαφὴς φράσις πολὺ φῶς παρέχεται ταῖς τῶν ἀκουόντων διανοίαις. ὑπ᾽ ἀμφοῖν μέν τοι συνίσταται ἡ ἁπλῆ περίοδος, καὶ ὑπὸ τοῦ μήκους, καὶ ὑπὸ τῆς καμπῆς, τῆς περὶ τὸ τέλος: ὑπὸ δὲ θατέρου οὐδέποτε.

Fiunt autem & trimembres quædam: & vnius membri, quas vocant simplices periodos: quando enim membrum longitudinem habuerit et flexionem in extremo, tunc vnius membri periodus fit. Quemadmodum hæc. ἡροδότου ἁλικαρνασσῆος ἱστορίης ἀπόδεξις ἥδε. *& iterum.* ἡ γὰρ σαφὴς φράσις πολὺ φῶς παρέχεται ταῖς τῶν ἀκουόντων διανοίαις. *Ex ambobus sane constat simplex periodus, & ex longitudine, & ex flexione prope finem: ab altero autem nunquam.*

Cum autem meminisset tantum ambituum, & ex duobus, & ex quattuor membris constantium, adiungit inueniri quoque quasdam, quæ tria membra habeant. Sed non nullas etiam, quæ singulis membris constent, reperiri testatur: vocatæque ea de causa sint simplices periodi: ipse illas ἁπλᾶς nominat: Aristoteles easdem diuerso nomine, cuius tamen eadem vis notioque sit, ἀφελεῖς appellat. Quid autem requiratur, vt existat hic simplex ambitus, accurate declarat. ait enim cum ita conformatum membrum fuerit, vt longitudinem habeat, atque in extremo flexionem, tunc nasci periodum hanc vnico membro constantem. Cum autem Aquila, qui scri-

psit

ſit de luminibus iis orationis, quæ vocantur σχήματα, diſſenſerit à iudicio duorum horum: dixeritque ſe non videre quemadmodum periodus cognominetur, quæ ex vnico membro conſtet, quod ipſe fatetur ſe non vidiſſe, alii multi nullo negotio per ſpicient præſertim cum diligenter hoc monſtrarint noſtri hi optimi auctores, & quaſi manum ad illud intenderint. duo enim ſunt, quę id efficiunt id eſt prolixitas membri, & tanquam orbis ille. Quotieſcunque igitur uidemus membrum, quod excedat iuſtam menſuram: cuiuſque extremum cum initio quodam modo coniunctum ſit, tunc aſſeuerare poſſumus ſimplicem ambitum illum eſſe; neque enim hæc repeniuntur in vulgaribus membris. Exemplo ipſam oſtendere uolens Demetrius, uſus eſt initio hiſtorię Hecatęi. quo etiam non longe à principio huius libri in declarando membro, quod totum, uniuerſamque ſententiam contineret, uſus fuerat. Sed aliud etiam adiungit. cuius ſententia hæc eſt. nomen uero auctoris dicere non poſſum. Apertam, dilucidamque orationem magnum lumen afferre mentibus eorum, qui audiunt. poſitis autem his duobus exemplis, tradit quæ requirantur in conſtituenda ſimplici periodo. quod ſupra à me explicatum eſt.

Ἐν δὲ ταῖς συνθέτοις περιόδοις, τὸ τελευταῖον κῶλον μακρότερον χρὴ εἶναι, καὶ ὥσπερ περιέχον καὶ περιειληφὸς τὰ ἄλλα: οὕτω γὰρ μεγαλοπρεπὴς ἔσται καὶ σεμνὴ περίοδος, εἰς σεμνὸν καὶ μακρὸν λήγουσα κῶλον. εἰ δὲ μή, ἀποκεκομμένῃ καὶ χωλῇ ὁμοία. παράδειγμα δ᾽ αὐτῆς τὸ τοιοῦτον. Οὐ γὰρ τὸ εἰπεῖν καλῶς, καλόν. ἀλλὰ τὸ, εἰπόντα, δρᾶσαι τὰ εἰρημένα.

In compoſitis autem periodis, vltimum membrum longius oportet eſſe, & tanquam continens & amplectens alia: ſic enim magnifica erit & honeſta periodus, in honeſtum & longum deſinens membrum: ſin, inciſæ & claudæ ſimilis: exemplum autem ipſius eſt tale. Οὐ γὰρ τὸ εἰπεῖν καλῶς, καλόν; ἀλλὰ τὸ, εἰπόντα, δρᾶσαι τὰ εἰρημένα.

Cum iam docuerit omnia, quæ ad ſimplices ambitus pertinent, redit ad concretas, ac pluribus membris conſtantes, explicandas. compoſitę uerò ipſę, iunctęq; nunc appellantur, ut à ſimplicibus ſeparentur. præcipit igitur ut in illis fingendis extremum membrum longius efficiatur. huiuſcemodique ſit, ut tanquam complectatur, contineatque in ſe reliqua. cuius rei, ſi ſeruetur, ſtatim utilitatem declarat. tradens ita futuram conuerſionem, ac periodum magnificam, & plenam grauitatis. ſed eius etiam granditatis cauſam, originemque demonſtrat addens. cum deſinat ac terminetur in grandi, longoque membro. quod ſi negligatur inquit hoc præceptum, erit periodus trunca, extremaque parte debilis, demumque claudæ ſimilis. Elegans autem exemplum poſuit periodi rectè conformatæ, atque omnibus numeris abſolutæ. uidetur uerò edita in aliquem, qui cum non efficeret: nec ad exitum perduceret, quę rectè dixiſſet, putaret tamen ſe rem pręclaram feciſſe, ac magna laude dignam. negat enim id pulchrum eſſe: cum integræ ueręque laudi optinendę abſolutio conſiliorum illorum requiratur. in hęc autem uerba, ut auctorem indicare poſſim, non memini me unquam incidiſſe apud ueterem ullum ſcriptorem. Quod uerò hic ſupra à Demetrio præceptum eſt, Ciceroni quoque cognitum ac probatum fuit: nec mirum: ab iiſdem enim doctoribus ambo ipſa accipiebant, id eſt Ariſtotele, ac Thophraſto. quod illic quoq; à Cicerone ſignificatum eſt. in iij. enim libro de oratore, de articulis, membriſque diſputans (κῶλα autem intelligebat) inquit. Quę ſi in extremo breuiora ſunt, infringitur ille quaſi uerborum ambitus: ſic enim has orationis conuerſiones Gręci nominant. Quare aut paria eſſe debent poſteriora ſuperioribus, extrema primis: aut, quod etiam eſt melius & iocundius, longiora. Atq; hæc quidem ab iis philoſophis, quos tu maxime diligis, Catule, dicta ſunt.

Τρία δὲ γένη περιόδων ἐστίν. ἱστορικὴ, διαλογικὴ, ῥητορική. ἱστορικὴ μὲν ἡ μήτε περιηγμένη, μήτ᾽ ἀνειμένη σφόδρα, ἀλλὰ μεταξὺ ἀμφοῖν. ὡς μήτε ῥητορικὴ δόξειεν καὶ ἀπίθανος διὰ τὴν περιαγωγήν: τὸ σεμνόν τε ἔχουσα καὶ ἱστορικὸν ἐκ τῆς ἁπλότητος. οἷον ἡ τοιάδε. Δαρείου καὶ Παρυσάτιδος γίνονται, μέχρι τοῦ Νεώτερος δὲ Κῦρος: ἑδραίᾳ γάρ τινι καὶ ἀσφαλεῖ καταλήξει ἔοικεν αὐτῆς ἡ ἀπόθεσις.

Tria autem genera periodorum sunt. historica, dialogica, oratoria. historica quidem, quæ neque circumacta: neque remissa vehementer: sed in medio ambarum. vt neque oratoria videri possit, & aliena à persuadendo propter circumactionem: honestatemq; habens & historicum ex simplicitate: ceu hæc ipsa. Δαρείου καὶ Παρυσάτιδος γίνονται, *vsque ad.* Νεώτερος δὲ Κῦρος. *Solidæ enim cuidam, & firmæ terminationi videtur similis ipsius clausula.*

Tres species inquit esse comprehensionum, quarum omnium cum eadem natura sit, discrepant illæ inter se orbe ipso atque eius perfectione. hæ namque conuersionem illam exquisitam habent: non nullæ eandem remissiorem. aliæ adhuc magis hebetem, atque obscuram. aptæ autem illę finguntur materiæ ipsi, ac rebus, quæ tractantur. Sunt enim accommodatæ quædam studiis oratorum: quędam verò rerum gestarum scriptioni: reliquæ sermonibus his, ac colloquiis, qui à Gręcis vocantur dialogi. Initium earum explicandarum ducit à periodo propria historiarum. quam mediam esse inquit inter illas duas. cum nec circumacta: neque remissa valde sit. minus autem rotundam ea de causa esse dicit, vt distincta sit ab oratoria: valeatque ad persuadendum. quæ nanque orbem accuratum, ac circunductionem haberet, fide careret. quia tamen videtur postulari dignitas quædam, ac granditas, historiæ propria, in illa simplicitatem suam hoc ei afferre, præbereque docet. Huiuscemodi autem esse inquit illam, quæ à Xenophonte in principio Anabasis conformata est. cuius exemplo supra quoque vsus fuerat. initio vero ipsius & fine indicato, declarat non sine causa dictum a se esse, grauitatem in ea requiri: id enim in hac manifestò perspici. nam cum terminare ipsam auctor vellet, deposuit in stabili firmaque clausula, & quæ in lubrico nullo modo versetur, sed contra ab omni casu tuta sit.

Τῆς δὲ ῥητορικῆς περιόδου συνεστραμμένον τὸ εἶδος καὶ κυκλικόν: καὶ δεόμενον στρογγύλου στόματος, καὶ χειρὸς συμπεριαγομένης τῷ ῥυθμῷ. οἷον τῆς, Μάλιστα μὲν ἕνεκα τοῦ νομίζειν συμφέρειν τῇ πόλει λελύσθαι τὸν νόμον: εἶτα καὶ τοῦ παιδὸς ἕνεκα τοῦ Χαβρίου ὡμολόγησα τούτοις, ὡς ἂν οἷός τε ὦ, συνερεῖν. σχεδὸν γὰρ εὐθὺς ἐκ τῆς ἀρχῆς ἡ περίοδος ἡ τοιάδε συνεστραμμένον τι ἔχει, καὶ ἐμφαῖνον ὅτι οὐκ ἂν ἀπολήξειεν εἰς ἁπλοῦν τέλος.

Oratoriæ autem periodi contorta forma, & circularis: & quæ egeat rotundo ore, & manu, quæ vna cum numero circumagatur. ceu huius. Μάλιστα μὲν ἕνεκα τοῦ νομίζειν συμφέρειν τῇ πόλει λελύσθαι τὸν νόμον: εἶτα καὶ τοῦ παιδὸς εἵνεκα τοῦ Χαβρίου ὡμολόγησα τούτοις, ὡς ἂν οἷός τε ὦ, συνερεῖν: *ferme enim ilico à principio periodus huiuscemodi contortum quiddam habet: & quod ostendit, quod nullo modo desineret in simplicem finem.*

Cum historicam periodum explicasset, diuerso ordine, atque initio ipsas appella-

rat, oratoriam periodum aggreditur. formamque ipsius conuersam exquisite esse tradit, atque orbicularem. nec non egere eandem affirmat rotundo ore: brachiuque, quod vna cum ipsius numero circumagatur. qua oratoris actione si destituta sit, iniuriam quasi accipere videatur: nec posse satis pro dignitate pronuntiari. δεό-μενον igitur, vt ostendi, valet, quod postulat: vel potius flagitat, rotundum os, id quod etiam semper valere putaui idem verbum apud Aristotelem in iij. de arte. dicendi, vbi de numeris differens: heroique vim ac naturam explicans, in aliis de ipso hoc inquit. καὶ ἁρμονίας δεόμενος: significare enim voluit, vbi non est harmonia, non apte ipsum poni posse. Exemplo autem huius vtitur trimembri periodo Demosthenis, edito in principio orationis aduersus Leptinem. quod supra quoque posuit. de illo verò postea inquit. Ferè primis statim verbis prolatis: à principioq́; periodum hanc præ se ferre quippiam conuersum, & quod ostendat nullo modo se terminaturum in simplici aliquo fine atque humili, sed exitum ipsius futurum amplum atque elegantem.

ι μᾶλλον

Διαλογικὴ δέ ἐστιν ἡ περίοδος, ἡ ἔτι παρειμένη καὶ ἁπλουστέρα τῆς ἱστορικῆς. καὶ μόλις ἐμφαίνουσα ὅτι περίοδός ἐστιν, ὥσπερ ἡ τοιάδε. Κατέβην χθὲς εἰς τὸν Πειραιᾶ, μέχρι τοῦ, Ἅτε νῦν πρῶτον ἄγοντες. ἐπέρριπται γὰρ ἀλλήλοις τὰ κῶλα ἐφ' ἑκατέρῳ ἕτερον, ὥσπερ ἐν τοῖς διαλελυμένοις λόγοις: καὶ ἀπολήξαντες, μόλις ἂν ἐννοηθῶμεν κατὰ τὸ τέλος ὅτι τὸ λεγόμενον περίοδος ἦν. δεῖ γὰρ μεταξὺ διῃρημένης τε καὶ κατεστραμμένης λέξεως, τὴν διαλογικὴν περίοδον γράφεσθαι, καὶ μεμιγμένην ὁμοίως ἀμφοτέραις. περιόδων μὲν εἴδη τοσάδε.

Dialogica autem periodus est, quæ adhuc remissa, & simplicior historica. & vix ostendens quod periodus est, quemadmodum talis. Κατέβην χθὲς εἰς τὸν Πειραιᾶ. *usque ad,* Ἅτε νῦν πρῶτον ἄγοντες: *iacta enim sunt inuicem aliud super aliud membra: quemadmodum in dissoluta oratione, et cum desierimus, vix intelligemus in fine, quod id quod dicitur periodus est: oportet enim in medio distinctæ & contortæ locutionis, dialogicam periodum scribi: & mixtam esse similiter ambabus. Periodorum quidem species tot.*

Ad tertiam periodum, explicatis iam duabus, quę sola restat, venit. illa autem est, qua in sermonibus accuratioribus vtuntur. esse verò dicit eam magis adhuc remissam: simpliciorem que historica periodo, ac nisi quis diligenter attendat, non cogniturum conuersionem eam esse, quod quæ sit aperte non indicet. exemplum huiuscemodi periodi esse, inquit, primam partem pulcherrimi operis Platonis, quod scripsit de republica: in qua narrat se descendisse in Piręum, vsq; ad verba. Vt qui nunc primum festos illos dies agunt. causam autem statim afferens difficultatis illius ait. membra enim ita in ea coniecta sunt, vt alterum super alterum incidisse, non arte quadam illa inter se compacta videantur. vt in oratione dissoluta fit. addit autem, ad eius languorem magis explanandum aptum. Et cum ad exitum eius peruenerimus, vix intelligere poterimus in extremo, quod editum est, periodum extitisse: decet enim conuersionem hanc aptam sermonibus his, scribi stilo illo, qui medius est inter dissipatam, ac conuersam locutionem: ac temperatam esse pari modo ambabus illis. Adiunxit autem, quibus declararet absolutam esse hanc disputationem: tot enim, quot traditæ sint, dicit esse species periodorum. nunc enim εἴδη proprie vocat, quod initio appellarat γένη.

Γίνεται

Γίνονται δὲ καὶ ἐξ ἀντικειμένων κώλων περίοδοι· ἀντικειμένων δὲ ἤτοι τοῖς πράγμασιν. οἷον Πλέων μὲν διὰ τῆς ἠπείρου, πεζεύων δὲ διὰ τῆς θαλάσσης. ἢ ἀμφοτέροις, τῇ τε λέξει καὶ τοῖς πράγμασιν. ὥσπερ ἡ αὐτὴ περίοδος ὧδε ἔχει. *

Fiunt autem & ex oppositis membris periodi: oppositis autem siue rebus, ut. πλέων μὲν διὰ τῆς ἠπείρου, πεζεύων δὲ διὰ τῆς θαλάσσης. *vel ambobus, locutioneq; & rebus. quemadmodum eadem periodus se sic habet.*

Quod ad ornatum concinnitatemque periodorum facit. constituta iam natura earum, generibusque explicatis, tradit confici etiam periodos, quæ habeant membra inter se contraria. nam inueniri periodos, in quibus contraria contrariis non opponuntur, manifestum est: quas certe ipse supra exempli causa posuit, hoc non habuerunt. vnde ipse copulam addidit, cum hac re discrepantes ab illis tractare vellet: existimauit enim eas animaduersas, & notatas esse. cum igitur nunc explicare aggrediatur has, in quibus contrarii aliquid est atque oppositi, vno tempore docet opponi membra inter se pluribus modis. nunc enim res inter se contrariæ sunt; nunc verba: quandoq; etiam simul & res ipsę ac verba. primum autem aggreditur eam, in qua res contrariæ continentur in membris, quam luculento exemplo illustrat accuratissimi scriptoris: sumpsit enim locum è Panegyrico Isocratis, vbi de ingentibus copiis Xerxis loquitur, cum in Græciam inuasit. Cicero in ij. de finibus conatum opulentissimi regis commemorans, eandem figuram seruauit, expressam ex eo auctore, quem semper valde amauit: ait enim maria ambulauisset: terram nauigasset. in ea enim liquido intelligitur id seruatum. nauigare enim & ambulare res contrarię sunt: vt terra, & mare: sic enim magistri dicendi contrarium accipiunt. antequam autem periodum eam explicet, in qua quidquid est contrarii in verbis tantum manet, aggreditur illam, cuius membra vtroque genere contrarii prædita sunt, & quod in rebus: & quod in verbis positum est. cum autem, vt supra fecerat, exemplo ipsam ostendere oporteret, inquit. verba enim Græca ponam vt melius perpendi possint, cum in illis, nisi fallor, scrupulus aliquis sit ὥσπερ ἡ αὐτὴ περίοδος ὧδε ἔχει. Diu verò in hac opinione fui vt exemplum defecerit, relictum errore librarii alicuius, quem postea ceteri secuti sint, quod cum ex iisdem verbis constaret aliquantulum immutatis, putarit illa abundare. nisi aliquis credat ita locum accipiendum esse. vt dixerit. Cuiusmodi est eadem hæc periodos nulla re variata, sed relicta vt est. quod tamen mihi duriusculum videtur: præter quàm quod non video illic contrarii aliquid in nominibus. pręterea diligentia tam politi scriptoris postulare videbatur, vt distincta exempla poneret. si nanque in eadem comprehensione vtraque oppositio posita sit, confundatur qui legit necesse est. Quod si, destituti ope integri libri, experiri velimus an possimus ita conformare membra, vt vtriusque concinnitatis exemplum illic maneat, videndum est, an ita potuerit ipse Phalereus variasse πλέων μὲν διὰ τῆς χέρσου, πεζεύων δὲ διὰ τῆς ἁλός: tunc enim, vt prius, res ipsę rebus contrarię erunt: eodemque tempore verba verbis opponentur: χέρσος enim & ἁλός, cum paria similiaque sint, intelligentur studiose ita collocata esse: è regioneque posita speciem habent contrariorum. ita in mentem mihi venit, vt corrigerem hoc membrum. si mendum fortè hic aliquod subest, vt arbitror:

Κατὰ δὲ τὰ ὀνόματα μόνον ἀντικείμενα κῶλα, τοιάδε ἐστὶ, οἷον ὡς ὁ τὴν Ἑλένην παραβαλὼν τῷ Ἡρακλεῖ φησιν, ὅτι Τῷ μὲν ἐπίπονον καὶ πολυκίνδυνον τὸν βίον ἐποίησεν· τῆς δὲ περίβλεπτον καὶ περιμάχητον τὴν φύσιν κατέστησεν· ἀντίκειται γὰρ καὶ ἄρθρον ἄρθρῳ, καὶ σύνδεσμος συνδέσμῳ, ὅμοια ὁμοίοις· καὶ τἄλλα δὲ κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον. τῷ μὲν ἐποίησεν, τὸ κατέστησεν. τῷ δ' ἐπίπονον, τὸ περίβλεπτον. τῷ δὲ πολυκίνδυνον, τὸ περιμάχητον· καὶ ὅλως, ἓν πρὸς ἕν, ὅμοιον παρ' ὅμοιον, ἡ ἀνταπόδοσις.

In nominibus autem tantum opposita membra, huiuscemodi sunt. Vt qui Helenam Herculi contulit, inquit. quod τοῦ μὲν ἐπίπονον καὶ πολυκίνδυνον τὸν βίον ἐποίησεν: τῆς δὲ περίβλεπτον καὶ περιμάχητον τὴν φύσιν κατέστησεν*: opponitur enim & articulus articulo, & copula copulae, similia similibus: & alia vtique eodem modo. illi quidem* ἐποίησεν*, illud* κατέστησεν*. illi autem* ἐπίπονον*, illud* περίβλεπτον*. illi autem* πολυκίνδυνον*, illud* περιμάχητον*. & demum, vnum ad vnum, simile ad simile, redditio.*

Duobus iam modis traditis, quibus contraria contrariis in membris periodorum opponuntur, ad tertium, qui reliquus est, transit. ille vero est cum rerum earum naturae nullo pacto inter se repugnant: in verbis tamen perspicitur quiddam, quod speciem habet contrarii. Illustri autem exemplo eum declarat. accurateque ipse veritatem ipsius exempli, sedulitatemque auctoris ostendit. Isocrates verò fuit, qui Helenam cum Hercule contulit, in eo ipso libro, quo Helenam ornauit. accepit igitur Demetrius inde comprehensionem bimembrem: docetque in ea, & articulum articulo, & copulam copulae respondere: & eodem pacto reliqua omnia verba. vt vnum ad vnum (vt inquit) referatur: simileque ad simile. quae redditio est assignatioque partium tantopere expetita, magnum ornatum afferens orationi. Huiuscemodi etiam est comprehensio illa Ciceronis de aruspicum responsis, in re atroci exponenda: Clodioque vulnerando. Conniuentis illos oculos abaui tui magis optandos fuisse, quàm hos flagrantis sororis? quamuis nunc conniuentes: nunc flagrantes oculi, re, non verbo, videantur esse contrarii. Sunt tamen & ipsi contrarii ea ratione, qua declaratum est: hic enim quoque & pronomen pronomini respondet, & flagrantis, accusandi casu positum, superiori nomini conniuentis. nec non sororis patrio casu, eodem casu prolato nomini abaui: non tamen omnino ordo seruatus est vt in Isocratea illa. praeter quàm quod idem verbum vincit haec membra, cum illic duo diuersa in extremo posita sint, quae propter similitudinem sibi respondent, vnde Graeca periodos exquisitior putanda est, atque omnibus numeris absoluuor. Praeclaris autem ac perfectis vsus quoque Cicero est, praesertim, vt ipsemet ostendit in quinto accusationis. cum inquit. Conferte hanc pacem cum illo bello. huius praetoris aduentum cum illius imperatoris victoria. & quae sequuntur, concinnitatis atque elegantiae plenissima. Haec igitur Graeci magistri dicendi vocant ἀντίθετα, siue ἀντίστροφα. nam Dionysius aliquando ita ipsa appellauit. Cum autem Cicero dicat, ἀντίθετα exprimere volens, cum contrariis opponuntur contraria, videndum est an recte verba, quae è regione stant contraria semper dici possint, cum in genere hoc ἀντιθέτως: quando scilicet nomine tantum illa opponuntur, similia potius similibus respondeant. quae res habet in se speciem repugnantiae. similia autem illa esse inter se plane intelligitur: nam & numerus syllabarum par est: & conformatio ipsa verborum. Praeterea hoc aperte testatur Demetrius. cum in explicanda comprehensione Isocratis, & articulum articulo, & copulam copulae respondere ostendit. addidit enim ὅμοια ὁμοίοις: nec non infra ceteris partibus inter se comparatis, in omnibus id diligenter seruatum esse docens, ait. ὅμοιον παρ' ὅμοιον. nec me tamen fallit Aristotelem verba ipsa, quae ἀντίθεσιν faciunt, dicere contraria. verum ille videtur membra ἀντικείμενα appellare. in quibus tantum verba posita sunt re ipsa contraria, non nomine tantum.

Ἔστι δὲ κῶλα, ἃ μὴ ἀντικείμενα, ἐμφαίνει τινὰ ἀντίθεσιν, διὰ τὸ τῷ σχήματι ἀντιθέτως γεγράφθαι. καθάπερ τὸ παρ' Ἐπιχάρμῳ τῷ ποιητῇ πεπαιγμένον. ὅτι Τόκα μὲν ἐν τήνοις ἐγὼν ἦν, τόκα δὲ παρὰ τήνοις ἐγών: τὸ αὐτὸ μὲν γὰρ εἴρηται, καὶ οὐδὲν ἐναντίον. ὁ δὲ τρόπος τῆς ἑρμηνείας μεμιμημένος, ἀντίθεσιν τινὰ

πλανῶντι

πλανῶντι ἔοικεν, ἀλλ' οὗτος μὲν ἴσως γέλωτα ποιῶν οὕτως ἀντέθηκεν, καὶ ἅμα σκώπτων τοὺς ῥήτορας.

Sunt autem membra, quæ, cum opposita non sint, ostendunt quandam oppositionem, quia figura opposite scripta sunt. veluti illud apud Epicharmum poetam ludentem editum, quod τόκα μὲν ἐν τήνοις ἐγὼν ἦν, τόκα δὲ παρὰ τήνοις ἐγών*: idem enim dictum est, & nihil contrarium. modus autem locutionis mixtus, oppositionem quandam erranti præ se fert. verum hic fortasse risum mouens sic opposuit, & simul irridens oratores.*

Admonet nos Demetrius, quod breui antea præceperat Aristoteles: inde enim totum hoc natum est, inueniri membra non nulla, quæ cum opposita inter se non sint, præ se ferunt tamen non nihil oppositionis, quia figuram retinent illius rei, ac scripta sunt vt antitheta ipsa tractari solita sunt. Exemplum autem ponere volens Demetrius adumbratæ huius, simulatæque oppositionis, eodem, quo Aristoteles, fertur: Epicharmi enim Siculi locum ambo citant. in quo ille lusit. Adiungit verò ille. nam Aristoteles cum affirmasset inueniri quasdam falsas ἀντιθέσεις: exemploque cuiusmodi forent, indicasset, verbum postea non addidit. idem omnino in posteriore membro, quod in priore dictum esse: ac nihil contrarium. verum inquit locutionis modus mixtus in animo eius, qui audit vagante, & errore quodam à veritate abducto, gignit speciem quandam oppositionis. Hic (vt opinor) sensus elici potest è Græcis verbis, nisi mendum illic lateat, quod aliquando veritus sum. nam sermo ipse mihi durus videtur. præterea non video illic mixtionis aliquid, aut temperamenti. vnde in mentem mihi quandoque venit legi debere pro μεμιγμένως: in quo verbo non paruus scrupulus est, μεμιμημένως quod quamuis nulla auctoritate confirmatum, vtilitatis eorum, qui legunt, causa, notum esse volui. Ita certe (nisi fallor) essent omnia planiora: dixisset enim elegans, & in præceptis dandis apertus auctor, modum illum orationis, qui modus adumbrasset, atque imitatus esset quandam antithesin, hoc posse in animo auditoris errantis. nam si attente audiret, non posset eum res fallere. πλανᾶν autem translato verbo ab erroribus corporis: homines enim errare, & huc, & illuc vagari proprie dicuntur, eleganter dictus est, qui audit, cum alio atq; alio mente fertur. Ita quoq; locutus est Sophocles in Oedipo tyranno ex persona ipsius regis docentis, se graue malum ciuitatis diu deflesse: ac multa animo versasse, vt inueniret viam aliquam salutis. inquit enim. ἀλλ' ἴστε πολλὰ μέν με δακρύσαντα δὴ, πολλὰς δ' ὁδοὺς ἐλθόντα φροντίδος πλάνοις. Sed infra quoque eodem pacto hoc ipsum verbum cepit Demetrius. Statim autem, de fine consilioque Epicharmi disserens, inquit. Verum hic fortasse risum mouere studens, conformauit huiusce modi antithesin: falsam scilicet ac simulatam: eodemque tempore contemnens oratores: ac nimium eorum studium in huiuscemodi concinnitatibus consectandis exagitans. Facile autem credi potest hoc animo ipsum fecisse Epicharmum: nam Lucilium quoq; significauit Cicero, mutuatum personam Scęuolæ, non dissimilem huic rem in Albutio scite reprehendisse: nimium enim studium oratorum in componendis verbis: & tam minutam constructionem, nullo modo ferebant poetæ. præsertim qui eo studio tenerentur risum quacunque ratione possent excitandi: & aliorum leuia etiam peccata exagitandi.

Ἔστι δὲ καὶ παρόμοια κῶλα, ἅτινα παρόμοια δὴ τοῖς ἐπ' ἀρχῆς. οἷον Δωρητοί τε πέλοντο, παράρρητοί τ' ἐπέεσσιν. ἢ ὡς ἐπὶ τέλους, ὡς ἡ τοῦ πανηγυρικοῦ ἀρχή. Πολλάκις ἐθαύμασα τῶν τὰς πανηγύρεις συναγαγόντων, καὶ τοὺς γυμνικοὺς ἀγῶνας καταστησάντων. εἶδος δὲ τοῦ παρομοίου τὸ ἰσόκωλον, ἐπ' ἂν ἴσας ἔχῃ τὰ κῶ

λα

λα τὰς συλλαβάς, ὡς παρὰ Θουκυδίδῃ. Ὡς οὔτε ὧν πυνθάνοιντο ἀπαξιούντων τὸ ἔργον: οἷς τε ἐπιμελὲς εἴη εἰδέναι, οὐκ ὀνειδιζόντων: ἰσόκωλον μὲν δὴ τοῦτο.

Sunt autem & dissimilia membra, quæ quidem assimilia sunt ijs, quæ in principio. vt Δωρητοί τε πέλοντο, παράῤῥητοί τ' ἐπέεσσιν. *vel vt in fine, vt Panegyrici principium.* Πολλάκις ἐθαύμασα τῶν τὰς πανηγύρεις συναγαγόντων, καὶ τοὺς γυμνικοὺς ἀγῶνας καταστησάντων. *Species autem assimilis est isocolum, cum pares habuerint membra syllabas, vt apud Thucydidem.* Ὡς οὔτε ὧν πυνθάνοιντο ἀπαξιούντων τὸ ἔργον: οἷς τε ἐπιμελὲς εἴη εἰδέναι, οὐκ ὀνειδιζόντων: *Isocolum enim iam hoc.*

Transit nunc ad alium ornatum periodorum explicandum, cum iam quomodo membra ipsarum opponi inter se dicantur ostendisset. vt enim membra ἀντικείμενα inter se dicuntur, ita quoque παρόμοια vocantur: quæ igitur huiuscemodi sint, & quot modis hæc similitudo gignatur, declarat. duo autem illi sunt: similia enim membra esse possunt, aut in principio, aut in extremo. Prioris modi exemplum ponit versum Homeri è nono libro Iliadis, pronuntiatum illic à Phœnice, suadente Achilli, vt placaretur, acceptis muneribus, Agamemnoni: exposito more maiorum, qui donis semper & precibus flectebantur, cum grauiter etiam aliquibus irati erant. Alterius autem rationis, cum in extremis suis partibus similia membra sunt, exemplum est initium panegyrici illius, quem scripsit Isocrates: eadem enim illic est syllaba in fine vtriusque membri. Aristoteles quoque, vnde hæc sumpsit Demetrius, παρόμοια, vt res poscebat, illa vocat. Hermogenes vero in primo libro περὶ ἰδεῶν, vbi de pulchritudine locutionis disputat, παρισώσεις ea nominat, non suo, neque proprio ipsorum verbo appellans: pertinet enim hoc ad qualitatem membrorum indicandam, non ad quantitatem ipsorum ostendendam: philosophus sanè id nomen reseruauit quantitati membrorum demonstrandæ, docens πάρισον esse, cum membra sunt æqualia. cetera eadem sunt. nam in nomine tantum dissentit rhetor ille à Demetrio, & Aristotele: ipse enim quoque tradit fieri παρισώσεις illas & in primis, & in postremis partibus membrorum. Cum autem exemplo indicare volens similitudinem in principio positam, vtatur loco Platonis hoc è symposio. Παυσανίου παυσαμένου: addatque, se purgans illic Socrates, quod hanc concinnitatem orationis probauerit. διδάσκουσι γάρ με ἴσα λέγειν οἱ σοφοί, animaduertendum est, an ceperit id verbum doctissimus scriptor, vt Hermogenes: æqualiaque vocarit verba, quæ verius similia dicta fuissent. an mensuram eorum spectarit: vt enim similia illa inter se sunt: tres enim syllabæ omnino eædem sunt: primæ scilicet duæ, ac postrema, ita paria & æqualia. Halicarnasseus etiam non membra solum ἴσα & πάρισα vocauit, sed verba quoque. vt cum in vita Isocratis orationem illius, crebrasque periodos, omni genere ornamentorum refertas, perpendens, inquit. οὐ μόνον τῷ κώλῳ τὸ κῶλον ἴσον, ἀλλὰ τὰ ὀνόματα τοῖς ὀνόμασι. τῷ μὲν πλείστῳ τὸ μέγιστον: τῷ δὲ ἀληθεῖ τὸν ἔπαινον & infra. τῷ μὲν καλῶς τὸ καλῶς ἀντίστροφον; τῷ δὲ ἀκούειν τὸ ἀπολαύειν πάρισον. nec tamen similia verba intelligit, quæ παρόμοια vocat. nam idem in hoc fecit, quod supra commisisse illum in altero verbo indicaui. nec tamen me fallit in consuetudine quoque sermonis aliquando ἴσον pro ὅμοιον vsurpari, ac verba hæc inter se aliquando commutari. qui tamen accurate aliquid tradit: præceptaque artis dat, videretur proprie loqui debere, omni ambiguitate verborum sublata. præsertim cum superiores res illas apposite vocarint. Cum autem ostendisset cuiusmodi forent periodorum membra, παρόμοια vocata: & quot modis similitudo illa in membris fingeretur, docet ἰσόκωλα: ita autem à Græcis eadem membra, cum æqualia inter se sunt, appellantur, vt ipse accurate tradit, speciem esse παρομοίων. quæ nanque paria, æqualiaque sunt similia, inter se ea ratione sunt. exemplum verò huius concinnitatis ponit locum Thucydidis è

primo libro, non longè à principio. vbi signis quibusdam probat veteres Græcos, ac barbaros, & qui sedes propè mare habebant, & qui insulas incolebant, piraticam exercuisse: atque ex eo studio res ad vitam necessarias parare solitos. cùm illud adhuc dedecus nullum haberet, vel potius laudis aliquid ac gloriæ afferret. Apud poëtas enim inquit, qui nauigant se mutuo interrogant, an prædones sint, vt neq; vnde quæritur propter indignitatem eam artem inficiantibus: neque iis, qui student scire, probri aliquid obiicientibus. in extrema enim hac sententia exemplum manet: cum ambitus sit duobus membris constans inter se paribus. infinita exempla huius elegantiæ sunt etiam apud Ciceronem, vt cum pro Milone inquit. Quod igitur in causa quærendum est, id agamus: hoc quod tormentis inuenire vis, id fatemur.

Ὁμοιοτέλευτα δ᾽ ἐστι, τὰ εἰς ὅμοια καταλήγοντα, ἤτοι εἰς ὀνόματα ταυτά. ὥσπερ ἔχει τοῦτο, Σὺ δ᾽ αὐτὸν καὶ ζῶντα ἔλεγες κακῶς, καὶ νῦν θανόντα γράφεις κακῶς. ἢ ὅταν εἰς συλλαβὴν καταλήγῃ τὴν αὐτήν. ὥσπερ τὰ ἐκ τοῦ πανηγυρικοῦ προειρημένα.

Similiter autem desinentia sunt, quæ in similia desinunt, siue in nomina eadem, vt se habent in illo. Σὺ δ᾽ αὐτὸν καὶ ζῶντα ἔλεγες κακῶς, καὶ νῦν θανόντα γράφεις κακῶς. *Siue quando in syllabam desierint eandem. vt illa sunt, quæ è panegyrico ante dicta sunt.*

Quæ sint ὁμοιοτέλευτα nunc explanat: quod & ipsum est ornamentum orationis. cum igitur similiter verba desinunt. siue inquit in iisdem nominibus terminentur: siue extrema tantum ipsorum syllaba eadem sit, illa vocantur ὁμοιοτέλευτα. Exemplum prioris rationis: quæ infrequentior est, ponit vocem antiqui scriptoris, qua in eadem re præcipienda vsus quoque fuerat Aristoteles. in eam autem non recordor me vnquam incidisse apud auctorem ipsum. insimulat verò illa quempiam acerbitatis, qui in aduersarium viuum maledicta multa congesserat: & eundem mortuum etiam scriptis suis vexabat. Posterioris verò, locum Isocratis, quem supra collocauit è principio panegyrici. eidem enim ornatui monstrando idem exemplum adhiberi debuit, ne perturbaretur, qui legeret. illi namque παρομοιώσει, quod in extremis membris similitudinem habet, nomen postea impositum est ὁμοιοτέλευτον: neque re vlla discrepat hoc ab illo. Ita autem crebra est concinnitas hæc apud Ciceronem, vt non valde oporteat illam indicare. Vt tamen ipsius etiam aliquod Latinum specimen demus, quod paratum hic sit, duas è pulcherrima oratione elegantissimas comprehensiones depromemus. Pro M. enim Marcello, quum conuerso sermone ad C. Cæsarem dixit. Ergo, & mihi meæ pristinæ vitæ consuetudinem C. Cæsar interclusam aperuisti, & his omnibus ad bene de omni rep. sperandum quasi signum aliquod sustulisti: est enim manifesto hęc comprehensio bimembris: cuius etiam membra & æqualia sint, & similiter desinant: nec in vna tantum syllaba similitudo illa maneat, vt in Isocratea, sed in duabus. par autem omnibus modis ipsi est hæc quoque ex eadem grauissima causa sumpta, nisi quod præterea in hac contraria contrariis opponuntur: loquitur autem de iis, qui aduersarii ipsi fuerant in bello, cuius generis hominum nullos inueniri tunc affirmat. Aut sua pertinacia vitam amiserunt: aut tua misericordia retinuerunt.

Χρῆσις δὲ τῶν τοιούτων κώλων ἐπισφαλής: οὔτε γὰρ δεινῶς λέγοντι ἐπιτήδεια: ἐκλύει γὰρ τὴν δεινότητα ἡ περὶ αὐτὰ τερθρεία καὶ φροντίς. δῆλον δ᾽ ἡμῖν τοῦτο ποιεῖ Θεόπομπος: κατηγορῶν γὰρ τῶν τοῦ Φιλίππου φίλων φησίν, Ἀνδροφόνοι δὲ τὴν φύσιν ὄντες: ἀνδροπόρνοι τὸν τρόπον ἦσαν. καὶ, Ἐκαλοῦντο μὲν

ἑταῖροι

ἑταῖροι, ἦσαν δὲ ἑταῖραι: ἡ γὰρ ὁμοιότης ἡ περὶ τὰ κῶλα καὶ ἀντίθεσις, ἐκλύει τὴν δεινότητα διὰ τὴν κακοτεχνίαν: θυμὸς γὰρ τέχνης οὐ δεῖται. ἀλλὰ δεῖ τρόπον τινὰ, αὐτοφυᾶ εἶναι ἐπὶ τῶν τοιούτων κατηγοριῶν, καὶ ἁπλᾶ τὰ λεγόμενα.

Usus autem talium membrorum lubricus: neque enim acriter dicenti accommodata sunt: dissoluit enim vim illam, quod ponitur in ipsis nimium studium & cura. planum autem nobis hoc facit Theopompus: accusans enim Philippi amicos inquit, Ἀνδροφόνοι δὲ τὴν φύσιν ὄντες: ἀνδροπόρνοι τὸν τρόπον ἦσαν. *Et.* Ἐκαλοῦντο μὲν ἑταῖροι, ἦσαν δὲ ἑταῖραι: *Similitudo enim quæ est in membris & oppositio, dissoluit formam eam acrem propter malè positam operam in illis: excandescentia enim arte non eget. verum oportet aliquo modo, naturalia esse in huiuscemodi accusationibus, & simplicia ea quæ dicuntur.*

Omnibus iam ornamentis periodorum explicatis, intelligens non vtiliter semper ita expolitas periodos adhiberi, cum si alieno tempore, ac loco vsurpentur, magnopere obsint, vsum earum tradit: vt remoto malo, quod boni in illis positum est, tuto capiatur. cum enim res tam lubrica foret, officium ipsius erat, hoc aperire, ne quis imprudenter laberetur: in culpamque eam incideret, quam magni etiam scriptores euitare non potuerunt. inquit igitur. Vsus verò huiuscemodi membrorum in lubrico versatur, ac plena periculi res est. primum autem tradit nullo modo conuenire ipsa illi oratori, qui acer ac vehemens esse velit. cuius rei statim rationem reddit, affirmans, corrumpere ac frangere nugatorium hoc studium, ac curam oratoris in his festiuitatibus consectandis, omnem vim ipsius, & impetum, quo ferebatur in aduersarium. Idque intelligi posse affirmat ex scriptis Theopompi, quę referta erant his concinnitatibus. Cum enim figere ille maledictis vellet Philippi Macedonis amicos, ac turpissimas ipsis notas inurere (in primis enim hic scriptor maledicus est habitus) consilium ipse suum disturbauit consectatione harum elegantiarum. duos autem ex ipsius historia, in quibus potissimum id faceret, locos exprompsit. prior est. ἀνδροφόνοι δὲ τὴν φύσιν ὄντες, ἀνδροπόρνοι τὸν τρόπον ἦσαν: accusat enim ipsos: quod cum sæui ingenii homines ac sicarii magni forent, iidem tamen moribus ac vitæ institutis molles ac teneri essent: sententia namq; hæc est eorum verborum. Πόρνους Græci impudicos pueros vocabant & qui tanquam meretrices, florem ætatis quęstui haberent. quod testatur etiam Xenophon in primo libro ἀπομνημονευμάτων his verbis. Τήν τε γὰρ ὥραν ἐὰν μέν τις ἀργυρίου πωλῇ τῷ βουλομένῳ, πόρνον αὐτὸν ἀποκαλοῦσιν. indeque iuncto nomine ἀνδροπόρνους appellauit Theopompus sodales Philippi, qui id flagitium paterentur. respondet verò hoc verbum superiori, & ipsi iuncto, ἀνδροφόνοι. cuius notio, ratioque est manifesta. Posterior locus est ἐκαλοῦντο μὲν, ἑταῖροι: ἦσαν δὲ, ἑταῖραι, in quo etiam contraria inter se comparantur. Non ineptè autem fortasse Latinis his verbis exprimeretur posterior hæc vox Theopompi, eadem asperitate seruata. vocabantur quidem amici: erant autem amicæ. amicas enim solitas appellari meretrices notum est, vel exemplo hoc Terentii, haud conuenit Vna ire cum amica imperatorem in via. Cum autem locus ipse citetur ab Atheneo in sexto libro δειπνοσοφιστῶν, quo Theopompus illos accusauit, totus sanè plenus harum elegantiarum, hæc pars, quam potissimum sumpsit Phalereus, ita illic legitur. Ὅθεν δικαίως αὐτοὺς αὐτὸς οὐχ ἑταίρους, ἀλλ' ἑταίρας ὑπέλαβεν. οὐδὲ στρατιώτας, ἀλλὰ χαμαιτύπας προσηγόρευσε. ἀνδροφόνοι γὰρ τὴν φύσιν ὄντες, ἀνδροπόρνοι τὸν τρόπον ἦσαν. In genere verò hoc orationis reprehendendo Demetrius vtitur eodem verbo, quo Theohprastus, vnde disciplinam acceperat, vsus antea fuerat: ille enim quoq;, quum vitium ipsius osten-

dere vellet, dixit eam ἐκλύειν τὴν ἀκρότητα: ideſt ſedare motus iu animo eius, qui audit, prius excitatos: ac frangere diſsipareq́ue iram illam: ipſe tamen non perſonam eius qui audit, ſed illius, qui dicit, cogitat, cuius granitatem in dicendo diſſolnere orationem hanc tradit. Cicero quoque in eadem culpa exagitanda videtur oratoris perſonam officiumq́ue cogitaſſe, quod illa deterius faceret ac corrnmperet. ait enim in oratore ſuo. Detrahit prætetea actioois dolorem: aufert humaoum ſenſum actoris: tollit funditus veritatem, & fidem. Locus, in quo accurate diſſerit Theophraſtus de generibus ἀντιθέτων: omoiqne earum ratione, legitur apud Halicarnaſſeum in vita Lyſię. Poſitis autem exemplis Demetrius ipſa explicat: viriumq́; huins orationis patefacit, dicens. Similitudo enim, quæ, ſedulo coóqniſita, apparet in his membris: & cootratiorum oppoſiuo, diſſoluit genus illud dicendi grane, atque acre ob pranum ſtudium captandi eos ornatus.. Eius verò mali cauſam afferre volens, ait. Motus enim vehemennior animi atqne excandeſceotia non eget arte: cum potius eo tempore ars obſit, atq; impetum furoris frangat. Addit etiam oportere potins illo tempore naturam ſeqni, & cum huiuſcemodi contumelię in aliquem iaciendæ ſunt, aliquo modo ipſi parere. Τρόπον vero τινὰ inquit ſenteotiam hanc moderans: qui enim omnino, vt animus ipſe ferr, facerer, fortaſſe peccaret: pręceptaque artis ſemper vtilia ſunt. nam ratio illa prana, qua vſus eſt Theopompns, noo fuit ars vera. Videtur autem huiuſcemodi quiddam Terentius etiam ſignificaſſe, cum in ore impuri ſerui hanc ſententiam poſnit. ac fortaſſe idem hoc verbum αὐτοφυῆ expreſſit. reprehendebat autem ille Myſidem ancillam, quæ hoc non videbat: & ſe ficta illa fabula perterrefactam fuiſſe dolebat. Paulum iotereſſe cenſes ex animo omnia, vt fert natura, facias: an de induſtria? Quod adiungitur à Demetrio eſt quaſi declarario antecedentis vocis. id ſcilicet quod ait, ea quę dicuntur ſimplicia eſſe debere, id eſt non fucata, neque vllis inuoluta artificiis.

Οὔτε δὴ ἐν δεινότητι χρήσιμα τὰ τοιαῦτα ὡς ἔδειξα, οὔτε ἐν πάθεσι καὶ ἤθεσιν: ἁπλοῦν γὰρ εἶναι βούλεται καὶ ἀποίητον τὸ πάθος. ὁμοίως δὲ καὶ τὸ ἦθος. ἐν γοῦν τοῖς ἀριστοτέλους περὶ δικαιοσύνης, ὁ τὴν ἀθηναίων πόλιν ὀδυρόμενος, εἰ μὲν οὕτως εἴποι ὅτι Ποίαν τοιαύτην πόλιν εἷλον τῶν ἐχθρῶν, οἵαν τὴν ἰδίαν πόλιν ἀπώλεσαν, ἐμπαθῶς ἂν εἰρηκὼς εἴη καὶ ὀδυρτικῶς. εἰ δὲ παρόμοιον αὐτὸ ποιήσει: Ποίαν γὰρ πόλιν τῶν ἐχθρῶν τοιαύτην ἔλαβον, ὁποίαν τὴν ἰδίαν ἀπέβαλον, οὐ μὰ τὸν δία πάθος κινήσει, οὐδὲ ἔλεον, ἀλλὰ τὸν καλούμενον κλαυσιγέλωτα: τὸ γὰρ ἐν πενθοῦσι παίζειν κατὰ τὴν παροιμίαν, τὸ τὰ τοιαῦτα ἐν τοῖς πάθεσι κακοτεχνεῖν ἐστι.

Neque igitur cum acres eſſe volumus vtilia ſunt huiuſcemodi vt demonſtraui, neque in affectibus & moribus: ſimplex enim eſſe vult & ſine qualitate vlla affectus. eodem autem pacto & mos. in illis igitur Ariſtotelis de iuſtitia, qui ciuitatem Athenienſium deplorat, ſi ſic dixiſſet. Ποίαν τοιαύτην πόλιν εἷλον τῶν ἐχθρῶν, οἵαν τὴν ἰδίαν πόλιν ἀπώλεσαν. *cum affectu vtique dixiſſet, et lugubriter. ſi autem* παρόμοιον *ipſum fecerit.* ποίαν γὰρ πόλιν τῶν ἐχθρῶν τοιαύτην ἔλαβον, ὁποίαν τὴν ἰδίαν ἀπέβαλον. *non per Iouem affectum mouebit, neque miſericordiam, verum appellatum* κλαυσιγέλωτα: *etenim in lugentibus ludere, vt prouerbio fertur, huiuſcemodi in affectibus praue moliri eſt.*

Concludit superiorem diſputationem Demetrius: putat enim à ſe affatim demonſtratum,

stratum, nullo modo apta esse formæ illi dicendi graui, ac vehementi, ita expolita membra: additque quibus etiam rebus aliis non conueniant: remouet enim quoq; ab oratione, quę motus animi turbidos excitat, hoc studium, curamque concinnandi membra periodorum. vt ab ea quoque, qua mores effinguntur. Eius autem præcepti rationem reddens, inquit. postulare πάθος, naturamque eius requirere, vt simplex sit: atque omni qualitate nudatum. quod commune ipsi est cum oratione, quæ mores & indolem exprimit. nam πάθος, & ἦθος videtur appellare orationem παθητικὴν & ἠθικήν. Apsinus etiam, vetus quidam magister dicendi, quod ad πάθος pertinet, idem præcipit: cum enim rationes tradidisset, quibus πάθος excitaretur, adiungit locutionem esse debere sine cura conformatam, ac vacuam omnibus exquisitis ornamentis. quia orationem his quasi medicamentis fucare non videtur esse dolentis: atque grauem aliquam iniuriam deplorantis. Exemplo verò explicare volens Demetrius veritatem huius præcepti, sumit locum tractatum ab Aristotele in libris, quos scripsit de iustitia. vt enim memoriæ prodidit Laërtius, quattuor libros separatim confecit doctissimus ille vir de iustitia. in illis igitur quidam inducebatur deplorare aduersas res Atheniensium, quem docet, si ita dixisset, nullis adhibitis leporibus, ac luminibus orationis. Qua tali vrbe hostium potiti sunt, qualem suam propriamque amiserunt, tempori illi seruiturum fuisse: apteque ad fletum excitandum, deflendumque illum acerbum casum, verba facturum. Si verò inquit παρόμοιον in eadem re exponenda effecerit, vt pariter extrema amborum membrorum terminentur. exempli causa (conemur enim concinnitatem eandem verborum adumbrare: ac uim denique exempli exprimere.) Quam enim vrbem hostium talem ceperunt, qualem suam propriamq; hoc bello amiserunt. non me Hercule affectum, neque misericordiam excitabit, sed eum, qui iuncto verbo ex duobus nominibus, contrarias res significantibus, κλαυσίγελως à Græcis appellatur: lugebunt enim aliquo modo, qui audiunt propter tristitiam illatum rerum: eodemque tempore ridebunt, capti leporibus, festiuitatibusque eius orationis, atq; exhilarati. Verbo hoc vsus est Plutarchus in libro, quo disputauit, non posse iucunde viui ex ratione tradita ab Epicuro: necnon Xenophon in sexto libro rerum Græcarum, cum exponeret, qui fuisset tunc animus Phliasiorum, quum vrbe iam capta, magna cum virtute inde hostes exturbassent: fortissimos enim ciues narrat lætitia exultasse: mulieres verò, vinum suis, vt reficerent vires, ministrasse: simulq; præ gaudio lacrimasse. vnde inquit vere tunc, non vt plerunq; vsurpari hoc verbum solitum est, κλαυσίγελως omnes, qui aderant occupauit. Verba suauissimi scriptoris hęc sunt. ὥστε δὴ ἐκεῖσε ἦσαν παρ᾽ ἐλπίδα τῆς σωτηρίας. τοὺς μὲν ἄνδρας δεξιουμένους ἀλλήλους, τὰς δὲ γυναῖκας πιεῖν τι φερούσας καὶ ἅμα χαρᾷ δακρυούσας· πάντας δὲ τοὺς παρόντας τότε τῷ ὄντι κλαυσίγελως εἶχε. Valet autem manifesto risus fletu temperatus. ipse enim præterea Phalereus, vt qui valde rem improbaret, citato vetere prouerbio. prauum hoc studium declarat: ac simili quodam exagitat, dicens. Inter flentes enim iocari (vt vulgo dicitur) nihil aliud est quàm, dum affectus commoues, huiuscemodi lepores orationis sectari.

Γίνεται μέντοι γε χρήσιμά ποτε ὡς ἀριστοτέλης φησίν. Ἐγὼ ἐκ μὲν ἀθηνῶν εἰς στάγειρα ἦλθον διὰ τὸν βασιλέα τὸν μέγαν, ἐκ δὲ σταγείρων εἰς ἀθήνας, διὰ τὸν χειμῶνα τὸν μέγαν. εἰ γοῦν ἀφέλοις τὸ ἕτερον μέγαν, συναφαιρήσῃ καὶ τὴν χάριν: τῇ γὰρ μεγαληγορίᾳ συνεργοῖεν τὰ τοιαῦτα κῶλα, ὁποῖα τῶν γοργίου τὰ πολλὰ ἀντίθετα καὶ τῶν ἰσοκράτους. περὶ μὲν δὴ τῶν παρομοίων, ταῦτα.

Sunt tamen vtilia quandoque vt Aristoteles inquit. ἐγὼ ἐκ μὲν ἀθηνῶν εἰς στάγειρα ἦλθον διὰ τὸν βασιλέα τὸν μέγαν, ἐκ δὲ σταγείρων ἐς ἀθήνας, διὰ τὸν χειμῶνα τὸν μέγαν. *Si igitur abstuleris alterum* μέγαν, *vnà auferes & venustatem: ampla enim dictioni prodesse possunt huiuscemodi membra,*

 qualia

qualia sunt Gorgiæ multa: in quibus contraria contrariys opponuntur, et Isocratis. De similibus igitur membris, hæc.

Cum diligenter ostenderit quibus temporibus oportet sibi temperare ab hoc genere orationis tam exculto, docet nunc quando fructum magnum ferunt membra comprehensionum ita concinnata: vtiturque exemplo Aristotelis, qui, vt suspicari licet, in epistola quadam, cum exponeret, cur relictis Athenis Stagira venisset: indeque rursus Athenas se contulisset, prioris profectionis causam fuisse dixit regem magnum: posterioris vero hibernum tempus, frigusque magnum: itaque verba composuit, vt ambo membra eo nomine terminarentur, quod magnum eo sermone valet. Addit autem statim Demetrius, significare volens quantum suauitatis conciliatum sit ei sententiæ lumine illo, si abstuleris alterum eorum verborum, eodem tempore dempseris inde omnem leporem ac venustatem: granditatem enim & amplitudinem orationis adiuuant huiuscemodi membra, cuiusmodi sunt magna ex parte, & Gorgiæ, & Isocratis antitheta. vtitur autem eodem exemplo infra, vbi differit de venusta oratione. concludit verò nunc disputationem de paromœis: indicatque absolutam eam esse: manifestò enim ὁμοιοτέλευτα, cum similiter desinant, species illorum sunt: huic enim splendori orationis magistri dicendi suum propriumq; nomen imposuerunt, quamuis generis nomine παρόμοια aliquando etiam vocarint.

Διαφέρει δὲ ἐνθύμημα περιόδου τῇδε. ὅτι ἡ μὲν περίοδος, σύνθεσίς τίς ἐστι περιηγμένη, ἀφ' ἧς καὶ ὠνόμασται: τὸ δὲ ἐνθύμημα ἐν τῷ διανοήματι ἔχει τὴν δύναμιν καὶ σύστασιν. καὶ ἔστιν ἡ μὲν περίοδος κύκλος τοῦ ἐνθυμήματος, ὥσπερ καὶ τῶν ἄλλων πραγμάτων: τὸ δ' ἐνθύμημα διάνοιά τις, ἤτοι ἐκ μάχης λεγομένη ἐν ἀκολουθίας σχήματι.

Distat autem enthymema à periodo hoc pacto. quod periodus quidem, est compositio quædam circumducta, à qua & nominata est: enthymema autem in sententia vim suam & constitutionem habet. & est periodus quidem orbis enthymematis, quemadmodum & aliarum rerum: enthymema autem sententia quædam, quæ scilicet ex pugna dicitur in consecutionis figura.

Cum sæpe eodem loco enthymema, & ambitus hic verborum, qui periodus vocatur, maneant: non nullique idem illa esse ea de causa falsò putarent, succurrit Demetrius eorum inscitiæ. discriminaque multa ponit, quibus eæ res distinguantur, ac diuersæ esse intelligantur: nisi enim hunc errorem quibusdam eripere vellet, non fecisset nunc mentionem enthymematum, cum argumenti genus id sit: non est autem propositum Demetrio tradere hoc in libro, quę valent ad faciendam fidem. enthymema autem capit nunc vt Cicero, ac Gręci magistri huius artis, id est sententiam ex contrariis conclusam, & in qua pugna appareat. Sed Aristoteles quoque quamuis plerunque appellet enthymema syllogismum, qui altera tantum propositione constet, tamen in secundo libro de arte dicendi consuetudinem rhetorum sequitur. vbi exemplo Lysię vtitur in loco, quem indicarat, illustrando. In Topicis autem suis Cicero diligenter de enthymemate disputauit, & exempla etiam quædam eius protulit, sumpta ex antiquis tragicis: inquit enim. Huius generis hæc sunt. Hunc metuere: alterum in metu non ponere. Eam, quam nihil accusas, damnas: bene quam meritam esse autumnas: dicis male mereri. Id quod scis prodest nihil: id quod nescis obest. Differentia prima hęc est. Ambitus est compositio quędam circumacta, vnde nomen inuenit: quod supra quoque tradidit: Quædam verò dicens,

ceñs, statim declaranit cuiusmodi foret, addens περιηγμένον. quæ nanque orbem illum non conficeret constructio, periodus non esset: simul verborum esse compositionem illam significauit. Enthymema verò inquit habet omnem suam vim in sententia ipsa: eoque, quod verbis illic ostenditur: totumque inde conflatum, conformatumque est. Secundum verò discrimen, non dissimile superioris ponit. Esse periodum orbem enthymematis vt ceterarum etiam rerum circuli periodi vocantur. nam periodi siderum. periodi febrium. periodi tetrarum. omnes eadem de causa appellantur. quia eódem redeatur, vnde incœptum est iter. Enthymema autem esse inquit notionem quandam, id est eam, quæ pugna constat: editam ita, vt habeat speciem consecutionis.

Σημεῖον δέ: ἂν γὰρ διαλύσειας τὴν σύνθεσιν τοῦ ἐνθυμήματος, τὴν μὲν περίοδον ἠφάνισας: τὸ δ᾽ ἐνθύμημα ταυτὸν μένει. οἷον εἴ τις τὸ παρὰ Δημοσθένει διαλύσειεν ἐνθύμημα τὸ τοιοῦτον. Ὥσπερ γὰρ εἴ τις ἐκείνων ἑάλω, σὺ ταῦτ᾽ οὐκ ἂν ἔγραψας. οὕτως ἂν σὺ νῦν ἁλῷς, ἄλλος οὐ γράψει. διαλύσειε δὲ οὕτω, μὴ ἐπιτρέπετε τοῖς τὰ παράνομα γράφουσιν: ἂν γὰρ ἐκωλύοντο, οὐκ ἂν νῦν οὗτος ταῦτα ἔγραφεν. οὐδ᾽ ἕτερος ἔτι γράψει, τούτου νῦν ἁλόντος. ἐνταῦθα τῆς περιόδου μὲν ὁ κύκλος ἐκλέλυται: τὸ δ᾽ ἐνθύμημα ἐν ταυτῷ μένει.

Signum autem huius rei: si nanque dissolueris compositionem enthymematis, periodum quidem deleueris: enthymema autem idem manet. ceu siquis hoc, quod apud Demosthenem est, enthymema dissoluerit. Ὥσπερ γὰρ εἴ τις ἐκείνων ἑάλω, σὺ ταῦτ᾽ οὐκ ἂν ἔγραψας. οὕτως ἂν σὺ νῦν ἁλῷς, ἄλλος οὐ γράψει. *dissoluerit autem hoc pacto,* μὴ ἐπιτρέπετε τοῖς τὰ παράνομα γράφουσιν: εἰ γὰρ ἐκωλύοντο, οὐκ ἂν νῦν οὗτος ταῦτα ἔγραφεν. οὐδ᾽ ἕτερος ἔτι γράψει, τούτου νῦν ἁλόντος. *hic periodi quidem orbis ille dissoluitur: enthymema autem in eodem loco manet.*

Intelligi posse in constructione verborum manere periodum: enthymema autem in sententia, signo quodam, quod affert, dicit. Signum autem argumentum hoc vocat, quia fidem facit, probatque quod constituere vult, à posterioribus. Si igitur inquit enthymema in orbe illo inclusum fuerit: dissolnerisque compositionem eam verborum, periodum ipsam euerteris: nec vestigium vllum ipsius restabit. enthymema tamen suo loco manet, nec disturbatur. Exemplo hoc aperire volens, profert locum ex Demosthenis oratione contra Aristoctatem, quem, cum illo quoque ipse vti veller, expressit Quintilianus in qninto libro his verbis. Optimum autem videtur enthymematis genus cum proposito dissimili, vel contrario, ratio subiungitur. quale est Demosthenis. Non enim, si quid vnquam contra leges factum est: idque tu es imitatus, icciτco te connenit pœna liberari. Quin e contrario damnari multo magis. Nam vt si quis eorum damnatus esset, tu hoc non scripsisses: ita damnatus si fueris, non scribet alius. Neque enim tantum verba, quæ citat Phalereus, vertit Quintilianus, sed superiora etiam hæc, quæ cum ipsis coniunguntur. οὐ γὰρ ὅτι πώποτε μὴ κατὰ τοὺς νόμους ἐπράχθη, οὐδ᾽ ὅτι τοῦτ᾽ ἐμιμήσω, διὰ τοῦτ᾽ ἀποφεύγειν σοι προσήκει. ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον ἁλῶναι. si quis igitur euertat (inquit Demetrius) huius sententiæ ordinem hoc pacto. Nolite potestatem facere oratoribus promulgandi aliquid contra leges. Si enim olim vetiti essent, nnllo modo hic nunc hæc promulgasset: neque alius ex hoc tempore vnquam promulgabit, si hic damnatus sententiis vestris fuerit, id verum esse intelliget: hic enim orbis ille periodi dissolutus est: enthymema verò testat.

Καὶ καθόλου δὲ τὸ μὲν ἐνθύμημα, συλλογισμός τίς ἐστι, ῥητορικός: ἡ περίοδος δὲ, συλλογίζεται μὲν οὐδὲν, σύγκειται δὲ μόνον. καὶ περιόδους μὲν ἐν παντὶ μέρει τοῦ λόγου τίθεμεν, οἷον ἐν τοῖς προοιμίοις: ἐνθυμήματα δὲ οὐκ ἐν παντί. καὶ τὸ μὲν, ὥσπερ ἐπιλέγεται, τὸ ἐνθύμημα: ἡ περίοδος δὲ αὐτόθεν λέγεται. καὶ τὸ μὲν οἷον συλλογισμός ἐστιν ἀτελής: ἡ δὲ, οὔτε ὅλον τι, οὔτε ἀτελῶς συλλογίζεται.

Et ad summam quidem enthymema, syllogismus quidam est, oratorius. periodus autem, ratiocinatur quidem nihil: in compositione autem solum manet. & periodos quidem in omni parte orationis ponimus, ceu in principijs ipsarum: enthymemata autem non in omni. & hoc quidem, quasi post aliquid dicitur, enthymema. periodus autem ex se dicitur. & hoc quidem syllogismus est imperfectus: hæc autem neque totum aliquid, neque imperfectum ratiocinatur.

Non capit nunc enthymema eodem sensu Demetrius, quo supra semper cepit. videtur enim ex hoc loco uti hoc verbo, vt Aristoteles ferè vti consueuit: qui definiens etiam ipsius vim & naturam pluribus locis, affirmat enthymema esse imperfectum syllogismum, siue oratorium: quod idem tamen est, syllogismum. existimari autem potest ille hoc fecisse vt penitus seiungeret: diuersaque esse ostenderet, hęc nomina. cum neutro modo sumptum enthymema par sit: respondeatque periodo. Animaduertendum etiam, vt hucusque primum posuit definitionem periodi, ilicoque lunge aliam esse naturam enthymematis declarauit, ita nunc ipsum contra facere: explicat enim primum vim enthymematis: deinde probat eiusmodi nihil efficere periodum. inquit igitur. Ad summam enthymema est syllogismus quidam, id est syllogismus oratorius: periodus verò nihil ratione concludit; sed habet in se tantum certam quandam compositionem. Separat etiam ipsa à loco, quem in orationibus occupant, dicens. Et periodos in omni parte orationis ponimus, aptaque illa sedes earum est: veluti in principiis ipsarum: enthymema vero nullo modo. quędam enim partes non recipiunt ipsum. cum enim argumenta sint, quomodo potest aliquid ratione comprobari, nisi antea expositum sit? necesse enim est antea rem narrare. postea confirmare aut diluere. nam commode periodos in exordiis collocari, auctoritate summorum oratorum cognoscimus, qui statim in initio dicendi ipsas conformarunt, vt illa, cuius exemplo supra vsus est Demetrius ex oratione aduersus Leptinem. quę constat tribus membris: nec non, quam protulit Cicero pro A. Cæcina eodem loco, ex quattuor constante: sed exempla passim occurrent. Docet etiam quid intersit inter illa hoc pacto. quę ratio aliquo modo & ipsa à loco proficisci videtur: cum potius, si quis subtiliter videat, in natura ipsarum rerum explicanda fundata sit. inquit enim. Et alterum horum aliquo iam prolato editur, & quasi epilogatur: vt eodem, rei explanandæ causa, verbo vtamur. ἐπιλέγεται enim dicitur, quod post aliquod, vnde pendet, pronuntiatur. vnde ἐπίλογος à Græcis, quæ peroratio à Latinis appellatur, dictus est. quod in extremo adhibeatur, & causæ iam habitæ adponatur: enthymema autem idest: periodus verò inquit dicitur à se ipso: nec posteriorem illum locum expectat: orator enim ita format orationem, cum ipsi commodum est, non cum res aliqua, iam prolata, id requirit: & tanquam trahit: αὐτόθεν enim sua sponte. valet. certum autem est non posse vsurpari enthymema, nisi res aliqua antea narrata fuerit, quę debeat comprobari, vnde verum esse intelligitur, quod inquit, ipsum tanquam ἐπιλέγεται, quia non omnino id faciat, sed similitudinem illius rei tantum magnam habeat. Distare etiam alia ratione ostendit non dissimili à superiore quodam argumento: hic enim quoq; definitionem enthymematis affert. atque inquit. præterea enthymema est veluti syllogismus quidam imperfectus: periodus verò neq; totum aliquid;

aliquid : neq; inchoatum : partem ve tantum aliquam illius ratione concludit. ita autem loquitur Phalereus, vt videatur putasse dictum esse enthymema syllogismum imperfectum, quia non plenam rem aliquam, integramq;, sed partem tantum eius confirmet, cum tamen Aristoteles alia de causa ita definierit enthymema: ipse enim quoque dixit in secundo libro priorum analyticorum esse illud συλλογισμὸν ἀτελῆ: intelligens syllogismum eum, in quo desideretur altera propositionum. quam qui audiunt, vt planam apertamque, ipsi statim adiungunt, conficiendæ rationi necessariam. vnde fortasse, Demetrius addidit hic οἷον : significans non esse enthymema de quo loquitur, omnino syllogismum, sed instar illius.

Συμβέβηκε μὲν οὖν τῷ ἐνθυμήματι καὶ περιόδῳ εἶναι, διότι περιοδικῶς σύγκειται: περίοδος δ' οὐκ ἔστιν, ὥσπερ τῷ οἰκοδομουμένῳ συμβέβηκε μὲν καὶ λευκῷ εἶναι, ἂν λευκὸν ᾖ : τὸ οἰκοδομούμενον δ' οὐκ ἔστι λευκόν : περὶ μὲν δὴ διαφορᾶς ἐνθυμήματος καὶ περιόδου εἴρηται.

Accidit quidem igitur enthymemati vt periodus sit, quia rotunde compositum est : periodus autem non est. quemadmodum alicui, quod ædificatur accidit vt album sit, si forte album est : quod autem ædificatur non est album. De discrimine quidem enthymematis & periodi dictum est.

Cum ostenderit, multum inter se distare periodum, atque enthymema, pluribus discriminibus positis, indicat vnde natus sit error in animis eorum, qui idem esse has res existimarunt: nisi enim aliquid similitudinis in ipsis existeret, non tantopere decepti illi forent. inquit igitur. euenire enthymemati, vt periodus idem sit. quia compositum sit, vt ambitus illi verborum componuntur. nam periodum ipsum nullo modo esse vult, quod eadem vis & natura vtriusque rei sit. Simili autem aperire rem volens, ait. Eadem ratione, qua euenit domui, siue fano, quod ędificatur, vt album sit: si forte illius coloris est: nec tamen domus ipsa alba est: quia in ipsius natura constituenda necessarius ille color non est. sine damno nanque vllo eius ædificii atra etiam esse poterat: & cuiusuis alius coloris. Sed exemplum etiam aliquod ponamus, quum eodem in loco & enthymema & periodus manet: quis enim non fateatur vtrunque in hac Ciceronis sententia pro M. Marcello inueniri? Non enim tua vlla culpa est, si te aliqui timuerunt: contraque summa laus, quod minime timendum fuisse senserunt: sine dubio enim prolatum hoc est ad ostendendam clementiam C. Cęsaris, qui ignouit plurimis, acerrimis ipsius in bello aduersariis: ita tamen constructum id est, vt in eo perspiciatur ambitus & conuersio quædam. quare merito etiam vocatur periodus & exculta quidem, summoque artificio confecta periodus. Eodem pacto locus hic pro A. Cluentio simul confirmat, quod orator vult: & argumentum illud inclusum in eodem orbe habet. Multi sæpe in indicando peccata liberûm parentum misericordiæ concesserunt: vos ne huius honestissime actam vitam matris crudelitati condonetis, rogamus. Potuisset autem probare ambobus temporibus, quod voluisset summus ille orator, nec tamen vti conuersionibus illis. quamuis dubitandum non sit, quin illo modo tractata argumenta maiorem vim habeant : faciliusque irrumpant in animos iudicum, & quasi necessitatem ita de illis rebus sentiendi ipsis imponant. vt supra enim Demetrius indicauit, in enthymemate oratorio requiritur conflictio quædam contrariorum: circuitus vero ille necessarius non est: & si sæpe compositio hæc comitatur conclusioni, quæ nascitur ex contrariis. vnde factum fuit, vt quidam non possent ipsa distinguere ac separare. Simili explicato Demetrius concludit satis à se disputatum esse de differentia enthymematis, ac periodi: vt ipsorum distantia fallere amplius non possit.

Τὸ δὲ κῶλον Ἀριστοτέλης οὕτως ὁρίζεται. Κῶλόν ἐστι τὸ ἕτερον μέρος περιόδου. εἶτα ἐπιφέρει, Γίνεται δὲ καὶ ἁπλῆ περίοδος. οὕτως ὁρισάμενος, τὸ ἕτερον μέρος, δίκωλον ἐβούλετο εἶναι τὴν περίοδον δηλονότι. ὁ δὲ Ἀρχέδημος συλλαβὼν τὸν ὅρον τοῦ Ἀριστοτέλους, καὶ τὸ ἐπιφερόμενον τῷ ὅρῳ, σαφέστερον καὶ τελεώτερον οὕτως ὡρίσατο. Κῶλόν ἐστιν ἤτοι ἁπλῆ περίοδος, ἢ συνθέτου περιόδου μέρος.

Membrum autem Aristoteles sic definit. membrum est altera pars periodi. deinde adiungit. Fit autem & simplex periodus. cum sic definierit. Altera pars, bimembrem scilicet voluit esse periodum. Archedemus autem cum collegisset definitionem Aristotelis, & quod adiungitur definitioni, planius & perfectius sic definiuit. Membrum est siue simplex periodus, siue compositæ periodi pars.

Quot putaret oportere membra periodi esse supra demonstrarat: numerumq; eorum definierat, cum à duobus ad quattuor membra peruenire ipsam affirmarit. nunc videri aliter sensisse Aristotelem conatur probare, subtiliter hoc ex verbis ipsius eliciens, quibus membrum philosophus ille definierat. vt igitur opinionem suam confirmet: è plutibnsqne quàm duobus membris constare ipsam doceat. nec tamen terminum quem fixit transire, locum illum è tertio de arte dicendi adducit: diligenterque pondus illius examinat. cum autem verba Aristotelis hæc sint, qui antea periodi nomen posuerat: κῶλον δ' ἐστὶ τὸ ἕτερον μόριον ταύτης: ἀφελῆ δὲ λέγω τὴν μονόκωλον. variat non nihil ipsa Phalereus: vt consequentia quoque, cum tamen sententia nulla re immutetur. post illa autem inquit, adiungere statim Aristotelem. Fit autem & simplex periodus. quare cum hoc pacto definierit: dixeritque alteram partem, satis certò intelligitur voluisse illum è duobus membris constare periodum. vt autem apparet, tam asseueranter hoc protulit Demetrius, quia ἕτερον de duobus dicitur. neque tamen oportebat fortasse tantopere id affirmare, quia loquebatur tunc, vt existimare licet, optimus magister de periodo bimembri: nec verisimile est, non vidisse acutissimi ingenii virum, & quem non fallebant obscurissimæ quæq; res, & in profundo etiam positæ, quod in promptu erat ac passim occurrebat, inueniri etiam comprehensiones, quæ è tribus aut quattuor membris constarent. Multum etiam mihi videtur Demetrius extulisse iudicium Archedemi, qui ex verbis ipsius Aristotelis ab eo dicatur apertius, ac perfectius membrum definisse. quàmuis enim magnus fuerit hic rhetor, non arbitror in natura huius rei euoluenda plus ipsum valuisse. nam cum ita definierit: verba enim seruato eorum ordine exprimam. Membrum est siue simplex periodus, siue compositæ periodi pars. quomodo autem apte dilucideq; dici potest membrum esse periodum simplicem, cum vt illa conficiatur periodus, necesse sit habeat longitudinem, & flexionem in extremo. non enim omne membrum est comprehensio, sed illud tantum quod his rebus ornatum est. nam quod compositam vocauit, non oportebat hoc adiungere vt ab altera separaret: huiuscemodi enim est vera periodus: illa autem simpliciter periodus non appellatur. Quis verò hic fuerit Archedemus nunc minime constat: arbitror tamen significari illum, cuius iterum mentionem fecit Quintilianus in tertio libro, vbi de statibus causarum subtiliter disserit.

Τί μὲν οὖν ἁπλῆ περίοδος, εἴρηται: συνθέτου δὲ φήσας αὐτὸ περιόδου μέρος, οὐ δυσὶ κώλοις τὴν περίοδον ὁρίζειν ἔοικεν, ἀλλὰ καὶ τρισὶ καὶ πλείοσιν. ἡμεῖς δὲ μέτρον μὲν περιόδου ἐκτεθέμεθα. νῦν δὲ περὶ τῶν χαρακτήρων τῆς ἑρμηνείας λέγωμεν.

Quid igitur simplex periodus, dictum est: compositæ autem cum dixerit ipsam periodi partem, non duobus membris periodum definire videtur, sed & tribus & pluribus. nos autem mensuram quidem periodi exposuimus. nunc autem de notis locutionis dicamus.

Demetrius nunc vt auctoritate Archedemi comprobet sententiam suam contra id quod videtur sensisse Aristoteles, explicat definitionem ipsius, atque eius partes diligenter perpendit: primo tamen declarat non oportere tradi quid sit simplex periodus, cum à se antea id demonstratum sit. verum inquit cum affirmarit Archedemus membrum esse compositæ periodi partem, non duobus tantum membris videtur ipsam definire, sed tribus etiam, ac pluribus. vnde ansam arripit eum reprehendendi, quod iustum illum legitimumque numerum putarit periodum excedere. cum enim pluribus dixerit, existimari potest non clausisse ipsum comprehensionem intra quattuor membra. Quare sibi laudi dat, quod debitam ipsius mensuram indicarit. vt enim commendauit eum rhetorem, quod plura duobus membra periodo adfixerit, ita insimulat eundem, quod terminum nullum, finemque ipsis adposuit. His autem quasi quæstionibus quibusdam explicatis: retractataque re multo prius declarata, tempus venisse ostendit, vt de notis, formulisq; orationis præcipiat.

Εἰσὶ δὲ τέσσαρες οἱ ἁπλοῖ χαρακτῆρες, ἰσχνός, μεγαλοπρεπής, γλαφυρός, δεινός. καὶ λοιπὸν οἱ ἐκ τούτων μιγνύμενοι. μίγνυνται δέ, οὐ πᾶς παντί, ἀλλ' ὁ γλαφυρὸς μὲν, καὶ τῷ ἰσχνῷ καὶ τῷ μεγαλοπρεπεῖ. καὶ ὁ δεινὸς δὲ ὁμοίως ἀμφοτέροις. μόνος δὲ ὁ μεγαλοπρεπὴς τῷ ἰσχνῷ οὐ μίγνυται. ἀλλ' ὥσπερ ἀφίστατον καὶ ἀντίκεισθον. ἐναντιωτάτω δέ. ὃ δὴ καὶ μόνους δύο χαρακτῆρας τινὲς ἀξιοῦσιν εἶναι τούτους: τοὺς δὲ λοιποὺς δύο μεταξὺ τούτων. τὸν μὲν γλαφυρὸν τῷ ἰσχνῷ προσνέμοντες μᾶλλον: τῷ δὲ μεγαλοπρεπεῖ τὸν δεινόν. ὡς τοῦ γλαφυροῦ μὲν μικρότητά τινα καὶ κομψείαν ἔχοντος: τοῦ δεινοῦ δέ, ὄγκον καὶ μέγεθος.

Sunt autem quattuor simplices notæ tenuis, magnifica, ornata, grauis: et quod reliquum est, quæ ex his miscentur. miscentur autem, non omnis cum omni, sed ornata quidem, & cum tenui & cum magnifica. & grauis eodem pacto cum ambabus. sola autem magnifica cum tenui non miscetur. sed tanquam aduersantur sibi ipsis, et è regione positæ sunt. maxime utiq; contrariæ. qua de causa solas duas notas quidam esse has volunt: reliquas autem duas in medio harum. ornatam quidem tenui tribuentes magis: magnificæ autem grauem. tanquam ornata in se habeat exilitatem quandam & elegantiam: grauis uero, molem & magnitudinem.

Vocatas esse χαρακτῆρας notas, quæ in lateribus armentorum candente ferro inuruntur, exploratum est. vnde Virgilius in libro de re pecuaria cecinit, hoc ipsum significare volens. Continuoque notas, & nomina gentis inurunt. ab eoq; more homines aut melioris aut deterioris notæ esse dicuntur. Translato igitur inde verbo, χαρακτῆρες vocatę sunt etiam, quibus genera dicendi distinguuntur, notæ ac formę: vt Cicero ipsas appellare consueuit, Græcum verbum exprimens: Aristophanes quoque χαρακτῆρα modum quendam loquendi proprium Atticorum: quique in ore esset omnibus, eodem pacto nominauit: cùm enim exposuisset quibus verbis Lacedæmo-

nios, petentes pacem, Athenienses cum irrisione reiicerent, addidit. ὁ γὰρ χαρακτὴρ ἀμαθής ἐστι τῶν πραγμάτων. Cum autem quattuor formas has simplices velit esse Demetrius: refellatque diligenter eos, qui duas tantum ex illis, maxime contrarias, esse arbitrabantur, Cicero quoque in numero ipsarum ab ipso dissensit, qui tres tantum esse voluit. Sed Greci quoque magistri, qui tempore consecuti sunt, numerum hunc probauerunt: cum Marcellinus etiam, qui vitam Thucydidis scripsit, & de specie sermonis ipsius copiose disputauit, tres faciat: his verbis vtens. τριῶν δ' ὄντων χαρακτήρων φραστικῶν, ὑψηλοῦ, ἰσχνοῦ, μέσου, παρεὶς τοὺς ἄλλους, ἐζήλωσε τὸν ὑψηλὸν & quæ sequuntur. relicta igitur varietate hac opinionum, quam tamen indicasse non inutile fuit, sententias huius auctoris verbaque interpretemur. Quattuor autem inquit, sunt simplices notæ, quas statim nominat, initium ducens à subtili: ita enim Cicero videtur appellasse ἰσχνὸν χαρακτῆρα. deinde contrariam ipsius ponit. amplam inquam ac magnificam, & postea ornatam & pictam. quartam vero vehementem, & acrem. Cum autem hæ formæ puræ sint, restare adhuc dicit illas, quæ è superioribus temperentur. nam miscentur illæ inter se, non tamen omnes, sed nota florens, & ornata: (ita enim nunc appellemus, quam ipse γλαφυρὸν χαρακτῆρα vocat) & cum exili, & cum ampla permiscetur: eodem pacto vehemens atque ardens cum ambabus. idest tenui ac magnifica. Sola autem hæc, siue amplam, siue magnificam, siue grauem, ipsam appellare volumus, non miscetur cum tenui subtilique, sed hæ tanquam aduersantur inter se ac repugnant, totaq; regione oppositæ sunt, cum sint maximè contrariæ. qua de causa inquit solas duas extare formas has quidam arbitrantur. qui non æquum esse censent vocare formas, quæ confunduntur, nec naturam suam firmam retinent. Iidem autem, quamuis hoc perpetuum non esse concedant: faterentur enim si ex ipsis quæsitum esset, medias illas, & interiectas inter extremas cum ambobus coniungi ac permisceri, tamen potius tribuunt, & assignant ornatam formam, & excultam exili, ac tenui: vehementem vero atque acrem (intelligo autem δεινὸν χαρακτῆρα) amplæ formæ. Quam etiam rationem illi secuti, ita crediderint, exponit accuratè Phalereus dicens. tanquam ornata forma elegansque exiguitatem quandam concinnitatemque in se habeat: vehemens verò molem ac grauditatem.

Γελοῖος δ' ὁ τοιοῦτος λόγος: ὁρῶμεν γὰρ πλὴν τῶν εἰρημένων χαρακτήρων ἐναντίων, πάντας μιγνυμένους πᾶσιν, οἷον τὰ ὁμήρου τε ἔπη, καὶ τοὺς πλάτωνος λόγους καὶ ξενοφῶντος, καὶ ἡροδότου, καὶ ἄλλων πολλῶν, πολλὴν μὲν μεγαλοπρέπειαν καταμεμιγμένην ἔχοντας, πολλὴν δὲ δεινότητά τε καὶ χάριν. ὥστε τὸ μὲν πλῆθος τῶν χαρακτήρων, τοσοῦτον ἂν εἴη, ὅσον λέλεκται. ἑρμηνεία δ' ἑκάστῳ πρέπουσα, γένοιτ' ἂν τοιάδε τις

Ridicula autem hæc ratio est: videmus enim præter dictas notas contrarias, omnes misceri cum omnibus. ceu Homeri carmina, & Platonis orationem, & Xenophontis, & Herodoti, & aliorum multorum, multam quidem magnificentiam permixtam habentem, multamq; grauitatem & venustatem. quapropter multitudo notarum, tanta sit, quanta dicta est. locutio autem, vnicuique conueniens, sit huiuscemodi quædam.

Non improbat solum eorum indicium, sed contemnit etiam Demetrius; falsumque ac ridiculum esse argumentum illud affirmat. ab re ipsa, quæ manifesto tenetur longe aliter se habere: euidentiaque, ipsos confutans. Argumenta nanque huiuscemodi ἀπὸ τῆς ἐναργείας à Græcis interpretibus Aristotelis, Simplicio. Philopono, ceterisque appellantur. cum scilicet summus philosophus, quod multis locis facit, in-

quit. videmus aut apparet. Videmus igitur ait Demetrius exceptis tantum formis à nobis traditis maxime contrariis, omnes passim cum omnibus permisceri. veluti inquit Homeri carmina (ita autem apposite opus illud Heroicum vocauit) nec non Platonis sermones: eruditasque illas disputationes, vt scripta quoque Xenophontis, & Herodoti, atque aliorum multorum, habere in se amplitudinem multam: simulq; grauitatem, & venustatem temperatam. vnde perspicitur eos deceptos: neque proprias esse suasque medias notas earum formarum, quas ipsi dixerunt. Hoc exposito: iudicioque suo confirmato, addit. concludens hanc disputationem. Quare numerus formarum, quem diximus, stat: ratusq; haberi debet. quę verò oratio singulis notis, formisq; conueniat, nunc à nobis ostendetur. Quę igitur de natura quattuor harum formarum hic traduntur, sunt sanè plana: nec scrupulum vllum magnum in se habent: cum tamen multo infra, vbi pręcipit de forma, quę δεινὸς vocatur, sit locus, qui videtur huic valde repugnare, oportere putaui iam nunc me difficultatem hanc aperire: illic enim non tantum hę duæ formæ, idest ampla & tenuis tota regione inter se pugnare videntur dici, verum etiam maxime contraria esse pręedicatur elegans forma vehementi, & acri. Quomodo autem hic nodus dissolui posit, ne diligentissimus, eruditissimusque scriptor sibi ipsi aduersari existimetur, cum ad eum locum peruenero, demonstrare conabor.

Ἄρξομαι δὲ ἀπὸ τοῦ μεγαλοπρεποῦς, ὅνπερ νῦν λόγιον ὀνομάζουσιν. ἐν τρισὶ δὴ τὸ μεγαλοπρεπὲς, διανοίᾳ, λέξει, τῷ συγκεῖσθαι προσφόρως. σύνθεσις δὲ μεγαλοπρεπὴς, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης, ἡ παιωνική. παίωνος δὲ εἴδη δύο. τὸ μὲν προκαταρκτικὸν, οὗ ἄρχει μὲν μακρὰ, λήγουσι δὲ τρεῖς βραχεῖαι. οἷον τὸ τοιόνδε. Ἤρξατο δέ. τὸ δὲ καταληκτικὸν, θάτερον ἀντίστροφον, οὗ τρεῖς μὲν βραχεῖαι ἄρχουσι: λήγει δὲ μία μακρά. ὥσπερ τὰ ἀράβεια.

Incipiam autem à magnifica, quam quidem nunc nominant λόγιον χαρακτῆρα. in tribus autem manet. quod magnificum est. sententia, locutione, constructione verborum apta. compositio autem magnifica, vt inquit Aristoteles, est quæ constat è pæanibus. Pæanis autem species duæ. congruens principijs, cuius initium est syllaba longa: tres verò breues terminant, vt huiuscemodi. ἤρξατο δέ. clausulæ accommodata, quæ alteri opposita est, cuius initium sunt tres breues: terminat autem vna longa. vt ἀράβεια.

Cicero suarum trium notarum explicandarum initium ducit à subtili forma: tertiam autem & vltimam facit, quam vocat amplam, copiosam, grauem, ornatam; his enim omnibus verbis vtitur in ea significanda: respondet autem illa huic, quæ μεγαλοπρεπὴς dicitur à Demetrio: primaque ab ipso declaratur. inquit enim. Ordiar autem à magnifica. quam quidem nunc vocant λόγιον. quibus verbis ostendit nouum id verbum esse, ac sui temporis rhetoras ita ipsam appellare cœpisse. neque tamen vnquam memini me incidisse in hoc verbum, hoc sensu vsurpatum, aut apud Halicarnasseum, aut apud Hermogenem: alium ve vllum veterem magistrum huius artis. Cum autem valeat λόγιος disertus & eruditus homo: quique elegantem doctrinam habeat, fortasse λόγιος χαρακτὴρ vocata est forma hęc dicendi, quia in consuetudine esset disertorum virorum. Est præterea diligenter videndum, cum vocet notam quandam dicendi μεγαλοπρεπῆ; videri hunc nostrum magistrum dissentire ab Aristotele, qui nullo modo voluit hoc nomine recte appellari posse huiuscemodi res. cum tamen constet ipsum fluxisse ab eius disciplina: Theophrastique auditorem fuisse. In tertio enim libro de arte dicendi summus ille doctor accusat quosdam rhetoras, qui

 tradiderant,

tradiderant, cum præciperent de ornatu, virtuteque orationis, oportere illam esse suauem ac magnificam: & irridet præceptum magnificentiæ: ostendens, si hoc tribuendum est orationi, se non videre cur non eadem & temperans, & liberalis dici debeat: & omnibus denique iis nominibus ornari, quę propria sint virtutum, in vita ac moribus positarum: nam non necesse etiam esse seorsum præcipere, vt suauis ipsa & iucunda sit, docuit. Sed hoc relicto sine dubio eo loco falso sentire putat illos, qui existimarent opus esse, vt oratio summa cura magnifica efficeretur. & sanè si magnifica aut oratio aut forma dicendi aliqua diceretur, eodem omnino sensu, quo natura hominis, indolesque magnifica vocatur, prorsus illud insulsum esset, ac dignum, quod ab omnibus contemneretur: contra autem ob similitudinem, quæ inter has res est, vocare notam dicendi magnificam & locutionem etiam, quæ speciem aliquam eius virtutis retineat, non omnino inane est: videmus enim graues auctores ita locutos fuisse. Aristoteles autem illic studio aduersandi rhetoribus suæ ętatis, quos semper exagitat: & fortasse Isocrati, cui in primis infensus erat, vt testimoniis & Græcorum, & Latinorum scriptorum compertum est, nactus occasionem eam illos irridendi, ipsam arripuit: & in vocabulo ipso, quod parum aptè vsurparunt, reprehendit. Sequitur autem, in tribus rebus positam esse amplitudinem orationis. in sententia, in verbis, in compositione verborum ipsorum apta. commune autem hoc est ei cum reliquis tribus formis probatis: nec non deprauationibus etiam ipsarum, notisque damnatis: cunctæ enim habent suas virtutes, labesque in iisdem tribus rebus positas. Incipit autem notam amplam explicare à constructione verborum ipsi accommodata: refertque se primum ad auctoritatem Aristotelis, hoc pacto. Compositio ampla, vt censet Aristoteles, est pæonica: pæonum autem duæ sunt species, quarum altera est procatarctica, id est conueniens principiis sententiarum: est autem, quæ incipit à longa, quam tres breues consequuntur: altera verò catalectica, clausulis congruens: quę superiori opposita est, & à breuibus deinceps tribus oritur, extrema producta. Exemplis explanare contrarios hos inter se pæonas volens, superioris certum testimonium posuit: inferioris verò non satis nunc apertum indicium: inquit enim, οἷον τὰ ἀράβια: suspicor enim cantus quosdam ipsum intelligere, sua ætate valde notos, in quibus hic pes frequens esset. nam & tibia Arabia & Arabius tibicen: & chorus etiam Arabius celebratus est à Græcis comicis. quorum auctoritates citantur à veteribus grammaticis. Cicero, qui in III. libro de oratore locum illum Aristotelis expressit, priorem pæonem his Latinis verbis indicauit. Desinite: Incipite: Comprimite: posteriorem verò his, Domuerant, Sonipedes.

Δεῖ δὲ ἐν τοῖς κώλοις τοῦ μεγαλοπρεποῦς λόγου, τὸν προκαταρκτικὸν μὲν παίωνα ἄρχειν τῶν κώλων: τὸν καταληκτικὸν δὲ ἕπεσθαι. παράδειγμα δ' αὐτῶν τὸ Θουκυδίδειον τόδε. Ἤρξατο δὲ τὸ κακὸν ἐξ αἰθιοπίας. τί ποτ' οὖν ἀριστοτέλης οὕτω διετάξατο. ὅτι δεῖ καὶ τὴν ἐμβολὴν τοῦ κώλου καὶ ἀρχὴν μεγαλοπρεπῆ εὐθὺς εἶναι καὶ τέλος. τοῦτο δ' ἔσται, ἐὰν ἀπὸ μακρᾶς ἀρχώμεθα, καὶ εἰς μακρὰν λήγωμεν: φύσει γὰρ μεγαλεῖον ἡ μακρά, καὶ προλεγομένη τε πλήσσει εὐθύς: καὶ ἀπολήγουσα ἐν μεγάλῳ τινὶ καταλείπει τὸν ἀκούοντα. πάντες γοῦν ἰδίως τῶν τε πρώτων μνημονεύομεν καὶ τῶν ὑστάτων: καὶ ὑπὸ τούτων κινούμεθα. ὑπὸ δὲ τῶν μεταξὺ, ἔλαττον, ὥσπερ ἐγκρυπτομένων, ἢ ἐναφανιζομένων.

Oportet autem in membris magnificæ orationis, procatarcticum pæonem initium esse membrorum: catalecticum autem in extremo poni. exemplum ipsorum est Thucydidium hoc. ἤρξατο δὲ τὸ κακὸν ἐξ αἰθιοπίας. *Qua igitur potissimum de causa Aristoteles sic præcepit? quia oportet & frontem membri, & principium magnificum statim esse & finem: hoc autem erit, si à*

longa

longa inceperimus, & in longam desierimus: natura enim amplum longa syllaba; & initio edita ferit statim: & claudens, in magno quodam relinquit auditorem. omnes igitur proprie primorum & postremorum recordamur: & ab his mouemur. ab his autem, quæ in medio sunt, minus, tanquam coopertis, aut deletis.

Ostendit nuuc vbi pedes hi, tantopere summo philosophó probati, collocandi sint: & quasi docet vnde id nomen impositum ipsis sit, his verbis. Oportet autem in membris magnificæ orationis atq; amplæ pæanem, vocatum procatarcticum, principium esse membrorum ac primas partes occupare: catalecticum vero in extremo membro poni. profert autem exemplum ipsorum Thucydidis locum è secundo libro historię, vbi commemorat quibus in terris ortum habuerit atrox illa pestilentia, quæ inuasit Athenas: in eo enim id seruatum est, quod dixit. aliter tamen apud auctorem legitur, id est ἀρξατο δὲ τὸ μὲν πρῶτον, ὡς λέγεται ἐξ αἰθιοπίας. sed illic quoque, quamuis immutatio parua facta sit, exemplum suo loco manet. Quærit autem post Phalereus, rei illustrandæ patefaciendęque causa, cur ille philosophus ita præceperit: respondetque, quia frontem membri, atque initium ipsum, amplitudinem in se habere statim oportet: nec non etiam finem: quod fiet inquit, si à producta syllaba inceperimus, & in productam longamque desierimus. Rationem vero eius reddens, ait, Habet enim natura longa syllaba amplum quiddam ac grande: initioque orationis posita ilico ferit aures: eademq; in extremo collocata, terminansque sententiam, in amplo quodam sono relinquit auditorem. Eodem pacto sensit de extremo Cicero, quod aures semper expectare affirmauit: in eoque acquiescere, quare non putauit ipsum vllo modo numero carere debere. Quod autem πλευρὰν inquit, videtur respondere superiori verbo, ἐμβολή: ita enim vocabatur frons arietis, qua bellica machina quatiebant muros. cum rostra etiam nauium eadem de causa illo verbo appellarentur: quamuis Cicero quoq; in oratore vsus sit Latino verbo, quo superius Græcum expressimus de oratione loquens: hęc enim eius verba sunt. Nec vllum genus est dicendi aut melius, aut fortius, binis aut ternis ferire verbis. Cum autem primas tantum partes, atque extremas membrorum numero illo muniendas esse docuisset, secutus iudicium optimi auctoris: medias autem reliquisset, affert nunc causam cur in illis maxime numeri tenendi sint. hoc pacto. Vniuersi nos proprietate quadam naturę primorum recordamur ac postremorum: & ab his impellimur, ac monemur: ab his vero, quæ interiecta sunt, minus, quia illa tanquam operiuntur vt non appareant, vel delentur atque extinguntur.

Δῆλον δὲ τοῦτο ἐν τοῖς θουκυδίδου: σχεδὸν γὰρ ὅλως τὸ μεγαλοπρεπὲς ἐν πᾶσιν αὐτῷ ποιεῖ ἡ τοῦ ῥυθμοῦ μακρότης: καὶ κινδυνεύει τῷ ἀνδρὶ τούτῳ παντοδαποῦ ὄντος τοῦ μεγαλοπρεποῦς, αὕτη ἡ σύνθεσις μόνη: ἢ καὶ μάλιστα, περιποιεῖν τὸ μέγιστον.

Apertum autem hoc in scriptis Thucydidis: ferme enim omnino magnificum in omnibus ipsi facit numeri longitudo: & propè dici potest, cum huic viro vbique sit magnificum quiddam, compositionem hanc solam: aut præter cetera, gignere quod maximum apud eum est.

Perspici verum esse, quod dixerat: pæanas inquam, illos efficere amplitudinem: syllabasq; longas, in primis & postremis membrorum partibus collocatas, haberę eam vim, affirmat ex scriptis Thucydidis: cum enim amplus, & grauis ille in primis sit, fermè granditatem illam in omnibus apud eum gignit numeri longitudo, ac produ-

ctio. Idem autem asseuerans: vel potius amplificans superiorem sententiam, Demetrius inquit. cumque in omni sui parte amplitudinem hic scriptor habeat, propemodum tamen hęc compositio sola acquirit ipsi excelsum illud atque altum: aut si non sola, præter ceteras omnes res, quæ quicquam ad hoc præstandum apud ipsum valent. Ἢ καὶ μάλιστα vero inquit, leuiter corrigens, quod proxime dixerat: metuit enim ne nimis rem auxisse crederetur, cum constet Thucydidem aliis etiam rationibus idem moliri: ac consequi, quam toto animo cupiebat, amplitudinem illam suam. Esse autem hoc genus quoddam emendationis planum est: qua etiam crebro vtitur Aristoteles, vt in VIII. libro de moribus ad Nicomachum propinquo in loco iterum. cum enim dicere incepisset cunctos homines velle res honestas: sumere autem postea vtiles ac fructuosas, ne existimaretur nimis male sentire de mortalium genere, cum probi viri aliter faciant, antequam sententiam illam absoluisset, eam correxit hoc pacto. διὰ τὸ βούλεσθαι μὲν πάντας ἢ τοὺς πλείους τὰ καλά: προαιρεῖσθαι δὲ τὰ ὠφέλιμα: Eandem vim habet illud in extremo eo libro, quo loco docet ratione factum esse, quod non licet liberis repudiare patrem: vt pater legibus potest abdicare filium. inquit enim: valde periculosum id esse ostendere volens, libenter filium, si improbus fuerit, liberaturum se esse illo onere alendi patrem, quia id sit ipsi ἀπευκτόν. quod statim corrigens, ait. ἢ οὐ σπουδαστέον. Est autem Thucydides magnificus, (vt ad nostrum hunc redeamus) & propter res ipsas, quas narrat: & quia selegit verba grandia ac penè poëtica, & omni demum alia ratione vsus est, qua dignitas orationi comparatur.

Δεῖ μέντοι λογίζεσθαι, ὅτι κἂν μὴ ἀκριβῶς δυνάμεθα τοῖς κώλοις περιτιθέναι τοὺς παίωνας, ἔνθεν καὶ ἔνθεν ἀμφοτέρους, παιωνικήν γε πάντως ποιησόμεθα τὴν σύνθεσιν. οἷον, ἐκ μακρῶν ἀρχόμενοι, καὶ εἰς μακρὰς καταλήγοντες: τοῦτο γὰρ καὶ ἀριστοτέλης παραγγέλλειν ἔοικεν: ἄλλως δὲ οὐ διττὸν τοῦ παίωνος τετεχνολογηκέναι ἀκριβείας ἕνεκα. διόπερ θεόφραστος παράδειγμα ἐκτέθειται μεγαλοπρεπείας τὸ τοιοῦτον κῶλον. Τῶν μὲν περὶ τὰ μηδενὸς ἄξια φιλοσοφούντων: οὐ γὰρ ἐκ παιώνων ἀκριβῶς, ἀλλὰ παιωνικόν τί ἐστι. παραλαβῶμεν τοι τὸν παίωνα εἰς τοὺς λόγους, ἐπειδὴ μικτός τις ἐστὶ καὶ ἀσφαλέστερος: τὸ μεγαλοπρεπὲς μὲν, ἐκ τῆς μακρᾶς λαμβάνων: τὸ λογικὸν δὲ, ἐκ τῶν βραχειῶν.

Oportet sane cogitare, quod si non exquisite ualemus membris adponere paonas, vtrinque ambos, paonicam tamen omnino faciemus compositionem. ceu, à longis incipientes, & in longas desinentes: hoc enim & Aristoteles præcipere uidetur: qui tamen duplex illud genus pæonis in arte tradidit, vt esset in ea re exquisitus. Quapropter Theophrastus exemplum posuit magnificentiæ in oratione hoc membrum. τῶν μὲν περὶ τὰ μηδενὸς ἄξια φιλοσοφούντων. *non enim è pæonibus exquisite constat, sed pæonicum quiddam est. Recipiamus igitur pæonem in orationem, quia mixtus quidam est & tutior: quod magnificum in ipso est, à longa sumens: aptum vero illud orationi, à breuibus.*

Cum celebrarit magnopere orationem, quæ numeros illos suo loco positos habeat, ostendit nunc non oportere oratorem ita solicitum esse de hac re, vt putet non licere sibi aliquando hęc vincula laxare: datur enim venia ipsis, si non potuerunt exquisitè ex vtraque membrorum parte constituere pęanas, dummodo studeant compositionem

positionem hanc adumbrare, & proximè accedant ad pæanas: hoc enim omnino faciendum est, si volunt retinere amplitudinem. Quomodo autem id obtineri possit, docet hoc pacto. ceu à longis syllabis incipientes, & in longas itidem desinentes. nititur autem probare hoc etiam Aristotelem sensisse, quamuis aliud præcepisse videatur. non enim duplicem illum pæanem laudauit, vt perpetuo custodiretur, sed in ratione artis tradenda, quod exquisitum, ac perfectum esset, ponere debuit. Huius etiam iudicii fuisse declarat eruditissimum, ac politissimum philosophum Theophrastum, qui quum exemplum proferre vellet amplæ orationis, vsus est membro, quod à duobus productis, consequentibus tribus deinceps correptis, incipit: ac terminatur in duobus itidem longis, quas tres breues antecedunt. addit autem Demetrius statim, explicans illud. Non enim è pæanibus exquisitè constat, sed retinet multum eorum numerorum, ac pæonicam formam habet. Quare inquit recipiamus in orationem hunc pedem. nam temperatus quidam pes est ac mixtus: & ab omni lapsu tutus atque alienus. Vnde autem ille sit mixtus declarat, adiungens. amplitudinem ipsum habere à producta syllaba: quod verò aptus sit orationi, à breuibus: breuitate enim, & celeritate syllabarum labitur oratio procliuius. Finxerit ne vero politissimus philosopus membrum, quod laudat, an ab aliquo scriptore acceperit, non constat: sententia eorum verborum aperta est: insimulat enim eos, qui in leuibus rebus operam, studiumque omne suum consumunt.

Οἱ δ' ἄλλοι· ὁ μὲν ἡρῷος, σεμνὸς καὶ οὐ λογικός, ἀλλ' ἠχώδης· οὐδὲ ἔρρυθμος, ἀλλ' ἄρρυθμος. ὥσπερ ὁ τοιόσδε, Ἥκειν ἡμῶν εἰς τὴν χώραν· ἡ γὰρ πυκνότης τῶν μακρῶν ὑπερπίπτει τοῦ λογικοῦ μέτρου.

Alij vero: herous quidem, grandis & non accommodatus orationi, sed sonorus: neque numerosus, sed extra numerum. quemadmodum hic Ἥκειν ἡμῶν εἰς τὴν χώραν: *crebritas enim longarum syllabarum cadit extra mensuram orationis.*

Postquam docuit quomodo accipienda esset de duobus oppositis inter se generibus pæanis, sententia Aristotelis: iudiciumque suum auctoritate Theophrasti confirmauit, ad alios pedes transit, qui & ipsi cadunt in orationem. quemadmodum autem amborum pęanum, suis in sedibus collocatorum, laudes bonaque explanarat, ita nunc incommoda vitiaque reliquorum declarat. primum autem, quem heroum vocat, examinat: vimque illius ac potestatem tradit. Antequam tamen ea, quæ ipsi tribuat, expendam, videndum est quem intelligat eo nomine. quamuis alias de omni hoc loco in commentariis in libros Aristotelis de arte dicendi disputauerim. ipse sane Demetrius videtur ita vocasse spondeum, vt exemplum quod infra ponit, declarat, constans ex quattuor spondeis: & præterea verba, quibus ipsius exempli vim interpretatur. mirum autem est, si nullam dactyli mentionem fecit, qui & ipse frequens est in hexametro versu: indeque vere illo modo vocari potest. nam Cicero prę ter spondeum, & dactylum, anapæstum quoque heroi nomine significari putauit: & Quintilianus, locum Aristotelis, vnde hic expressus est, propositum habens, manifesto dactylum accepit: hęc enim eius verba sunt è nono libro. Et herous, qui est idem dactylus. Cogitandum igitur, an breuitatis causa Phalereus non protulerit exemplum, quo declararit eadem de causa non conuenire huic orationi dactylum, quod nimis amplus, ac grandis ille sit: &, vt exemplum non posuerit, ita etiam cur relinquendus sit non indicarit. nam omittit etiam trocheum: qui ab Aristotele examinatus diligenter atque improbatus est. damnauit enim illum vt nimis celerem ac potius certæ cuidam saltationi, teneræ ac molli, aptum, quàm graui orationi. Quin vero ea, quę assignat heroo Demetrius, spondeo non quadrent, dubitare non pos-

 sumus,

sumus: de dactylo, anapæstoue existimabit quisq; vt vult. Primum igitur dicit eum esse σεμνὸν idest plenum dignitatis: &, vt Ciceronis verbis vtamur, grandiorem quàm desideret soluta oratio. est enim diligenter ostendendum, an his verbis ille expresserit tantum superius verbum Græcum, siue respexerit etiam ad id quod apud Aristotelem sequitur, si particula negandi, quæ desiderari videtur, illic restituatur, nam si grandem simpliciter reddidisset, non poterat intelligi parum aptus orationi solutę, præsertim amplę: habet enim grandis pes ibi locum: illo autem modo significauit eum non solum grandem, sed magis etiam grandem, quam ferat oratio soluta: aliis tamen locis videtur Cicero, grandem cum dixerit, interpretari hoc verbum Græcum voluisse. quamuis amplitudinem Græci verbi, ac maiestatem Latinum illud omnino non exprimat. in Bruto enim dicens. Fuit enim Sulpicius vel maximè omnium: quos quidem ego audiuerim grandis: &, vt ita dicam, tragicus orator. Aristoteles autem, vt ipse, duo illa Latina, ita Græca coniunxit, cum initio secundi libri de rebus supernis ait. Τραγικώτερον γὰρ οὕτω καὶ σεμνότερον ὑπέλαβον ὥσπερ τὸ λεγόμενον: loquebatur autem de priscis theologis, qui maris etiam fontes quosdam esse tradiderant. Salustius verò, cum ait in concione C. Memmii. sed incedunt per ora vestra magnifice, videtur & ipse σεμνῶς interpretari voluisse: Gręci enim optimi auctores in ea re ostendenda, & quasi pompa significanda, eo vtuntur. vt Demosthenes de falsa legatione Æschinem ipsum de suggestu, vnde verba fecisset, descendentem irridens: ait enim. εὐδοκιμῶν δ' ἐπὶ τούτοις εἰκότως, καὶ δοκῶν καὶ ἑαυτῷ ῥήτωρ ἄριστος εἶναι καὶ σφόδρα σεμνὸς, κατέβη μάλα σεμνῶς: quem locum Cicero in epistola quadam ad Atticum imitatus est, ita de M. Bruto loquens. Noster verò καὶ μάλα σεμνὸς, in Asiam. Arbitror præterea Lucretium, cum inquit. Magna atque immanis, καταπλήξις: plenaque honoris. extremis his verbis interpretatum fuisse σεμνὴ: cum enim deorum corpora grandiora esse vulgo putarentur, amatores vitium amorum deliciarumque suarum tegere volentes: vel potius in laudem connertere, mulierem, quę vasto corpore & immani esset: indeque meritò displiceret, vocabant καταπλήξιν & σεμνὴν. priore verbo, quia illa tanquam dea visa perturbaret & statu mentis moueret: posteriore, quia dignitatem plurimam in se contineret. nam superiore illo ornari solitas aliquando feminas intelligitur testimonio Machonis comici: cuius cum plures versus de Mania meretrice apud Athenæum legantur, in aliis hic est. εὐπρόσωπος δ' οὖσα καὶ καταπληκτικὰ. Existimare igitur possumus nullum certum verbum Romanos habuisse par Græco: cum enim pluribus vtantur, nullum eorum penitus idem declarat, quod σεμνὸς. sed tamen vis ipsius satis hac disputatione percipi potest. Dicens verò Demetrius heroum pedem non esse λογικὸν, manifesto significauit non esse ipsum aptum prosæ orationi, quæ λόγος vocatur. vt paulo supra idem verbum vsurpatat. contra verò affirmans eum esse ἠχώδη, intellexit vt opinor, sonorum. vt infra vocans compositionem ἠχώδη, in qua temerè vocales literæ concurrerent, id verbum accepit: illic enim manifesto ex hiatu illo, concursuq; vocalium efficitur grandior sonus. Cum autem sequatur. οὐδὲ ἔῤῥυθμος, ἀλλ' ἄῤῥυθμος: seiungit enim ab heroo vim nononemque prioris verbi: posterioris vero illi astruit, videndum est accurate quid valeant hæc verba. ἔῤῥυθμον igitur pedem hunc esse negat, vt oratio quoq; ἔῤῥυθμος diceretur, quia non habet numerum orationi solutæ aptum: contraque ἄῤῥυθμον esse affirmat, idest extra numerum, spoliatumque ipso numero. arbitror enim ἄῤῥυθμον legendum, non εὔρυθμον. vt in omnibus tamen antiquis libris legitur. in hanc autem opinionem veni, quia ita iunctum id nomen ostendit vitium, quod hærere huic pedi ipse tradit. Aristoteles præterea ita vocauit orationem, quæ contraria est illius, quam laudat. non video etiam quam vim eo loco habere possit littera, quæ orbat nomina sua notione bis illic adplicata. Sed magni in primis apud me momenti est eadem pæne sententia infra, vbi disserit, de frigore orationis, quod à constructione verborum oritur, repetita, quo loco hoc pacto legitur, posito etiam eodem exemplo: inquit enim, σύνθεσις δὲ ψυχρὰ ἡ μὴ ἔῤῥυθμος ἀλλ' ἄῤῥυθμος οὖσα, καὶ διὰ πάντων μακρὸν ἔχουσα. Cum autem aliquando dubitarim an pro ἔῤῥυθμον ἄῤῥυθμον legi debeat, omne discrimen in eo stat, quomodo hæc verba accipiuntur: si enim ἄῤῥυθμον Demetrius ita accepit, vt Dionysius Halicarnasseus, manifestò hic ἄῤῥυθμον

θμος legere oporteret: est nanq; illi ἔρρυθμος oratio, quę certos ac definitos habet numeros vt versus. sin vero ἔρρυθμος valet, qui suauem numerum habet, vt oratio ἔρρυθμος vocaretur, quæ sit astricta numeris, quemadmodum Cicero locutus est in Oratore suo, cum inquit. Perspicuum est igitur numeris astrictam orationem esse debere: carere versibus, necesse non foret lectionem immutare. Diuisio sanè illa Dionysii, vtilis est, ac valde rem explanat. videtur autem Cicero rationem illam secutus, cum eodem in libro ait. Multum interest vtrum numerosa sit, idest similis numerorum: an plane è numeris constet oratio: alterum si fit, intolerabile vitium est: alterum nisi fit, dissipata & inculta & fluens est oratio. vt similem numerorum, intellexerit εὔρυθμον: è numeris vero planè constare dicens, ἔρρυθμον. nisi existimare volumus posterioribus verbis expressisse Ciceronem ἔμμετρον: ita enim appellat ipsam Aristoteles. cui itidem tres sunt orationis differentiæ. ἔμμετρος, εὔρυθμος, ἄρυθμος. An numerosam orationem tam diligenter diuidens Cicero: & quasi duobus modis capi posse id verbum Latinum docens, vt in superiore loco videtur fecisse, & antequam etiam ad eum locum venisset, eodem in libro his verbis. Quia nec numerosa esse, vt poëma: neque extra numerum, vt sermo vulgi est, debet oratio: hic enim manifesto ἔμμετρον designauit, vidit etiam ἔρρυθμον ambobus illis modis accipi, cui responderet Latina ea vox. Quintilianus εὔρυθμον locutionem vocauit, quam certi pedes, mensuræque numerorum definirent, idest ἔμμετρον. longe aliter quàm Aristoteles illo verbo vtens: hæc enim eius verba sunt, iudicium Ciceronis de hac omni re declarantis. Vt magis non ἄρυθμον, quod esset inscitum atque agreste, quàm εὔρυθμον, quod poëticum est, esse compositionem velit. Aut igitur illic mendum est scripturæ: aut peccauit rhetor ille, qui poëticum esse inquit, quod quadrat etiam mirificè solutæ orationi: cum Aristoteles etiam post eruditam, diligentemque de numeris disputationem, concludens eam dixerit. ὅτι μὲν οὖν εὔρυθμον δεῖ εἶναι τὴν λέξιν καὶ μὴ ἄρυθμον, καὶ τίνες εὔρυθμον ποιοῦσι ῥυθμοί, καὶ πῶς ἔχοντες, εἴρηται. & Isocrates quoque, quamuis εὐρυθμίας in poëmate, versibusque inueniri etiam tradat, eodem illo nomine vtitur de numerosa oratione: hæc enim eius verba sunt è libro, quem scripsit ad Philippum regem. οὐ δὲ τῆς περὶ τὴν λέξιν εὐρυθμίας, καὶ ποικιλίας, κεκοσμήκαμεν αὐτὸν, αὐτός τε νεώτερος ὢν ἐχρώμην, καὶ τοῖς ἄλλοις ὑπέδειξα. Sed Theon quoque sophistes: nisi forte mendum illic subest, vocauit locutionem εὔρυθμον. quæ certos ac definitos numeros haberet: eaque de causa vitio affinis foret: hæc enim verba ipsius sunt, quæ sit mala compositio verborum ostendentis. ἐπιμελητέον δὲ καὶ τῆς συνθέσεως τῶν ὀνομάτων, πάντα ἀποδιδάσκοντας, ἐξ ὧν διαφεύξονται τὸ κακῶς συντιθέναι. καὶ μάλιστα δὲ τὴν ἔμμετρον καὶ εὔρυθμον λέξιν. ὡς τὰ πολλὰ τῶν Ἐφόρου τοῦ ῥήτορος καὶ τῶν ἄλλων καλλωπιζομένων ῥητόρων. Sed etiam Ephorus, cuius Theon exemplum, conuiciens id verbum profert, videtur eodem pacto cepisse id verbum. illud autem hic paulo infra a me alio nomine ponetur. Sed nimis fortasse de hoc disputatum est: pręsertim cum omnis controuersia in nominibus posita videatur. nam res ipsa plana iam, certaque est. Exemplum vnde sumptum sit non apparet. infra vbi de frigore orationis disserit, iterum eo vtitur. post exemplum autem, quod constat ex quattuor spondeis continuatis, vitium ipsius demonstrans Demetrius ait. Densitas enim syllabarum longarum superat modum: caditque extra mensuram illam, quę conuenit orationi solutæ. quibus ex verbis perspicitur vere ipsum dixisse, non esse hunc pedem λογικόν: neque ἔρρυθμον. exemplum autem indicat, ac res ipsa, non intelligere ipsum singulos pedes, sed iteratos, aut continuatos. quod significauit etiam Cicero cum inquit in Oratore. Sed hos cum in clausulis pedes nomino, non loquor de vno pede extremo: adiungo, quod minimum sit, proximum superiorem: sæpe etiam tertium.

Ὁ δὲ ἴαμβος εὐτελής, καὶ τῇ τῶν πολλῶν λέξει ὅμοιος. πολλοὶ γοῦν μέτρα ἰαμβικὰ λαλοῦσιν, οὐκ εἰδότες· ὁ δὲ παίων, ἀμφοῖν μέσος καὶ μέτριος, καὶ ὁποῖος συγκεκραμένος. ἡ μὲν δὴ παιωνικὴ ἐν τοῖς μεγαλοπρεπέσι σύνθεσις, ὧδ᾽ ἄν πως λαμβάνοιτο.

Iambus

Iambus autem humilis, & multorum locutioni similis. multi sane versus iambicos fundunt, non intelligentes: paeon autem, medius amborum et moderatus, & tanquam temperatus. Paeonica igitur compositio in magnificis formis, sic aliquo modo sumeretur.

Venit nunc ad iambum pedem explicandum, heroo pede declarato: siue vnus tantum, siue plures eo nomine pedes intelligendi sint: quem item reiicit: vt nimis humilem & abiectum. cuius etiam vitii insimularat eum antea Aristoteles, dicens iambum esse ipsam locutionem multitudinis. exprimit igitur sententiam illius philosophi Phalereus: eodemque etiam argumento vtitur ad tenuitatem iambi: humilitatemq; demonstrandam. cum enim dixisset eum similem esse orationi imperitorum: ac multitudinis ipsius, signum huius rei esse inquit, quod multi in sermone familiari versus iambicos per imprudentiam edunt. quod Cicero quoque testatus est: cum enim de omni genere versuum, qui exciderent ex ore oratorum non attendentium in dicendo, dissereret, addidit. Senarios vero & Hipponacteos effugere vix possumus: magnam enim partem ex iambis nostra constat oratio. Notat etiam ipse in hanc culpam incidisse aliquando M. Crassum, cum dixit: Missos faciant patronos, ipsi prodeant, adiunxit enim. Nisi interuallo dixisset, Ipsi prodeant, sensisset profecto effugisse senarium. ipse quoque Cicero hoc vitare non potuit, vt à veteribus rhetoribus animaduersum est. Idem autem quod Cicero testatus est, senarios & Hipponacteos vix posse in dicendo effugi, significauit etiam Theon sophistes, cuius supra mentionem feci, in suis progymnasmasi: ignosci enim oportere existimauit oratoribus, si forte aliquando incidunt in eos versus, qui similitudinem magnam habent cum soluta oratione. cuiusmodi inquit, sunt metra iambica. Addidit verò, scriptores omnes inuitos incidere quandoq; in id genus versus. quod verum esse declarare volens, narrat Ephorum, illum Cumanum, auditorem Isocratis, in libro, quem scripsit περὶ λέξεως, cum sedulo interdiceret oratori, ne vteretur numerosa oratione, statim in principio illius praeceptionis effudisse hunc versum. πάλαι δὲ περὶ τῆς ἀρετῆς διήρουν. In quo animaduertendum est: quod ad idem confirmandum valet, idem Ephoro contigisse, quod Cicero narrat eo loco vsu venisse Hieronymo Peripatetico: qui cum nimis accurate: vel maliciose potius, in Isocratem animaduertisset (notauerat autem ille in multis eius libris xxx. fortasse versus) in eadem re, quam alteri obiecit, lapsus est. Hęc autem Ciceronis verba sunt, diligentiam suam in ea re positam exponentis. Sed tamen hic corrector in eo ipso loco, quo reprehendit: vt à me animaduersum est, studiose inquirente in eum, immittit imprudens ipse senarium. Vt autem Theon hoc ferri posse affirmauit in hoc genere versus, ita idem docuit in quibus aliis id committere, intolerabile vitium esset: docens etiam Epicurum aliquando in hanc fraudem incidisse, qui vt aliis grauioribus de causis passim incessebatur, ita etiam hoc nomine ab aduersariis agitaretur. ponit autem exemplum ipsius certum huius merito damnatę compositionis; ut alterum etiam, quod cum circumferretur, ipse affirmat se illud in ipsius scriptis reperire non potuisse. Iambi autem humilitate comprobata redit ad pęanem constituendum; quem ostendit esse medium amborum à se tractatorum, id est spondei & iambi. necnon quasi moderatum, cum illi modum non seruent: alter enim eorum praeter modum grauis, & excelsus est: alter vero humilis & abiectus nimis. eundem paeanem etiam ex illis quasi permixtum, & temperatum esse inquit. statimque, claudens hanc disputationem, refert se docuisse quomodo effici possit compositio verborum paeanica. quae congruit formae amplae: expositionique rerum grandiorum. Discriminis hoc est hac in parte inter scriptos libros, quod pro duobus postremis verbis duo illorum habent, παραλαμβάνουσι.

Ποιεῖ δὲ καὶ τὰ μήκη τῶν κώλων μέγεθος. οἷον Θουκυδίδης ἀθηναῖος ξυνέγραψε τὸν πόλεμον τῶν πελοποννησίων καὶ ἀθηναίων. καὶ. Ἡροδότου ἁλικαρνασῆος

νασσῆος ἱστορίης ἀπόδεξις ἥδε: τὸ γὰρ ταχέως ἀποσιωπᾷν εἰς κῶλον βραχὺ, κατασμικρύνει τὴν τοῦ λόγου σεμνότητα: κἂν ἡ ὑποκειμένη διάνοια μεγαλοπρεπὴς ᾖ, κἂν τὰ ὀνόματα.

Efficiunt autem & longitudines membrorum magnitudinem. ceu, Θουκυδίδης ἀθηναῖος ξυνέγραψε τὸν πόλεμον τῶν πελοποννησίων καὶ ἀθηναίων. &, Ηροδότου ἁλικαρνασσῆος ἱστορίης ἀπόδεξις ἥδε: *celeriter enim reticere in membrum breue, conterit orationis granditatem, etiam si sententia, quæ subest, magnifica fuerit: & eodem pacto verba.*

Affert aliud, quod & ipsum valet ad amplitudinem inserendam in orationem: tradit enim longitudines membrorum efficere granditatem. ponitque statim exempla, quæ id declarent. vtitur autem indicibus librorum Thucydidis, atque Herodoti. Rationem vero reddens huius præcepti, inquit. Celeriter enim reticere, breui membro edito, conterit, atque in minutas partes secat omnem orationis granditatem, ac dignitatem, quamuis sententia, quę exponitur, ampla sit: amplaq; itidem verba. Cicero quoque, cum quantum virium voluptatisque haberet apta collocatio verborum ostenderet: vsusque esset loco C. Carbonis ex concione, quam habuit in M. Drusum, dissoluit postea elegantem compositionem, verborum ordine immutato: intelligensque ita quempiam sibi occurrere posse, vt Demetrius sibi ipsi facit, refellit totum illud hac pacto. At eadem verba: eadem sententia. animo istuc satis est: auribus non satis. Attendendum autem videri Hermogenem contra sentire de mensura membrorum: cum enim de forma illa, quæ σεμνότης ab eo dicitur, subtiliter disputaret: doceretque quod ad hanc partem pertinet, cuiusmodi fingendum foret, tradidit breuiora membra in eo genere orationis, pleno dignitatis, esse debere: & tanquam aphorismos quosdam. Profert autem exemplum eorum, locum Platonis è Phædro: aliumque Demosthenis ex oratione contra Aristogitonem, in quibus manifesto membra pusilla sunt, uel potius incisa. in nota verò hac valde similis illi (nam vtitur etiam hic Demetrius verbo, quo forma illa ab eo magistro dicendi vocatur, ostendere volens, quod malum importet breuitas membrorum) iubet hic noster, vt ea prolixa faciamus. ipse igitur puto ita euelli hunc scrupulum posse, ne summi scriptores huius artis credantur inter se tantopere discordare. vt alia ratio sit illius formæ, quam describit Hermogenes: aliaque amplitudinis huius ac magnificentiæ in oratione, quam exprimit Phalereus. cumque diuersę illæ multis modis sint, postulare etiam non nullas discrepantes inter se tractationes. nam amplitudo orationis copiam, ornatumq; requirit, & quasi vbertatem granditatemque omnium rerum. vnde μεγαλοπρέπεια vocata est: dignitas autem contrà in dicendo, maiestasque quædam magis seruatur, si concise quis dicat: paucisque sensum animi sui exponat: vnde exigua membra non longè à principio huius libri docuit esse accommodata formæ dicendi vehementiori, & acriori, quæ appellatur δεινότης. Addit tamen Hermogenes eo loco necessitate quadam fieri aliquando vt prolixius etiam membrum adhibeatur in stilo illo graui, ac qui uenerationem quandam præ se ferat. atque id (vt puto) cum aliquantum ille remittit grauitatis illius suę, siue cum res ipsæ, quæ exponuntur, ut id fiat, aliquo modo cogunt.

Μεγαλοπρεπὲς δὲ, καὶ τὸ ἐκ περιαγωγῆς τῇ συνθέσει λέγειν. οἷον ὡς ὁ θουκυδίδης: Ο γὰρ ἀχελῶος ποταμὸς ῥέων ἐκ πίνδου ὄρους διὰ δολοπίας καὶ ἀγριανῶν καὶ ἀμφιλόχων καὶ διὰ τοῦ ἀκαρνικοῦ πεδίου ἄνωθεν παρὰ στράτον πόλιν ἐς θάλασσαν διεξιεὶς παρ' οἰνιάδας, καὶ τὴν πόλιν αὐτοῖς περιλιμνάζων, ἄπορον ποιεῖ ὑπὸ τοῦ ὕδατος ἐν χειμῶνι στρατεύειν: σύμπασα γὰρ ἡ τοιαύτη μεγαλοπρέπεια ἐκ

τῆς

τῆς περιαγωγῆς γέγονεν, καὶ ἐκ τοῦ μόγις ἀναπαῦσαι αὐτόν τε καὶ τὸν ἀκούοντα.

Magnificum autem est, & ex circumductu in componendo dicere. ut Thucydides. Ὁ γὰρ ἀχελῷος ποταμὸς ῥέων ἐκ πίνδου ὄρους διὰ δολοπίας καὶ ἀγραίων καὶ ἀμφιλόχων καὶ διὰ τοῦ ἀκαρνικοῦ πεδίου ἄνωθεν παρὰ στράτον πόλιν ἐς θάλασσαν διεξιεὶς παρ' οἰνιάδας, καὶ τὴν πόλιν αὐτοῖς περιλιμνάζων, ἄπορον ποιεῖ ὑπὸ τοῦ ὕδατος ἐν χειμῶνι στρατεύειν. *vniuersa enim hæc magnificentia ex circumductu extitit: & ex eo quod vix requieuit & qui dicit & qui audit.*

Cum ostendisset amplitudinem efficere longiora membra, declarat nunc circuitum quendam sententiarum, ac circumductum in dicendo, idem moliri. περιαγωγὴν ipse vocat: intelligitq;, vt exemplo etiam perspicitur, cum in re aliqua exponenda, pluribus partibus eius narrationis inculcatis, nullę ipsarum absoluuntur, sed animus eius, qui audit vsq; ad extremum suspensus tenetur, quo in loco tandem re in lungum producta perficitur sententia: vt cum pendeat aliquo modo, aptusque sit finis à principio: hæreatque illi, circumagi merito dicatur qui audit. Exemplum huius compositionis verborum capit à Thucydide. qui in secundo libro historiæ cum ortum Acheloi fluminis, cursumque describeret, hac forma vsus est. adiungit autem Demetrius loco ipso posito, confirmare uolens animaduersionem hanc. Vniuersa enim hæc, quam uides; amplitudo: similisque huic, profecta est ab circumductu ipso orationis: ex eoque quod uix ipse, qui dicit pausam fecit: requietisq; aliquid dedit auditori.

Εἰ δ' οὕτω διαλύσας αὐτὸ εἴποι τις: ὁ γὰρ ἀχελῷος ποταμὸς, ῥεῖ μὲν ἐκ πίνδου ὄρους: ἐκβάλλει δὲ παρ' οἰνιάδας ἐς θάλασσαν: πρὸ δὲ τῆς ἐκβολῆς, τῶν οἰνιαδῶν πεδίον λίμνην ποιεῖ, ὥστ' αὐτοῖς πρὸς τὰς χειμερινὰς ἐφόδους τῶν πολεμίων ἔρυμα καὶ πρόβλημα γίνεσθαι τὸ ὕδωρ. εἰ δή τις οὕτω μεταβαλὼν ἑρμηνεύσειεν αὐτὸ, πολλὰς μὲν ἀναπαύλας παρέξει τῷ λόγῳ: τὸ μέγεθος δ' ἀφαιρήσεται.

Quod si hoc pacto, dissoluto illo, dicat aliquis. Ὁ γὰρ ἀχελῷος ποταμὸς, ῥεῖ μὲν ἐκ πίνδου ὄρους: ἐκβάλλει δὲ παρ' οἰνιάδας ἐς θάλασσαν: πρὸ δὲ τῆς ἐκβολῆς, τῶν οἰνιαδῶν πεδίον λίμνην ποιεῖ, ὥστ' αὐτοῖς πρὸς τὰς χειμερινὰς ἐφόδους τῶν πολεμίων ἔρυμα καὶ πρόβλημα γίνεσθαι τὸ ὕδωρ. *Si inquam hoc pacto immutato illo aliquis idem verbis exponat, multas quidem requietes præbebit orationi: magnitudinem autem inde auferet.*

Rem adhuc magis explanare cupiens: docereq; granditatem hanc inde nasci, dissoluit hanc formam constructionis: atque ita componit orationem, vt singulę sententię ex se aptæ sint: finemque in se habeant: frangit enim illa nomina, participia vocata à grammaticis, ac pro illis vtitur tertiis personis verborum: immutationeq; hac pæne sola (nam pauca præterea rei aperiendæ causa verba variauit) declarat confectam rem esse. statimque repetito initio huius sententiæ: vtensque ἐπαναλήψει, absoluit, quod inceperat narrare, antequam exemplum variarum inculearet. cum enim supra dixisset. εἰ δ' οὕτω, διαλύσας αὐτὸ, εἴποι τις, nunc inquit. εἰ δή τις, οὕτω μεταβαλὼν ἑρμηνεύσειεν αὐτὸ & quæ sequuntur. Si inquam aliquis hoc pacto vt docui, idem commemorarit. multas sanè requietes præbebit orationi, vt non laboret, qui dicit: neque

neque molestiam vllam afferat auditori: eodem tamen tempore auferet inde, remouebitque magnitudinem illam. Ἀναπαύλας autem quod inquit, intelligens loca certa in oratione, vbi refici possit orator, ac respirare aliquantum: & vt ipse, ita etiam, qui audit, Aristophanes quoque, vnde translatum verbum videtur, in itinere faciendo ἀναπαύλας vocauit diuersoria, locaque omnia, vbi ex longa via: lassitudineque membrorum, viator reficere vires possit: ait enim, cum induceret Liberum patrem ea omnia quærere ex Hercule, Τούτους φράσον μοι λιμένας, ἀρτοπώλια, πορνεῖ', ἀναπαύλας, ἐκτροπάς. & quæ sequuntur.

Καθάπερ γὰρ τὰς μακρὰς ὁδοὺς αἱ συνεχεῖς καταγωγαὶ μικρὰς ποιοῦσιν: αἱ δὲ ἐρημίαι καὶ ταῖς μικραῖς ὁδοῖς ἔμφασίν τινα ἔχουσι μήκους, ταυτὸ δὴ κἀπὶ τῶν κώλων ἂν γίγνοιτο.

Quemadmodum enim longas vias frequentia diuersoria paruas efficiunt: solitudines vero etiam in paruis vijs, speciem quandam retinent longitudinis, idem & in membris fieret.

Non contentus superiore ratione Demetrius: quę tamen magnam vim habere potuit ad id declarandum, quod ostendere studebat, illustrare adhuc simili idem voluit. Similis autem ipsius proferendi occasionem habuit ex verbo illo, quod explicaui: illud enim in via facienda, & in itineribus vsurpatur. vnde etiam particula vsus est, qua causa alicuius rei affert, dicens. Quemadmodum enim longa itinera crebra hospitia breuia faciunt: contra autem solitudines in exiguis etiam itineribus, spatiisque locorum breuibus, speciem quandam præbent longitudinis, hoc ipsum etiam in membris orationis contingat necesse est. Respondent autem manifesto pausæ in oratione, respirationesq; diuersoriis. vt cum frequentes illæ sint, membra orationis, vt viæ, longa videri non possint. nam quin hoc ipsum contingat, cum viator crebras offendit cauponas, in quibus se reficere possit, si velit: & ad reliquum viæ laborem sustinendum vires comparare, dubitandum non est: Aliter etiam sæpe contingit, vt via breuis longa nobis videatur: & non tantum quia sit regio ipsa, per quam iter fit, deserta: cum scilicet mensura ipsius, longitudoque nobis ignota est. de quo ipse subtiliter disputauit in quæstionibus suis. Sed quia hoc nihil facit ad locum hunc declarandum, causas huius erroris diligenter ab ipso allatas, non proferemus.

Ποιεῖ δὲ καὶ δυσφωνία συνθέσεως ἐν πολλοῖς μέγεθος, οἷον τὸ. Αἴας δ' ὁ μέγας αἰὲν ἐφ' Ἕκτορι χαλκοκορυστῇ: ἄλλως μὲν γὰρ ἴσως δυσήκοος ἡ τῶν γραμμάτων σύμπληξις: ὑπερβολὴ δ' ἐμφαίνουσα τὸ μέγεθος τοῦ ἥρωος: λειότης γὰρ καὶ τὸ εὐήκοον οὐ πάνυ ἐν μεγαλοπρεπείᾳ χώραν ἔχουσιν, εἰ μή που ἐν ὀλίγοις. καὶ ὁ Θουκυδίδης δὲ πανταχοῦ σχεδὸν φεύγει τὸ λεῖον καὶ ὁμαλὲς τῆς συνθέσεως, καὶ ἀεὶ μᾶλλόν τι προσκρούοντι ἔοικεν, ὥσπερ οἱ τὰς τραχείας ὁδοὺς πορευόμενοι. ἐπὰν λέγῃ ὅτι, Τὸ μὲν δὴ ἔτος ὡς ὡμολόγητο, ἄνοσον ἐς τὰς ἄλλας ἀσθενείας ἐτύγχανεν ὄν: ῥᾷον μὲν γὰρ καὶ ἥδιον ὧδ' ἄν τις εἶπεν, ὅτι ἄνοσον ἐς τὰς ἄλλας ἀσθενείας ὂν ἐτύγχανεν: ἀφῄρετο δ' αὐτοῦ τὴν μεγαλοπρέπειαν,

Facit autem et asperitas compositionis in multis magnitudinem, ceu illud, Αἴας δ' ὁ μέγας αἰὲν ἐφ' Ἕκτορι χαλκοκορυστῇ: *alter enim fortasse molestus auribus est literarum concursus: exuperantia autem demonstrans magnitudinem herois: leuor enim & iucundum auribus quod est, non valde in magnificentia*

locum

locum habent, nisi alicubi in paucis. & Thucydides vbique fere fugit leue & æquabile compositionis, & semper potius offendenti ad aliquam rem similis est, quemadmodum qui per asperas vias iter faciunt, vt cum dixerit quod, Τὸ μὲν δὴ ἔτος ὡς ὡμολόγητο, ἄνοσον δὲ τὰς ἄλλας ἀσθενείας ἐτύγχανεν ὄν: *facilius enim & suauius sic aliquis dixisset. quod,* ἄνοσον δὲ τὰς ἄλλας ἀσθενείας ὂν ἐτύγχανεν: *sed sustulisset ipsius magnificentiam.*

Quartum hoc est, quod traditur valere ad amplitudinem orationi pariendam, si verba ita composita fuerint, vt asper molestusque auribus eorum sonus sit: hoc enim, vocatur à Græcis δυσφωνία. multis igitur in locis hunc ortum habere dicit magnificentiam dicendi, vt apud Homerum in XVI. libro Iliadis, vbi de Aiacis virtute in prœlio conatuque vulnerandi fortissimum Troianorum loquitur. inquit enim. Αἴας δ' ὁ μέγας αἰὲν ἐφ' Ἕκτορι χαλκοκορυστῇ: in hoc enim versu gemini sunt concursus vocalium, atque ij propinqui: &, quod maiorem adhuc hiatum facit, non ex simplicibus literis: in vtroque enim antecedit diphthongus: vnde magis laborat oratio. præterea in postremo verbo iuncto est, quod diligenter vitabat Isocrates. nam prima ipsius pars desinit in eadem syllaba, vnde incipit secunda: hoc enim quoque offendit aures. addit igitur Phalereus. Aliter etiam, suaque vi, insuauem, molestumque sonum efficere literarum concursum. verum quia id sine modo hic factum est, nimium illud, atque exuperantiam huius rei ponere nobis ante oculos magnitudinem illius herois. confirmat autem præceptum hoc à contrario his verbis. Leuitas enim, & vocum suauitas non valde in ampla oratione locum habent, aut paucis omnino in locis illic recipiuntur. Idem etiam probat Thucydidis auctoritate, qui cum grauitati dicendi, atque amplitudini magnopere studeret, atq; huius laudis in primis auidus esset, ferme omnibus in locis fugit leuitatem, & æquabilitatem compositionis: cum eum semper similem esse dicat offendenti, & in aliquam rem duram incurrenti. nam hic quoque politus scriptor, vt rem illustraret, vtitur simili, atq; inquit. Eadem ratione, qua qui iter faciunt per viam asperam, atque inæqualem: illi enim necessario incurrunt in eminentiores lapides, ac labuntur. locum quoque ipsius ponit è secundo libro historiæ, vbi de sæua illa pestilentia loquitur, quæ vastauit Athenas. narratque annum eum vacuum fuisse ab omni alio genere morborum, qui tentare homines consuerunt. in huius enim rei expositione intelligitur Thucydides de industria vsus coniunctione verborum dura, & aspera. præsertim cum in nomine vnius syllabæ terminauit sententiam, quod antecedit longior dictio. declarat autem subito, verborum tantum illorum postremorum ordine immutato, pelli inde omnem asperitatem. quam compositionem qui sequi volet, dicit facilius sanè iucundiusque rem illam expositurum: omnem tamen amplitudinem inde ablaturum.

Ὥσπερ γὰρ ὄνομα τραχὺ μέγεθος ἐργάζεται, οὕτω σύνθεσις. ὀνόματα δὲ τραχέα, τό, τε Κεκραγώς, ἀντὶ τοῦ βοῶν: καὶ τὸ Ῥηγνύμενον, ἀντὶ τοῦ φερόμενον: οἷς πᾶσιν ὁ Θουκυδίδης χρῆται, ὅμοια λαμβάνων τά τε ὀνόματα τῇ συνθέσει, τοῖς τε ὀνόμασι τὴν σύνθεσιν.

Quemadmodum enim nomen asperum magnitudinem molitur, sic compositio. nomina autem aspera, & κεκραγώς, pro βοῶν: & ῥηγνύμενον, pro φερόμενον: quibus omnibus Thucydides vtitur, similia captans nomina compositioni, & nominibus compositionem.

Adiungit Demetrius dubitari non posse, quin certa quædam compositio efficiat amplitudinem,

amplitudinem, cum singula etiam verba dura & aspera, magnitudinem in oratione gignant. quę autem aspera vocabula sint docet, huiuscemodi esse diceris κεκραγὼς, si quis eo vtatur pro βοῶν, quod valet clamitans. coniunxit autem ambo, cum Æschinem insimularet: odiosumque ipsius clamorem, atq; importunum significaret, Demosthenes pro Ctesiphonte. posteriore sede duriori verbo seruata. inquit enim. καὶ σὺ περιελθὼν αἰσχίνη καὶ διαμαρτυρόμενος βοῶν καὶ κεκραγώς. Sed aduersarius ipsius acerrimus eodem in ipso notando vsus fuerat: dixerat enim de auara illius natura. οὐδ' εἰ μοι λαβὼν μὲν, σεσίγηκας: ἀναλώσας δὲ, κέκραγας. Aristophanes quoque in fabula, qua Cleonem, turbulentum illum Athenis ciuem exagitauit, vocem eius asperam indicans, quem alio loco torrentis sonitum inquit habere, ita illum de semetipso induxit loquentem ὡς ἐγὼ βοῶν κεκραγώς. Nec non etiam sequitur Demetrius, si quis dicat ἐῤῥηγμένον, cum molliori verbo idem ostendere posset, ac dicere φερόμενον. dicitur enim ἐῤῥῆχθαι quod rumpitur ac fertur in Gręco sermone, vt verbum quo id expressimus in Latino. nam & ἐῤῥῆχθαι φωνὴ: ἐῤῥῆχθαι πηγή: ἐῤῥῆχθαι καταιγίδα dicuntur ab optimis auctoribus. His autem omnibus verbis, quæ asperitatis aliquid in se habent, passim vti affirmat Thucydidem, qui sedulo semper captat nomina similia compositioni: coniungitque verba ex natura ipsorum. vt cum velit asper esse in constructione verborum eligat etiam verba aspera. nec non cum verba, quibus vtendum illi est, sunt dura, duriter quoque ipsa coniungat. eademque ratio est apud eum & molliorum verborum & compositionis lenioris: quamuis rariora hęc apud ipsum reperiantur. nam tertium est tanquam instrumentum orationis Thucydidæ. vt veteres magistri huius artis tradunt, τὸ τραχὺ τῆς ἁρμονίας. prius namque ab ipsis commemorantur, selectus poëticorum verborum: ac formarum orationis, & quasi luminum varietas. quarto autem loco breuitas, qua vtitur in narrando, & obscuritas.

Τάσσειν δὲ τὰ ὀνόματα καὶ τόνδε τὸν τρόπον. πρῶτα μὲν τιθέναι τὰ μὴ μάλα ἐναργῆ: δεύτερα δὲ καὶ ὕστατα, τὰ ἐναργέστερα: οὕτω γὰρ καὶ τοῦ πρώτου ἀκουσόμεθα ὡς ἐναργοῦς, καὶ τοῦ μετ' αὐτὸ, ὡς ἐναργεστέρου. εἰ δὲ μὴ, δόξομεν ἐξησθενηκέναι. καὶ οἷον καταπεπτωκέναι ἀπὸ ἰσχυροτέρου ἐπὶ ἀσθενές.

Ordinare autem nomina oportet hoc pacto. prima quidem ponere quæ non valde euidentia sunt: secunda autem & postrema, quæ euidentiora: sic enim & primum audiemus vt euidens: & quod post ipsum, vt euidentius. Sin, videbimur defecisse, & tanquam decidisse à validiore ad infirmum.

Docet nunc accurate Demetrius, qui ordo in collocandis verbis tenendus sit: hoc enim quoque multum facit ad amplitudinem orationis. si nanque id, quod præcipit, & quasi natura rei postulat, seruatur, grandis & magnifica sit oratio necesse est: sin negligitur, multum virium illa dignitatisque suæ amittit. iubet igitur vt prima collocemus, quæ non valde perspicua & euidentia sunt: secunda vero ac postrema, illis euidentiora. Quid autem vtilitatis inde capiatur ostendere volens, confirmareque præceptum hoc, inquit. Si nanque hoc custoditum fuerit & primum illud vt euidens, cuiusmodi est, accipiemus: necnon id quod consequitur, vt euidentius. crescet igitur oratio vt oportet: firmiorque semper ac neruosior erit. Sin autem inquit aliter fecerimus, videbimur defecisse: nec sponte volentesque id commisisse, vt euidentiori subiungeremus minus euidens, sed infantia coacti, quia inuenire, quod vinceret antecedens non potuerimus. vitium autem huius ordinis, & incommodum, quod gigneret, magis aperire volens. ait, Et tanquam decidisse à firmiore, robustioreque verbo ad infirmum existimabimur: lapsus enim ille declaratur similitudine aliarum lapsionum. Quintilianus quoque hoc sedulo præcepit in nono libro, vbi de compositione, partibusque ipsius disputat. inquit enim, quod ad ordinem ver

borum pertinet, & singulorum, & copulatorum, explicans. In his cauendum est ne decrescat oratio, & fortiori subiungatur aliquid infirmius. vt sacrilego fur: aut latroni petulans: augeri enim debent sententiæ & insurgere, vt optime Cicero. Tu inquit istis faucibus: istis lateribus: ista gladiatoria totius corporis firmitate. aliud enim alio maius superuenit, at si cœpisset à toto corpore, non bene ad latera faucesque descenderet. Præter autem quàm quod idem animaduertisse Lannum rhetotem docui, exemplum ab ipso positum summi oratoris loco huic explanando valde accommodatum est,

Παράδειγμα δὲ, τὸ παρὰ τῷ πλάτωνι λεγόμενον. ὅτι, Ἐπὰν μὲν τις μουσικῇ παρέχῃ καταυλεῖν καὶ καταχεῖν τῆς ψυχῆς διὰ τῶν ὤτων: πολὺ γὰρ τὸ δεύτερον ἐναργέστερον τοῦ προτέρου. καὶ πάλιν προϊών φησιν. Ὅταν δ' ἐπέχων μὴ ἀνιῇ, ἀλλὰ κηλῇ, τὸ δὴ μετὰ τοῦτο ἤδη τήκει καὶ λείβει: τὸ γὰρ λείβει τοῦ τήκει ἐμφαντικώτερον, καὶ ἐγγυτέρω ποιήματος. εἰ δὲ προεξενήνεκτο αὐτὸ, ἀσθενέστερον ἂν τὸ τήκει ἐπιφερόμενον ἐφάνη.

Exemplum autem, quod apud Platonem dicitur. quod, ἐπὰν μὲν τις μουσικῇ παρέχῃ καταυλεῖν καὶ καταχεῖν τῆς ψυχῆς διὰ τῶν ὤτων: *secundum enim multo euidentius priore. & rursus progressus inquit.* Ὅταν δ' ἐπέχων μὴ ἀνιῇ, ἀλλὰ κηλῇ, τὸ δὴ μετὰ τοῦτο ἤδη τήκει καὶ λείβει: *illud enim* λείβει *significantius est, & propinquius poemati. Si autem ante ipsum protulisset, infirmius illud* τήκει, *postea positum, visum esset.*

Demetrius in animaduersione sua, præceptoque confirmando vtitur loco Platonis è tertio libro de republica. vbi de ratione cantus subtiliter disserit. docetque si quis, duri & asperi ingenii vir delectari musica cœperit, ac plurimum temporis studiique in ipsa posuerit, primum ipsum deliniri, & quasi molliri: feritatemque illam suam exuere. quod si in eadem ratione diutius perseuerarit: nec cessarit magis demulceri, res eò iam progreditur, vt liquescat fluatque voluptate. hæc ferè sententia est eius loci. quem leuiter adumbraui, relictis multis ornamentis. prius exemplum positum est in duobus illis verbis καταυλεῖν & καταχεῖν: eorum enim alterum, idest quod consequitur, vt ipse met etiam Demetrius testatur, multo euidentius est, quàm illud quod antecedit: valent autem verba, quæ citat. Postquam aliquis potestatem fecerit arti musicæ vt resonet, effundatque in animum per aures tanquam per infundibulum, quos nos vocamus suaues tenerosque, ac luctuosos concentus. & quæ sequuntur. verbo igitur καταχεῖν perspicitur maior vis concentuum eorum in animum effusa, quàm altero illo καταυλεῖν. quamuis ipsum quoque uon parum rem explanet. Eadem ratio est posterioris exempli, quod manet in postremis verbis τήκει & λείβει. id ego (nisi fallor) satis commode expressi, secutus auctoritatem Ciceronis, qui cum ambo & ipse verba illa coniungeret, eundem ordinem seruauit. inquit enim in II. libro Tusculanarum. Nec in dolore magis quàm eadem in voluptate. qua cum liquescimus, fluimusque mollitia, apis aculeum sine clamore ferre non possumus. Statim autem hic quoque Phalereus addidit, posterius verbum magis aptum esse ad rem ante oculos ponendam atque illustrandam, quàm prius, ac propinquum jam illud rationi ac stilo poetarum, quod si inquit contra antea protulisset, imbecillius alterum, idest quod valet liquescit, illatum fuisset. Quin autem verus hic ordo sit dubitare uon possumus: res enim duræ prius calore liquescunt: postea fluunt, ac destillant, ut cera.

Καὶ ὅμηρος δὲ ἐπὶ τοῦ κύκλωπος. ἀεὶ ἐπαύξει τὴν ὑπερβολήν. - Οὐ γὰρ ἐῴκει Ἀνδρί γε σιτοφάγῳ, ἀλλὰ ῥίῳ ὑλήεντι, καὶ προσέτι ὑψηλοῦ ὄρους καὶ ὑπερφαινομέ-

νου

νου τῶν ἄλλων ὀρῶν: ἀεὶ γὰρ καί τοι μεγάλα ὄντα τὰ πρότερον, ἥττονα φαίνεται, μειζόνων αὐτοῖς τῶν μετὰ ταῦτα ἐπιφερομένων.

Et Homerus vtique de Cyclope semper auget hyperbolem: οὐ γὰρ ἐῴκει ἀνδρί γε σιτοφάγῳ, ἀλλὰ ῥίῳ ὑλήεντι, *et praeterea celsi montis & qui superet alios montes: semper enim quamuis magna existentia priora, minora videntur, cum maiora ipsis sunt, quae inferuntur.*

Homerum etiam docet id seruare in IX. libro Odysseæ, vbi Polyphemi formam describit: semperque augere hyperbolen: est enim manifesto omnis ille locus exuperantia quędam veri. cum enim poëta supra dixisset miraculum quoddam vastum eum esse, addidit, vnde orditur Demetrius, non videri ipsum potuisse parem ceteris hominibus, qui frugibus vescuntur: sed scopulo culmini ve cuipiam siluoso. nam hucusque vsus est verbis poëtæ. Sententiam autem consequentis versus ipse expressit, ostendens Homerum contentum non fuisse superiore amplificatione, sed addidisse, non cuiusuis montis, verum excelsi: quique inter ceteros montes emineret: versus poëtę est. ὑψηλῶν ὀρέων, ὅτε φαίνεται οἶον ἀπ' ἄλλων. Adiungit autem Phalereus, quod omnem hanc disputationem claudit, perpetuo hoc verum esse, vt quæ antecedunt, quamuis sua vi magna sint, minora & infirmiora videantur, cum quæ postea inferuntur maiora sunt. ἥττονα autem accipere debemus imbecilliora illis, quæ consequuntur: non minora se ipsis, tanquam hoc pacto deteriora reddantur: hoc enim repugnatet superioribus. cum inquit illato verbo euidentiore, & in posteriore sede collocato, qui audiunt accipere prius illud vt euidens: & posterius, vt multo euidentius: significauit enim illic manifesto nihil amittere quod præcedit: nec fieri ea ratione imbecillius. Animaduertendum etiam hoc non tantum valere in singulis verbis, quod initio videri potuit præcipere, sed in sententiis integris. quod ex Homeri exemplo elicitur: in quo augentur sententiæ, non verba grandiora, & quæ magis rem aperiant, ponuntur. Hoc diligenter quoque custoditum fuisse à Cicerone planum est: exemplaque deesse nullo modo possunt, ita crebra apud eum sunt. Quin certè illud in C. Verrem, quod valde ipsius auaritiam declarat, huiuscemodi sit, dubitari non potest. Quæ solitudo esset in agris, quę vastitas, quę fuga aratorum: quod enim extremum illic est fuga, magis demonstrat iniuriam, acerbitatemque illius, quàm priora. cum aratores non tantum discesserint ex agris: ipsosque, quos antea studiose colebant, deseruerint, sed inde etiam aufugerint. Vnde Agamemnon Homericus, cum Achilles in oratione ostendisset se abire velle: domumque reuerti, significare volens se parui id ducere: nec preces, vt eum in exercitu retineat, adhibiturum esse, rem & ipse augens, inquit φεῦγε μάλα, εἴ τοι θυμὸς ἐπέσσυται. Si non satis inquit habes hinc proficisci, celeriter fuge. Quod etiam superiorem locum Ciceronis sequitur, eiusdem generis est, & eodem modo tractatum. Quàm deserta, quàm inculta, quàm relicta omnia: semper enim quæ adduntur maiora sunt. damnumque quod factum sit magis declarant. nam quod aliquis forsitan putaret, plus esse deserta, quàm inculta, falsum est. quod cum aliter etiam ostendi posset, hoc ipsius testimonio confirmatur: infra enim eodem ordine in illis vsus est non longe ab extremo eius orationis: O desertum hominem, ò desperatum, ac relictum.

Χρὴ δὲ καὶ τοὺς συνδέσμους μὴ μάλα ἀνταποδίδοσθαι ἀκριβῶς, οἷον τῷ μὲν συνδέσμῳ, τὸν δέ: μικροπρεπὲς γὰρ ἡ ἀκρίβεια, ἀλλὰ καὶ ἀτακτοτέρως πως χρῆσθαι. καθάπερ που ὁ Ἀντιφῶν λέγει. Η γὰρ νῆσος ἣν ἔχομεν, δήλη μὲν καὶ πόρρωθεν ἐστιν ὑψηλὴ καὶ τραχεῖα. καὶ τὰ μὲν χρήσιμα καὶ ἐργάσιμα μικρὰ αὐτῆς ἐστι: τὰ δὲ ἀργὰ πολλὰ, σμικρᾶς αὐτῆς οὔσης: τρισὶ γὰρ τοῖς μὲν συνδέσμοις, εἷς ὁ δὲ, ἀνταποδίδοται.

Oportet autem & coniunctiones non valde reddi exquisite, ceu coniunctioni μὲν, coniunctionem δὲ: minutum enim est quidquid exquisitum est, sed et inordinatius aliquo modo ipsis uti. quemadmodum alicubi Antiphon dicit. Ἡ γὰρ νῆσος ἣν ἔχομεν, δήλη μὲν καὶ πόρρωθέν ἐστιν ὑψηλὴ καὶ τραχεῖα. καὶ τὰ μὲν χρήσιμα καὶ ἐργάσιμα μικρὰ αὐτῆς ἐστι: τὰ δὲ ἀργὰ πολλά, σμικρᾶς αὐτῆς οὔσης: *tribus enim μὲν coniunctioni-bus, una δὲ redditur.*

Admonet nunc ne in minuta valde re, quæ tamen existimatur necessaria, cum amplitudini orationis operam damus, nimis accurati simus: ac quod aliis temporibus vitio non careret, tunc laudem habere docet: finemque illum adiuuare. Cum enim copulæ non nullæ sint, quę suas habeant redditiones: illisque antea positis videantur aliæ consequi debere: ac verus sanè earum ordo hoc postulet, tradit in hoc genere formaque dicendi, posse aliquando hoc negligi: nec valde exquisite seruari. velut inquit coniunctio μὲν requirit vt δὲ inferatur: si aliqua igitur licentia in hoc adhibita fuerit, gignet hoc granditatem. non tamen iubet nos hoc semper, contempta penitus consuetudine, facere. confirmat autem præceptum hoc suum sententia, quæ in vniuersum vera est: docetq́; , si aliter fecerimus, contrarium nos eius quod volumus effectoros: omnis enim diligentia exquisitaq́; cura, paruum quiddam in se ac minutum est. nota hæc, quam describit μικροπρέπεια est (argumentum enim hoc pacto certius erit); studium vero custodiendi accurate particularum earum ordinem, μικροπρέπειαν in se habebit. Cicero quoque in partitionibus, vbi de amplificatione disputat, cum simile quiddam præciperet, quod tamen in sententiis, non in partibus orationis manet, eandem eius rei rationem reddidit. inquit enim. Nec quicquam in amplificatione nimis enucleandum est: minuta est enim omnis diligentia: hic autem locus grandia requirit. Idem quoque Aristoteles protulit & in IIII. libro de moribus ad Nicomachum, quo loco magnificum virum informat: & in primo τῶν μετὰ τὰ φυσικά. Constituit etiam præceptum hoc Demetrius auctoritate Antiphontis (vt opinor) Ramnusii, summi oratoris. qui tres copulas μὲν deinceps posuerat, antequam semel δὲ assignaret: sed in exemplo, erratum manifestum est: duæ nanque nunc illic tantum illiusmodi copulæ leguntur. mendum ipse puto esse in primis verbis. vbi defecisse verisimile est primam μὲν; perturbatum nanque eum locum inueni in scriptis libris, cum quidam eorum habeant. ἣν ἔχομεν. vnde ausi quidam olim fuere emendare ἀνέχομεν: alii verò antecedens quoq; verbum tentarunt, fecerunt que μὲν ἀνέχομεν: quę illic in margine omnia adnotata sunt. Sententia eorum verborum, nisi macula illa impediret, aperta foret: narrat enim insulam eam, de qua sermo erat, è longinquo etiam intelligi posse, excelsam & asperam esse. partesque ipsius, quæ colerentur atque exararentur paucas esse. cum contra quæ ignauæ steriles que forent, essent multæ. cum tamen ipsa pusilla sit. τὰ χρήσιμα, vt hic scriptor, ita etiam Aristoteles vocauit in II. libro de rebus superis telluris partes, quæ fructum ferrent ac studio agricolarum colerentur: vti contra ἀργά, quæ incultæ neglectæque iacerent. inquit enim. τῆς δὲ ἀεὶ τόπων διὰ τὸ λιμνάζειν ἀργῶν, τὸν χρήσιμον ἔχει. Horatius in ode cum cecinit. Pone me pigris, vbi nulla campis, videtur posterius verbum Grecum expressisse. Addit autem statim Demetrius, quod supra indicaui, hunc grauem scriptorem tribus coniunctionibus μὲν, vnam tantum δὲ reddidisse atque assignasse, vt qui tam arctis vinculis astrictus esse recusaret. Cum autem magno desiderio tenear adiuuandi hunc librum quacunque ratione possum, quid mihi in mentem venerit narrare libet. Suspicor hæc Antiphontis verba fuisse in oratione ipsius, quam appellauit Samothracicam. illius verò meminit Sudas in nomine ipso illius insulę explicando. cum enim appellatam eam ita fuisse ostendisset à Samiis, qui in ea insula domicilia sibi posuissent, citauit testem suæ opinionis Antiphontem ἐν τῷ Σαμοθρᾳκικῷ λόγῳ. qui id aperte traderet. videtur autem illa habita fuisse ex persona alicuius Samii viri. Sententia verborum illorum hęc est. Qui nanque primum insulam incofuere

luere Samii extitere, vnde nos nati sumus: illic verò sedes posuerunt coacti, non amore eius insulæ inflammati: è Samo nanque exturbati fuerant à tyrannis: vsique sunt postea fortuna hac: cum enim è Thracia prædam egissent, se in eam insulam contulerunt. Huc vsque Antiphontis verba sunt apud Sudam. Virgilium quoque mentionem fecisse ipsius hoc pacto, notum est. Threiciamque Samum, quæ nunc Samothracia fertur.

Πολλάκις μέντοι τεθέντες πως ἐφεξῆς σύνδεσμοι, καὶ τὰ μικρὰ μεγάλα ποιοῦσιν, ὡς παρ' ὁμήρῳ τῶν βοιωτικῶν πόλεων τὰ ὀνόματα, εὐτελῆ ὄντα καὶ μικρά, ὄγκον τινὰ ἔχει καὶ μέγεθος διὰ τοὺς συνδέσμους, ἐφεξῆς τοσούτους τεθέντας. οἷον ἐν τῷ. Σχοῖνόν τε σκῶλόν τε, πολύκνημόν τ' ἐτεωνόν.

Sæpe tamen positæ aliquo modo deinceps coniunctiones, & parua efficiunt magna, vt apud Homerum Bœoticorum oppidorum nomina, humilia existentia & parua, molem quandam habent & magnitudinem propter coniunctiones, deinceps tot positas. vt in illo. Σχοῖνόν τε σκῶλόν τε, πολύκνημόν τ' ἐτεωνόν.

Quod videtur repugnare superiori præcepto nunc tradit: nec tamen illi aduersatur. vtrunque enim verum est. sæpe numero tamen inquit deinceps positæ aliquo modo coniunctiones, res etiam paruas magnas videri faciunt, vt apud Homerum in enumeratione nauium, vocabula Bœoticorum oppidorum, quæ humilia sunt ac pusilla, molem quandam habent & amplitudinem à copulis eò importatam, quæ multæ illic, singulis nominibus distinguendis, collocatæ sunt. ceu cum ait. Σχοῖνόν τε, Σκῶλόν τε, πολύκνημόν τ' Ἐτεωνόν. copulæ hic eiusdem generis tot repetitæ, ac suo loco positæ, augent rem: supra autem disputatum est de coniunctionibus diuersorum generum, quarum alteræ, quæ præcedunt, reliquas secum trahunt: harum igitur verus ordo si neglectus modice fuerit: discessumque aliquando à consuetudine, habere id dignitatem vult. Dionysius etiam Halicarnasseus hoc vidit, ac diligenter de tota re disputauit in libello de compositione verborum, laudans mirifice Homerum, quod cum incidisset in nomina dignitatis expertia: nec posset ipsa vllo pacto euitare, rebus habentibus in se pulchritudinem ac decus ipsa ornat: deletq; eorum deformitatem horum specie, & elegantia. Cum autem ordiatur ab initio catalogi, octo primis versibus positus, omnem illam partem eius poëmatis huiuscemodi esse inquit. vt ex humilibus abiectisq; sua vi nominibus, reddita sint illa amplissima, atq; honestissima omnium verborum.

Τᾶς δὲ παραπληρωματικοῖς συνδέσμοις χρηστέον, οὐχ ὡς προσθήκαις κεναῖς, καὶ οἷον προσφύμασιν ἢ παραξύσμασιν, ὥσπερ τινὲς τῷ δὴ χρῶνται πρὸς οὐδέν, καὶ τῷ νυ, καὶ τῷ πότερον, ἀλλ' ἐὰν συμβάλλωνταί τι τῷ μεγέθει τοῦ λόγου.

Expletiuis autem coniunctionibus vti oportet, non tanquam additamentis inanibus, & veluti adnatis, aut notis vngue impressis. quemadmodum quidam copula δὴ *vtuntur nullum ob finem, &* νυ, *&* πότερον, *sed si prosint aliquid magnitudini orationis.*

Manet adhuc in consideranda pusilla parte orationis, vnde tamen ipsi granditatis aliquid comparatur, si quis recte illa vti scit. vt supra iam duobus modis ostensum est. tertium autem præceptum est, pertinens ad copulas, quæ ab explenda oratione,

& apud Græcos, & apud Latinos grammaticos nomen inuenerunt. Oportere nos vti coniunctionibus his, non vt appendiculis quibusdam inanibus, quod non nulli faciunt: antequam enim tradat vsum ipsarum, indicat quid cauere debeamus: insimulatque quosdam, qui temere ac nulla vtilitate proposita illas vsurpabant. adiungitque post, verum ipsis locus esse debet, cum adiuuant amplitudinem orationis, atque ipsi obtinendę opis aliquid ferunt. Positæ autem hic sunt è numero ipsarum tres, in accusando errore illorum, qui frustra, perperamque ipsis vtebantur. sunt tamen plures. tiam & θὴν, & γε & τοι & νυ in illis appellarunt, qui scientiam literarum profitentur. Cum autem supra dixisset peccaturos nos, si coniunctionibus his vsi fuerimus vt inanibus additamentis, addidit καὶ δὴν προσφύμασιν ἢ παραφύσμασιν, vitium huius rei magis aperire volens: videntur autem hæc verba huc translata, propriaq; esse macularum quarundam nostri corporis. vnde timens ne duriora hac in re ostendenda illa viderentur, muniuit ipsa particula δήν. valet autem, nisi fallor, πρόσφυμα caruncula in summo corpore adnata, quæ nihil præstet vtilitatis: nec membrorum vsum quicquam adiuuet. eodemque pacto παράφυσμα, quod in cute vehementiore fricatione scarificationeq; creuerit. vnde significare voluit similibus his inanitatem earum coniunctionum, illo modo collocatarum: hæc enim quoque sunt manifesto res inanes, nec robur corporis firmitatemque adiuuant. Cicero in Oratore suo, cum oratores quosdam: & maximè Asiaticos, accusaret, qui numero seruiebant, idem pæne protulit, quod hic Demetrius in illis insimulandis, qui coniunctiones in orationem frustra includebant; affirmat enim reperiri potuisse apud eos inculcata quædam inania verba, quasi complementa numerorum. nec multo post, cum idem vitium significaret, inquit. Neque inferciens verba, quasi rimas expleat. Eodem igitur pacto omnes hi non omnino in eadem re peccabant, nisi quod, quos reprehendit Demetrius, temere id faciebant: illi vero ea ratione id quod volebant impetrabant. verum ratio illa numeros pariendi disertis minime probatur. Præterea Cicero nomina complementorum illorum non posuit: Græcus hic duobus vocabulis rerum, quæ id efficerent, vsus est, quæ cum, vt significaui, omnino plana non sint, volui simili loco monstrato Ciceronis, aliquantulum illa illustrare.

Καθάπερ παρὰ πλάτωνι. Ὁ μὲν δὴ μέγας ἡγεμὼν ἐν οὐρανῷ ζεὺς. καὶ παρ' ὁμήρῳ. Ἀλλ' ὅτε δὴ πόρον ἷξον ἐϋρρεῖος ποταμοῖο: ἀρκτικὸς γὰρ τεθεὶς ὁ σύνδεσμος, καὶ ἀποσπασθεὶς τῶν προτέρων τὰ ἐχόμενα, μεγαλεῖόν τι εἰργάσατο: αἱ γὰρ πολλαὶ ἀρχαὶ σεμνότητα ἐργάζονται. εἰ δ' ὧδε εἶπεν, ἀλλ' ὅτε ἐπὶ τὸν πόρον ἀφίκοντο τοῦ ποταμοῦ, μικρολογοῦντι ἐῴκει: καὶ ἔτι ὡς περὶ ἑνὸς πράγματος λέγοντι.

Quemadmodum apud Platonem. Ὁ μὲν δὴ μέγας ἡγεμὼν ἐν οὐρανῷ ζεὺς. *& apud Homerum,* Ἀλλ' ὅτε δὴ πόρον ἷξον ἐϋρρεῖος ποταμοῖο: *initys enim apta coniunctio illic posita, & quæ distrahat à prioribus ea quæ sequuntur, amplum quiddam molita est.: multa enim initia granditatem moliuntur. Si autem sic dixisset,* ἀλλ' ὅτε ἐπὶ τὸν πόρον ἀφίκοντο τοῦ ποταμοῦ, *de pusillis rebus loquenti par fuisset, & præterea vt de vna re dicenti.*

Exemplo quod pręceperat explanare volens, ad Platonem Homerumq; confugit: quorum alter in Phædro auxilio etiam copulæ δὴ orationem auxerat. nam aliunde etiam grandem plenamque dignitatis effectam esse partem eam illius sermonis declarauit Hermogenes capite, quo formam orationis exprimit vocatam ab ipso σεμνότητα. alter vero in XIIII. Iliadis, ubi commemorat Hectorem lapide ictum, ad fluuium Xanthum comportatum esse à sodalibus, amplificauit multum eadem ratione narrationem

rationem illam. ope scilicet minutæ huius particulæ, ita canens. Ἀλλ' ὅτι δὴ πόρον & quę sequuntur. Vnde autem tantam uim habeat tam exilis res, docens accurate Demetrius, inquit. Apta enim principiis narrationum cum posita illic fuerit coniunctio: cumque distraxerit à superioribus, quæ deinceps sequuntur, grande quiddam amplumque effecit: hoc enim valet μεγαλεῖον. vnde Xenophon in secundo libro ἀπομνημονευμάτων, cum congressum virtutis ac voluptatis recitasset: & quid ambę illæ suasissent Herculi, suis verbis exposuisset: ante a namq; tota res à Prodico Cio & excogitata, & grauiter narrata fuerat, ait. ἐκόσμησε μοί τοι τὰς γνώμας ἔτι μεγαλειοτέροις ῥήμασιν, ἢ ἐγὼ νῦν. subiungit autem Phalereus. cuius rei causa est quod multa principia moliuntur in oratione granditatem: inseruntque illuc plurimum grauitatis. Ἀποσπασθεὶς autem hic, quamuis formam patiendi habeat, notionem tamen retinet agendi. vt Aristophanes simplici illo verbo vsus est in Βατράχοις dicens. κὴ τὸ ξίφος γ' ἔσπασε τὸ μαινόμενον δοκῶν. Quod vero coniunctionem δὴ appellauit ἀρκτικὸν σύνδεσμον, inferioris ętatis Latini grammatici inceptiuas huiuscemodi copulas vocarunt: veteres vero principales. nam apud Flauium Sosipatrum Palæmonis distinctio huiuscemodi legitur. Coniunctionum quædam sunt principales: aliæ subsequentes: aliæ mediæ. quibus vtralibet parte positis sine vitio coniungatur oratio. Quomodo autem multa principia illic esse dixerit videndum. ipse sanè arbitror, quia coniunctio ἀλλά, & ipsa initiis sententiarum accommodata est. quod idem grammaticus de Latina, quæ illi respondet, tradit ac verum esse auctoritate poëtę probat. hęc ipsius verba sunt. Principalis igitur est coniunctio sed. vt. Sed te qui viuum casus age fare vicissim vt ait Virgilius. ille enim ordo vbi postponitur poëticus est per ἀναστροφὴν factus. Ipsa sed in somnis inhumati venit imago. Vt aperiat autem magis Phalereus, quod testatus fuerat: nasci inquam amplitudinem eius loci ab hac copula, idem narrat iisdem pæne verbis, omissa tantum illa: affirmatque si illo modo dixisset Homerus, futurum fuisse eum demissum ac tenuem: speciemque habiturum alicuius de vna tantum re verba facientis.

Λαμβάνεται δὲ καὶ ἐν παθητικοῖς πολλάκις ὁ σύνδεσμος οὗτος. ὥσπερ ἐπὶ τῆς καλυψοῦς πρὸς τὸν ὀδυσσέα. Διογενὲς λαερτιάδη πολυμήχαν' ὀδυσσεῦ. Οὕτω δὴ οἶκόνδε φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν. εἰ γοῦν τὸν σύνδεσμον ἐξέλοις, συνεξαιρήσεις καὶ τὸ πάθος: καθόλου γὰρ, ὥσπερ ὁ πραξιφάνης φησὶν, ἀντὶ μυγμῶν παρελαμβάνοντο οἱ τοιοῦτοι σύνδεσμοι, καὶ στεναγμῶν. ὥσπερ τὸ αἶ αἶ, καὶ τὸ φεῦ καὶ ποῖον τί ἐστιν ὡς αὐτός φησι, τὸ καί νύ κ' ὀδυρομένοισιν, ἔμφασίν τινα ἔχον οἰκτροῦ ὀνόματος.

Sumitur autem & in patheticis sæpe coniunctio hac. ceu in illo Calypsonis ad Vlyssem. Διογενὲς λαερτιάδη πολυμήχαν' ὀδυσσεῦ. Οὕτω δὴ οἶκόνδε φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν. Si igitur coniunctionem sustuleris, vna cum ea tolles & affectum: ad summam enim quemadmodum Praxiphanes affirmat, pro suspiriis assumebantur hæ coniunctiones, & gemitibus. sicut illud αἶ αἶ, & illud φεῦ: & quale est, vt ipse inquit, illud καί νύ κ' ὀδυρομένοισι, quod habet vim ac speciem quandam miserabilis nominis.

Cum auctoritate maximorum scriptorum probarit coniunctionem δὴ adiuuare amplitudinem orationis, ostendit nunc eandem assumi vtiliter, quando animo perturbato sumus: ac volumus concitare illos, qui audiunt, & ad eosdem motus traducere. vtitur autem exemplo alterius illorum, id est poëtæ, qui in v. libro Odyssęę cum induceret Calypsonem reuocantem callide à nauigatione Vlyssem, dicentemque se non

non minus quàm ipsum, cupere vt compos fieret desiderii sui, sed perterreri periculis ac malis, in principium sermonis illius ipsam inseruerat: vnde Phalereus statim post Homericos versus inquit, quod valet ad confirmandum iudicium suum. Si vnquam sustuleris inde coniunctionem illam; eodem tempore sustuleris etiam affectum. Accuratius autem omnem vim huiusce modi particularum, ac quid valerent illæ in oratione, ostendere volens, tradit uice sonorum quorundam facticiorum, quos Græci μυγμοὺς vocant: singultuumq; atq; gemituum poni ipsas solere. cuius etiam sententiæ aute se testatur fuisse Praxiphanem. Homerus in IIII. Iliadis verbo ipso, quod exprimit hanc uocem, vsus est. cum quomodo accepissent obiurgationem Iouis, Iuno ac Minerua significare contenderet, & omnem affectum animi illarum indicare: inquit enim, ὣς ἔφατ'· αἱ δ' ἐπέμυξαν Ἀθηναίη, καὶ Ἥρη. interpres autem diligenter eo loco de ratione huius quoque nominis disputat. nam hic Phalereus, cuiusmodi interiectiones: & significantes dolorem gemitumque voces intelligat, aperire volens addidit. cuius generis est illud. αἶ αἶ. itemque φεῦ. nec non quale est. vt ille ipse inquit; Praxiphanes scilicet, cuius supra testimonio auctoritateque vsus fuerat, illud Homeri. καί νύ κ' ὀδυρομένοισιν ἔδυ φάος ἠελίοιο: hic enim integer versus est è XXIII. libro Iliadis. exempli vero vis est in secunda dictione: quę interiectio est mœrentis. vt ipse declarat de suo addens, quod speciem ac vim habet miserabilis nominis & luctuosi. Sustuli autem hinc olim verbum, quod importune à librariis collocatum fuerat post dimidiatum illum versum: nunc enim decet consilii mei rationem reddere: in excusis vnque prius legebatur. καὶ νύκ' ὀδυρομένοισιν ἔπεφεν ἔμφασιν τινα. & quę sequuntur. mouit autem me, quod sententiam omnem illud perturbabat: quę sine illo plana & aperta est. preterea in libris scriptis inueni ipsum valde variatum & incertum. quidam enim ex illis habent ἔπεφεν: in aliis vero legitur ἔπεφαν. vt tanta uarietas arguat manifesto mendum. non reticebo etiam quomodo illud conflatum putem: arbitror enim ab aliquo contra pronomen αὐτοῖς notatum fuisse in margine ἡ περίφρασις, conciso imminutoque scriptum. quam declarationem imperitus aliquis librarius in contextum verborum auctoris inculcarit, non tradita etiam ipsi sede, quæ magis conuenisset. hinc igitur suspicor fluxisse hanc maculam, quam, ne amplius molesta esset, ac fœdaret hunc locum, deleui. Et si autem non omnino compertum habeo quis fuerit hic Praxiphanes, cuius iudicio (vt apparet) multum tribuit Demetrius, tamen quid inuenerim adhuc de illo narrare libet. Marcellinus enim, qui Thucydidis vitam scripsit, ac quid sentiret de formula ipsius dicendi memoriæ mandauit, ipsius (vt opinor) meminit: cum enim exponere vellet, quo tempore Thucydides vixerit, tradit Praxiphanem in libro quem scripserit de historia, affirmasse illum eadem ætate vixisse, qua Plato comicus, & Agathon tragicus: aliique non nulli, quos nominat, quem preterea Praxiphanem ostendit dixisse, Thucydidem, donec in vita mansit Archelaus, sine nomine ferè fuisse: postea vero admirabilem, ac penè diuinam de se admirationem in animis omnium genuisse:

Οἱ δὲ πρὸς οὐδὲν ἀναπληροῦντές φησι τὸν σύνδεσμον, ἐοίκασι τοῖς ὑποκριταῖς, τοῖς τὸ καὶ τὸ πρὸς οὐδὲν ἔπος λέγουσιν. οἷον εἴ τις ὧδε λέγει. Καλυδὼν μὲν ἥδε γαῖα, πελοπείας χθονὸς φεῦ Ἐν ἀντιπόρθμοις πεδί' ἔχουσ' εὐδαίμονα. αἶ αἶ· ὡς γὰρ παρέλκει τὸ, αἶ αἶ καὶ τὸ φεῦ ἐνθάδε, οὕτω καὶ ὁ πανταχοῦ μάτην ἐμβαλλόμενος σύνδεσμος.

Qui autem nullam ob rem inserciunt inquit, copulam, similes sunt histrionibus, qui hoc & hoc ob nullum verbum dicunt. ceu si quis sic dicit. Καλυδὼν μὲν ἥδε γαῖα, πελοπείας χθονὸς φεῦ Ἐν ἀντιπόρθμοις πεδί' ἔχουσ' εὐδαίμονα. αἶ αἶ: *Vt enim abundat il[...] αἶ αἶ: & illud* φεῦ *hic, sic & vbique frustra inculcata coniunctio.*

Quę

Quę adiungit videntur adhuc à Praxiphane primum tradita & animaduersa fuisse: reprehenduntur verò illis oratores, qui sine causa inserciunt huiuscemodi copulas in orationem, sententiis ipsas non postulantibus: illi enim student explere tantum quasi rimas quasdam: nec verum vsum ipsarum intelligunt. Simili autem errorem illorum illustrat, atque exagitat Demetrius, dicens eos similes esse actoribus fabularum & hanc & illam interiectionem, nulla vtilitate proposita, pronuntiantibus: illi enim manifesto peccare intelliguntur. exempli causa inquit si quis hoc pacto diceret, ponit autem duos versus Euripidis, è prologo (nisi fallor) Meleagri. ac post finem prioris versus addidit φεῦ, quæ interiectio locum non habet in ea narratione: nec à poëta illic collocata est. absoluto vero posteriore duas eiusdem generis interiectiones, id est αἶ αἶ. Posito autem ante oculos omnium: explosoq; peccato histrionum, adiungit, in eandem culpam incidere appater oratores illos, quos dixi; vt enim inquit abundat hic superestque & αἶ αἶ: & φεῦ, sic frustra quaecunque in parte orationis inserta, atque inculcata coniunctio aliqua. Cum verò hic locus, quod ad verba facit, obscurior sit: & à me aliquando affinis alicui maculæ sit iudicatus, quomodo accipi possit, liber solutusq; omni illa suspicione, nunc indicabo. vti illud πρὸς οὐδὲν ἴσως, idem plenum integrumque valeat, quod valuit paulo supra ab ipso positum imminutum, πρὸς οὐδέν: nec tantum propinquo hoc in loco: verum etiam eodem pacto aliquanto superius ab ipso vsurpatum cum inquit: ὥσπερ τινὲς τῷ δὲ χρῶνται πρὸς οὐδέν. vt valeat inquam πρὸς οὐδὲν ἴσως nullum certum ob finem: nullaque vtilitate sibi proposita. hoc enim manifesto contingit, cum hæ interiectiones non suo loco collocantur: nec quicquam adiuuant sententiam. Arbitror autem à Demetrio sumptum hic esse illud τὸ καὶ τό, vt Aristoteles pluribus locis: nec non optimi quique Græci scriptores capere consuerunt, vt olim docui prolatis multis exemplis in commentariis in rhetoricen eius philosophi. Et vt ad sententiam horum omnium verborum redeam, Demetrius hic significat idem facere non nullos malos oratores: & qui copulis perperam vtantur, quod faciunt mali insulsique actores fabularum. qui edunt alieno loco interiectiones. vt quod vitii sit in interiectionibus importune pronuntiatis, idem mali vitiique esse doceat in copulis ipsis ab oratoribus intempestiue vsurpatis. Citauit autem hos versiculos Aristoteles quoque in tertio libro de arte dicendi; sed longe aliud eo exemplo declarare volens: nec enim quicquam in illis est proprium huius documenti, sed omnis vis manet in interiectionibus, quæ ipsis adiunctæ sunt. vt proposito Demetrii, seu Praxiphanis plures alii apti esse potuerint. vsus autem est illis, qui tunc ipsi succurrerunt.

Οἱ μὲν δὴ σύνδεσμοι τὴν σύνθεσιν μεγαλοπρεπῆ ποιοῦσιν, ὡς εἴρηται: τὰ δὲ σχήματα τῆς λέξεως ἐστὶ μὲν καὶ αὐτὰ συνθέσεώς τι εἶδος. τὸ γὰρ δὴ τὰ αὐτὰ λέγειν δὶς, διπλοῦντα, ἢ ἐπαναφέροντα, ἢ ἀνθυπαλλάσσοντα, διαταττομένῳ καὶ μετασυντιθέντι ἔοικεν. διατακτέον δὲ τὰ πρόσφορα αὐτῶν χαρακτῆρι ἑκάστῳ. οἷον τῷ μεγαλοπρεπεῖ μὲν, τάδε ἃ πρόκειται, ταῦτα.

Coniunctiones igitur compositionem magnificam faciunt, vt traditum est: figuræ autem locutionis sunt quidem & ipsæ species quædam compositionis: eadem enim dicere bis, duplicantem, vel ad idem referentem, vel commutantem, simile videtur ordinanti & aliter componenti. Oportet igitur ordine collocare è numero ipsarum, quæ accommodatæ sunt vnicuique notæ. ceu magnificæ quidem, de qua propositum est, has.

Ostendit Demetrius ad finem peruentum iam esse superioris disputationis; probatumque coniunctiones recte, ordineque collocatas, efficere compositionem am-

plam;

plam: onnc proponit se velle de ornamentis illis oratoris, quæ σχήματα vocantur, agere, figuras ipsas appellaruot ioferioris ætatis rhetores: Cicero plerunq; translatis nerbis nominat: nuoc enim lumina: ounc quasi flores, & insignia oratiouis vocat. Com autem illæ & in uerbis maoeant & io sententiis, eas nonc tantum expendit, quæ in certo verborum ordine positæ sunt. quas primum subtiliter docet tractari a se hoc loco debere, cum quę composiöo magoifica fit doceat illę autem sint compositionis pars, inquit igitur. Eadem enim bis dicere doplicantem, aut ad idem verbum sæpè se referentem, ant commutantem aliquid, simile quippiam est atq; construere, & improbato quodam ordine verborum aliter, elegantiusque illa coagmentare. constituto autem officio suo, cum plures valdeqoe ioter se discrepantes sint hæ fignræ: quat tuorque item formę & qoasi notæ dicendi dissimiles, ioquit oportere singolis formis tribuere, quæ aptę illic & accommodatæ sint. διατακτικὴν autem dixit (vt opinor) in quo verbo ordo intelligitur, qoia ipsæ in certo quodam verborum ordine fundatæ sunt: quo disturbato ilicò labuntur, ac pereuot. quæ verò conneniant huic ipsi formæ, de qua nunc disserit: idest magnificæ & amplæ, docere volens ab ea, quam supra terrio loco posuerat, ioitium facit, ac reliquas postea adiuogit.

Πρῶτον μὲν τὴν ἀνθυπαλλαγὴν, ὡς ὅμηρος. Οἱ δὲ δύω σκόπελοι, ὁ μὲν οὐρανὸν εὐρὺν ἱκάνει: πολὺ γὰρ οὕτω μεγαλειότερον ἐναλλαγείσης πτώσεως, ἢ εἴπερ οὕτως ἔφη: τῶν δὲ δύω σκοπέλων, ὁ μὲν οὐρανὸν εὐρύν: συνήθως γὰρ ἐλέγετο: πᾶν δὲ τὸ σύνηθες μικροπρεπές. διὸ καὶ ἀθαύμαστον.

Primum quidem anthypallagen, vt Homerus. Οἱ δὲ δύω σκόπελοι, ὁ μὲν οὐρανὸν εὐρὺν ἱκάνει: *multo enim amplius sic immutato casu, quam si sic dixisset:* τῶν δὲ δύω σκοπέλων, ὁ μὲν οὐρανὸν εὐρύν: *ex consuetudine enim dictum esset: omne autem quod consuetudine fit pusillum est. vnde vacuum ab admiratione.*

Primnm igitur aothypallagen assumendam esse dicit. quam autem hoc nomine intelligat exemplo perspicitur: nec non verbis iofra positis, quæ vim ipsius explicant. summutationem scilicet casuum. nominandi nanq; casus numero multitudinis pro generandi casu eiusdem nnmeri positus illam formam efficit. neq; tamen omois immutatio casos figuram gignit, sed certæ tantum quædam: quæ in more scilicet sunt alicuius gentis, ac venustatem in se habent. Cicero hypallagen vocauit, cum summutantur verba pro verbis, vt fecit Enoius, cum horridam Africam terribili tremere tumultu dixit: pro Afris immutans Africam. rhetoras enim tradit illo modo appellare ipsam solitos: cum grammatici tunc metonymiam vocarent. quod nomina transferuntur. illi nomini Demetrius præpositionem adplicuit. videtur aotem propriè ἀνθυπαλλαγὴν dici debere, cum motua est immotatio hęc: quod in loco illo Homeri, qoem indicat (nisi fallor) vso oon venit. versos aotem, qnem adducit, est in xii. libro Odysseę: vbi Circę Vlyssi præmoostrat periculosa loca, quę ille io nauigando pręteruehi deberet: ac rationem docet iode elabendi, malorumqoe illorum euitandorum. Com enim geminos scopulos seorsom describere vellet, ac diuersam formam naioramqoe vtriusque pingere, primum communiter ioquit. Duo aotem scopuli: alter quidem io cælum peruenit: quod nouum fuit & inusitatum, cum consuetudo esset duorum scopulorum patrio casu dicere. inquit autem Demetrius, consiliom poëtæ patefaciens: simnlqoe laudans. Multo enim magnificentius, grandinsque id immutato casu dictum fuit, qoàm si hoc pacto dixisset. Duorum antem scopulorum alter quidem in cælum vsque peruenit. Causam verò afferens eins rei inquit. hoc enim modo consuetudioem imitatus esset, ac communem vsum loqoendi: quidqoid autem ex consuetudine est ac peruulgatum, idem humile & abiectum est. vnde non habet in se ad-

miraționem

mitationem vllam. Pindarus quoque in VIII. ode Olympiorum hunc Homeri locum adumbrauit, cum prodigium, quod Ilio statim condito extitit, commemoraret: inquit enim. Γλαυκοὶ δὲ δράκοντες ἐπεὶ κτίσθη, νέον πύργον ἐσαλλόμενοι τρεῖς, οἱ δύο μὲν κάππετον, αὖθι δ' ἀτυζόμενοι ψυχὰς βάλον, εἷς δ' ἀνόρουσε βοάσαις. interpres autem addidit, figuram illam esse Homericam: ad imitationemque huius versus conformatam, quem citat. Illud etiam Virgilii par huic esse perspicitur. Vrbem, quam statuo, vestra est: discedens enim quoque illicà consuetudine Latinus poëta comparauit non parum dignitatis ei loco, ob nouitatem ipsam. Cum autem supra Phalereus videatur affirmare in conformatione omnium trium illarum figurarum iterum eadem dici, quomodo id verum sit in anthypallage hac diligenter videndum: nam in duobus, quæ restant id manifestò fit.

Τὸν δὲ Νιρέα, αὐτόν τε ὄντα μικρόν, καὶ τὰ πράγματα αὐτοῦ μικρότερα, τρεῖς ναῦς καὶ ὀλίγους ἄνδρας, μέγαν καὶ μεγάλα ἐποίησεν, καὶ πολλὰ ἀντ' ὀλίγων, τῷ σχήματι διπλῷ καὶ μικτῷ χρησάμενος, ἐξ ἐπαναφορᾶς τε καὶ διαλύσεως: Νιρεὺς γάρ φησι, τρεῖς νῆας ἄγεν: Νιρεὺς ἀγλαΐης υἱός τε: Νιρεύς, ὃς κάλλιστος ἀνήρ: ἥ τε γὰρ ἐπαναφορὰ τῆς λέξεως ἐπὶ τὸ αὐτὸ ὄνομα τὸν Νιρέα, καὶ ἡ διάλυσις, πλῆθός τι ἐμφαίνει πραγμάτων: καίτοι δύο ἢ τριῶν ὄντων.

Nireum autem, ipsumque existentem paruum, & res ipsius magis paruas, tres naues & paucos homines, magnum ipsum & illas itidem magnas fecit: & multas ex paucis, figura duplici & mixta vsus, ex relatione & dissolutione: inquit enim Νιρεὺς τρεῖς νῆας ἄγεν: Νιρεὺς ἀγλαΐης υἱός τε: Νιρεύς, ὃς κάλλιστος ἀνήρ: *Relatio enim illius vocis ad idem nomen Nireum, & dissolutio, multitudinem quandam præ se ferunt rerum: & si illæ duæ, tres ve sunt.*

Cum Homeri documento probasset eam vim esse, quam dixerat, anthypallages; pergit declarare idem efficere alias non nullas figuras: artificiumq; poëtæ in cælum tollit. qui cum in animum inducebat aliquid ornare, atque amplificare dicendo, nihil erat tam tenue ac pusillum, cui non granditatem splendoremque plurimum acquireret. quod si fini suo consequendo: reique illi illustrandæ figura vna satis non erat, alteram etiam adiungebat. vt fecit cum Nireum celebrare voluit, atq; res eius exiles admodum augere. inquit igitur. Nireum verò, qui & ipse paruus erat: non corpore, sed opibus ac rebus gestis, quæ adhuc minores ipso erant: tres enim tantum naues ac paucos milites ad Ilium duxerat, magnum effecit: resque itidem illas è paruis magnas: & cum paucæ forent, multas, duplici lumine orationis: mixtoque ex repetitione dissolutioneque vsus: repetitionem enim hic voco, quam Græci ἐπαναφορὰν nominant. vt auctor rhetorices ad Herennium. Cicero autem in oratore his verbis videtur ipsam expressisse. Cum ab eodem verbo ducitur sæpius oratio. ponit autem initia trium illorum versuum, in quibus manebat figura: nec enim integros eos huc transfert, vt fecerat etiam ante ipsum Aristoteles in III. libro de arte dicendi: ille enim quoque industriam poëtæ in eo loco expoliendo significauit; non tamen, quod tradidit summus philosophus, captione etiam quadam illic vsum Homerum Demetrius ostendit: non enim id pertinet ad constructionem verborum, aptam amplitudini dicendi. Post exemplum autem, explicans illud magna diligentia, Phalereus inquit: Reuersio enim illa ad idem nomen Nireum, ac dissolutio: nam demptis coniunctionibus dissoluta plura illa sunt, multitudinem quandam præ se ferunt rerum, quamuis duæ tantum tres ve sint. Coniungebantur autem sæpe ab optimis oratoribus

bus hæ figure, vt à M. Crasso in Brutum, qui locus est in III. de Oratore. Brute quid sedes. quid illam anum patri nuntiare vis tuo? quid illis omnibus, quorum imagines duci vides? & quę sequuntur. & infra. Tu lucem aspicere audes? tu hos intueri? tu in foro; tu in vrbe, tu in ciuium esse conspectu? tu illam mortuam: tu imagines ipsas non perhorrescis? Non vno autem tantum eo in loco vsus est eximius poëta hoc præclaro lumine, sed multis: vt cum in primo Iliadis Vlyssem profectum ad reddendam patri Briseidem, cum Chrysam peruenisset exisse è naui, & quæ secum portarat, in terram exposuisse narrauit: illis enim quoque rebus, tenuibus sanè sua vi, eadem ratione splendoris aliquid & amplitudinis admouere voluit. huc igitur se contulit: ἐπαναφορᾷ tamen illic vsus, ne dum dissolutum eum locum relinqueret, potius coniunctionem semper, quæ à principio posita fuerat, vna cum præpositione repetiuit. Inquit igitur. ἐκ δ' εὐνὰς ἔβαλον. ἐκ δὲ καὶ αὐτοὶ βαῖνον. ἐκ δ' ἑκατόμβην βῆσαν, ἐκ δὲ Χρυσηῒς νηὸς βῆ. Sed etiam eo loco in antiquissimo exemplari legitur declaratio hæc, vna ex illis, quæ in virtutibus eius poetę illustrandis à veteribus Græcis notatæ fuerant. Ῥῆσις ἔχει ἀδεῶς ἡ τῆς προθέσεως ἐπαναφορά· τὸ δὲ σχῆμα ἐπανάληψις. nam. quin ornatus hic, cum ab eodem verbo ducitur sępe oratio, species quædam sit ἐπαναλήψεως, dubitandum non est. Cum verò, tanta cura in ea re posita, Homerus Nireum ornarit, qui non valde vtilis fuit illi bello: nec vllam vnquam egregiam operam in eo nauauit, nullo negotio intelligi potest id ipsum fecisse ob formæ commendationem. Species igitur corporis digna Homero visa est, quę tantopere celebraretur, quasi sola illa adæquaret cumulum multorum & magnorum bonorum.

Καὶ σχεδὸν ἅπαξ τοῦ Νιρέως ὀνομασθέντος ἐν τῷ δράματι, μεμνήμεθα οὐδὲν ἧττον, ἢ τοῦ Ἀχιλλέως, καὶ τοῦ Ὀδυσσέως: καί τοι κατ' ἔπος ἕκαστον λαλουμένων σχεδόν. αἰτία δ' ἡ τοῦ σχήματος δύναμις. εἰ δ' οὕτως εἶπεν: Νιρεὺς ὁ Ἀγλαΐας υἱὸς ἐκ Σύμης τρεῖς νῆας ἦγεν, παρασεσιωπηκότι ἐῴκει τὸν Νιρέα. ὥσπερ γὰρ ἐν ταῖς ἑστιάσεσι τὰ ὀλίγα, διαταχθέντα πως, πολλὰ φαίνεται, οὕτω κἂν τοῖς λόγοις.

Et ferme cum semel Nireus nominatus sit in poemate, recordamur illius nihilo minus, quam Achillis, & Vlyssis: & si illi in singulis pæne versibus appellati sunt. causa autem huius est figuræ vis. si autem sic dixisset. Νιρεὺς ὁ Ἀγλαΐας υἱὸς ἐκ Σύμης τρεῖς νῆας ἦγεν, *visus aliquo modo esset Nireum siluisse: quemadmodum enim in conuiuijs pauca, ordinata aliquo modo, multa videntur, sic & in oratione.*

Persequitur Demetrius eandem rem: virtutemque illius loci magis explanat. addens superioribus. Et cum semel fermè appellatus Nireus sit in eo opere (quamuis enim ter illo in loco nomen eius repetitum sit, perinde tamen est, si sententiam spectes, ac si semel ipsum prolatum foret: in aliis verò partibus Iliadis siletur) in memoria tamen nobis hæret non minus atque Achilles, & Vlysses, qui singulis pænè carminibus decantantur. causa autem inquit, huius rei est figuræ uis ac facultas incredibilis illuminandi res, quibus aspersa est. Diligenter hic attendenda est notio superioris nominis δράματι, quod ego hic restitui, cum antea legeretur γράμματι, in excusis libris. nam calamo exarati, quos vidi, omnes habent δράματι unde secutus ipsus sum: uidetur enim hic ualere poema totum atque Iliada. cum plerunque significet fabulam, quę imitetur agentes, idest tragœdiam aut comœdiam. Non me tamen fallit singulos Homeri libros ab inferioris ætatis grammaticis appellatos γράμματα, quia literis ordo illorum, numerusque indicatur. non tamen vniuersum opus hoc nomine uocatum unquam inueni. Efficere uerò geminatam illam figuram, ut resonet semper nobis Nirei nomen in auribus: ac nihil aliud, confirmare uolens, Demetrius,

trius, ſublatis illis luminibus: nudataque oratione omni illo ornatu idem exponit, hoc pacto. Si uerò ſic eam rem commemoraſſet. Nireus Aglaiæ filius ex oppido Syma tres naues duxit, ſilentio uiſus eſſet Nirei nomen prçteriiſſe. Addidit etiam ſimile huic rei illuſtrandç ualde aptum: idem in oratione uſu uenire affirmans, quod in conuiuiis: illic enim pauca fercula rectè atque ordine adpoſita, multa uidentur. idem igitur ordo conſtructioque concinna uerborum in oratione molitur. Prudenter autem re paſſim nota, & quæ oculis aſpicitur, quod multis ignotum & obſcurum eſt: atque animo tantum percipitur, explanare ſtuduit, ac lucem hoc pacto ei afferre. Nec exiſtimandum eſt humile & uiro graui indignum, qualis in primis noſter hic auctor fuit, ſimile hoc acceptum è menſa, ne dicam è culina: neque oportet ullo pacto politum hominem omnem rerum harum cogitationem abiicere. nec tamen, ut hoc probemus, uerumque eſſe doceamus, utemur exemplo Terentiano, qui manifeſto fecit hoc impurum hominem dicere: affirmareque fortes id milites decere, ſed clariſſimi ſpectatiſſimique uiri Pauli Æmilii, qui cum in bello ſe durum ſeuerumque admodum præbuiſſet, poſtea deuictis hoſtibus mirifice ſe Amphipoli, quo in oppido ludos magno apparatu fecit, exhilarauit, & ſui officii eſſe putauit in ſplendidiſſimo conuiuio menſam ornare: & ordinem omnem epularum, ut ſpectaculorum etiam illorum, monſtrare. adiungens etiam uocem, qua conuenire id ſibi magnopere declararet. hoc enim quoque memoriæ prodidit T. Liuius, qui totam rem narrauit. Vulgo dictum ipſius ferebant. & conuiuium ſtruere: & ludos parare, eiuſdem eſſe, qui vincere bello ſciret. Plutarchus in uita ipſius idem commemorauit, qui tamen addidit, quomodo vtraque res adeo diuerſa, ab eodem tractata, perſonæ ducis, imperatoriſque maxime conueniret: ac contrariam penitus rem in animis eorum ad quos ſpectaret, efficeret. Sed cur non uerba quoque ipſius ponamus, qui ſua ſponte illuſtrem, ornare etiam oratoriis feſtiuitatibus uocem eam ſtuduit. narrat igitur ſummum imperatorem dixiſſe illis, qui ſtudium ipſius diligentiamque in minutis illis rebus adhibitam, admirarentur, τῆς αὐτῆς εἶναι ψυχῆς, παρατάξεώς τε προστῆναι καλῶς καὶ συμποσίου. τὴν μὲν, ὅπως φοβερωτάτη τοῖς πολεμίοις· τὸ δὲ, ὅπως ὡς εὐχαριστότατον ᾖ τοῖς συνοῦσιν,

Πολλαχοῦ μὲν δὴ, τὸ ἐναντίον τῇ λύσει, ἡ συνάφεια μεγέθους αἴτιον γίνεται μᾶλλον: οἷον ὅτι Ἐστρατεύοντο Ἕλληνές τε, καὶ Κᾶρες, καὶ Λύκιοι, καὶ Πάμφυλοι, καὶ Φρύγες: ἡ γὰρ τοῦ αὐτοῦ συνδέσμου θέσις ἐμφαίνει τὸ ἄπειρον πλῆθος.

Multis tamen locis, quod eſt contrarium diſſolutioni, connexio magnitudinis cauſa potius fit. ceu Ἐστρατεύοντο Ἕλληνές τε, καὶ Κᾶρες, καὶ Λύκιοι, καὶ Πάμφυλοι, καὶ Φρύγες: *eiuſdem enim coniunctionis poſitio præ ſe fert infinitam quandam multitudinem.*

Cum oſtendiſſet exemplo Homerici loci diſſolutionem, quam vocant magiſtri dicendi, reddere orationem grandiorem: quamuis enim adiuta illic fuerit ab alia concinnitate, multum tamen & ipſa per ſe ualet ad amplificandum, in mentem ipſi uenit idem effici à contraria ratione. quare admonere id uoluit, cauſamque ipſius afferre, ne perturbaretur aliquis cum in legendo incideret in aliquem locum illo modo auctum atque exornatum: exiſtimaretque repugnare id ſuperiori præcepto. inquit igitur. multis tamen locis ſynaphia, quç forma dicendi eſt contraria diſſolutioni, cum ſcilicet ſuo loco ſemper poſitis coniunctionibus, coniuncte plura dicuntur, amplitudinis cauſa potius eſt. Exemplo autem ueteris ſcriptoris hoc confirmat. à quo plures gentes, coniunctionibus diſtinctæ, appellatæ deinceps fuerant. Ab Herodoto quoq; huiuſcemodi orationis exempla peti poſſent. vt cum in Polymnia inquit Siculos dicere, Gelonem ipſorum regem miſſurum fuiſſe auxilia in Græciam, niſi finitimo bello impeditus fuiſſet. manifeſtò enim illi timorem eius temporis augere debuerunt. vnde ſeruiuit egregie eorum uoluntati eruditus ſcriptor, qui in com-

memorandis copiis hostium ait. φοίνικας καὶ λιβύας καὶ ἴβηρας καὶ λιγύας καὶ ἰλουέργητας καὶ σπαρδόνας καὶ κυρηνίους τριάκοντα μυριάδας. Sed illud etiam T. Liuii artificium hoc olet. Cum enim apud ipsum T. Quinctius refellit orationem Ætolorum vanitatis plenam, qui augere volentes copias Antiochi regis, plura inauditaque multis nationum nomina appellauerant, imitans ipsos: rationemque quam illi secuti fuerant, retinens, inquit. Dacas, & Medos, & Cadusios, & Elimęos, Syros omnes esse: distincta enim singula illa nomina suis coniunctionibus & plures gentes illas videri faciunt: & in cunctis esse pondus non paruum, eximiamque virtutem bellicam. Ortum autem amplificationis illius indicans Phalereus: scrupulumque eum euellens ex animo lectoris, inquit. Eiusdem nanq; coniunctionis crebra positio præ se fert, ac monstrat infinitam quandam multitudinem rerum.

Τὸ δὲ τοιοῦτο κυρτὰ, φαληριόωντα, τῇ ἐξαιρέσει τοῦ καὶ συνδέσμου, μεγαλειότερον ἀπέβη μᾶλλον, ἢ εἰ εἶπεν. κυρτὰ καὶ φαληριόωντα.

Hoc autem ipsum, κυρτὰ, φαληριόωντα, *sublatione coniunctionis* καὶ, *amplius euasit, magis, quam si dixisset*. Κυρτὰ καὶ φαληριόωντα.

Orationem iunctam, ac crebris tanquam vinculis illigatam, docuit amplitudinem aliquando in se habere, atque illins rei rationem reddidit. nunc contrà Homeri loco ostendit acquisitam esse granditatem sublatione coniunctionis. est autem ille in XIII. libro Iliadis. vbi poëta impetum Troianorum militum, qui globo facto in hostes irruebant duce Hectore, similem esse inquit procellę irrumpenti in mare ac sęuissimos fluctus excitanti. aduersatur igitur hoc aliquo modo proximo pręcepto: quod enim illic monstratum est facere συνάφειαν, idem nunc declaratur effici dempta coniunctione. nec tamen idem omnino est, quod dissolutio: existit enim hęc figura, cum plures coniunctiones demuntur. cum autem leuiter repugnet illi commode hic tractatur ab accurato magistro. inquit igitur hoc ipsum verò Homericum κυρτὰ φαληριόωντα, sublatione coniunctionis καὶ grandius atq; amplius effectum est magis quàm si, coniunctione suo loco relicta, dixisset κυρτὰ καὶ φαληριόωντα. cum autem verba hęc plures habeant virtutes, infra etiam vbi de translatione disserit, hunc locum citat.

Τὸ μεγαλεῖον μέντοι ἐν τοῖς σχήμασι, τὸ μὴ δὲ ἐπὶ τῆς αὐτῆς μένειν πτώσεως, ὡς Θουκυδίδης. Καὶ πρῶτος ἀποβαίνων ἐπὶ τὴν ἀποβάθραν, ἐλειποψύχησέ τε: καὶ πεσόντος αὐτοῦ ἐς τὴν παρεξειρεσίαν: πολὺ γὰρ οὕτω μεγαλειότερον, ἢ εἴπερ ἐπὶ τῆς αὐτῆς πτώσεως οὕτως ἔφη. ὅτι ἔπεσεν ἐς τὴν παρεξειρεσίαν καὶ ἀπέβαλε τὴν ἀσπίδα.

Amplum sane est in figuris, neq; in eodem manere casu, ut Thucydides. Καὶ πρῶτος ἀποβαίνων ἐπὶ τὴν ἀποβάθραν, ἐλειποψύχησέ τε: καὶ πεσόντος αὐτοῦ ἐς τὴν παρεξειρεσίαν: *multo enim sic amplius, quam si in eodem casu sic dixisset, quod* ἔπεσεν ἐς τὴν παρεξειρεσίαν καὶ ἀπέβαλε τὴν ἀσπίδα.

Amplum quiddam etiam esse inquit, quod in figuris itidem numerandum est, neq; in eodem casu manere, sed non dum absoluta sententia ipsum, quo antea vsus fueris, variare. non videtur tamen idem hoc esse, atque illud quod supra vocauit anthypallagen: figura nanque illa non omni summutatione casus constat, sed eo modo tantum conformatur. cum latior sit hæc immutatio ac licentia. paritur autem granditas orationi hoc pacto propter duritatem, quam secum fert hęc subita superioris structuræ variatio. Thucydides autem stilo illi suo amplo, vt aliis tribus rationibus ser-

uiuit

uiuit, quod veteres magistri buius artis testati sunt, ita etiam nouitate ac multitudine buiuscemodi figurarum. vnde exemplum ab ipso petit. est autem locus in IIII. libro historiarum, vbi Brasidę Lacedæmonii, fortissimi ducis, mors narratur. qui cum vellet exire è naui, ab Atheniensibus, qui è terra pugnabant, interfectus est. Grauissimus igitur scriptor, cum à recto casu incepisset, ad obliquum transiit: generandique casu, quod sequitur, exposuit. Apud auctorem ita locus legitur, qui a Demetrio prima sui parte leuiter immutatus est, breuitatis, vt opinor, causa. καὶ τοὺς ἑαυτοῦ κυβερνήτας ἀναγκάσας ὀκεῖλαι τὴν ναῦν, ἐχώρει πρὸς τὴν ἀποβάθραν· καὶ πειρώμενος ἀποβαίνειν, ἀνεκόπη ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων· καὶ τραυματισθεὶς πολλά, ἐλιποψύχησε· καὶ πεσόντος αὐτοῦ ἐς τὴν παρεξειρεσίαν, ἡ ἀσπὶς περιερρύη ἐς τὴν θάλασσαν. & quę sequuntur. posita autem ea parte huius oarrationis, quæ necessaria fuit huic animaduersioni indicandæ, tradit Demetrius hoc pacto id prolatum, superiore scilicet casu neglecto, fuisse multo grandius quàm si illo custodito vt ostendit, dixisset. casum verò illum generandi mutat in tertiam personam verbi, qua ratione supra vsus fuerat. Videtur autem locus hic Sophoclis è primo choro Oedipi tyranni, si fides habetur optimo & antiquissimo libro, in quo ita legitur. πρῶτά σοι κικλόμενος θύγατερ Διὸς ἄμβροτ' Ἀθάνα & quæ sequuntur, eodem modo prolata. Τρισσοὶ ἀλεξίμοροι προφάνητέ μοι, similis esse Thucydidio illi: cum enim ordiatur à nominandi casu, desinit in casum dandi. vnde fortasse aliqui peccatum librarii hoc putantes, emendarunt, vt legitur in excusis, κεκλόμενος.

Καὶ ἀναδίπλωσις δέ που ἐργάσατο μέγεθος, ὡς Ἡρόδοτος. Δράκοντες δὲ πε φησὶν ἦσαν ἐν τῷ Καυκάσῳ μέγεθος· καὶ μέγεθος καὶ πλῆθος. δὶς ῥηθὲν τὸ μέγεθος ὄγκον τινὰ τῇ ἑρμηνείᾳ παρέχει.

Et conduplicatio alicubi effecit magnitudinem. vt Herodotus quodam loco inquit. Δράκοντες δὲ ἦσαν ἐν τῷ Καυκάσῳ μέγεθος καὶ μέγεθος καὶ πλῆθος: bis enim prolatum μέγεθος tumorem quendam locutioni attulit.

Quam supra primam attigerat, cum has verborum concinnitates partem esse compositionis probauit, extremam nunc aggreditur: docetque aliquibus in locis efficere ipsam orationem amplam. Non vbique autem hoc eam prestare, vt opinor, tradit, quia plerunque habet geminatio hæc verborum vim excitandi: valetque ad animos eorum, qui audiunt perturbandos. Accurate autem videndum est quam intelligat, ἀναδίπλωσιν vocans: multis nanque modis fieri potest conduplicatio: cum enim pluribus nominibus ab inferioris ætatis rhetoribus illæ distinctę sint παλιλλογίαν enim & ἀναδίπλωσιν & ἐπανάληψιν vocant, superiores vnam eandemq; rem omnibus his nominibus videntur appellasse, vt cuique visum fuit hanc formam notare. quod etiam testatus est Alexander quidam, qui Græcè scripsit περὶ σχημάτων: qui verò tempore consecuti sunt, minutiores in hac re partienda fuerunt. Demetrius multo post explicans formam dicendi, quam vocauit ἐπανάληψιν, eodem hoc nomine appellauit figuram, quę constat ex eodem verbo iterato, breui etiam voce interiecta, vt exemplum quod ponit declarat. nam hic cum repetatur idem verbum interposita coniunctione, non videtur penitus eodem modo prolatum. quin certe consilia diuersa fuerint scriptorum, vnde exempla posita sunt, in repetenda eadem voce, dubitari non potest. Æschines enim voluit commonere animos & accendere in aduersarium: Herodotus vero rem amplificare. qui tanquam se reprehendit, quod parum dixerit: neq; enim magnitudine tantum corporis, sed numero etiam multitudineq; reliquis serpentes illi pręstabant. Adiungit igitur Demetrius. Bis prolatum iteratumq; verbum μέγεθος, orationi molem quandam, granditatemque adportare. In antiquissimo libro prima uerba huius sententiæ uariata sunt: habet enim ille. ἀναδιπλώσας δ' ἴσως. Præterea cum citetur hic testis buius iterationis eiusdem verbi Herodotus, inuenire adhuc apud ipsum locum non potui.

Χρῆσθαι μέντοι τοῖς σχήμασι μὴ πυκνοῖς: ἀπειρόκαλον γὰρ καὶ παρεμφαῖνον τινὰ τοῦ λόγου ἀνωμαλίαν. οἱ γοῦν ἀρχαῖοι, πολλὰ σχήματα ἐν τοῖς λόγοις τιθέντες, συνηθέστεροι τῶν ἀσχηματίστων εἰσί, διὰ τὸ ἐντέχνως τιθέναι.

Vti sanè figuris oportet non crebris: ineptum enim & præ se ferens quandam orationis inæquabilitatem. prisci igitur, qui multas figuras in oratione posuerunt propius accedunt ad consuetudinem, quàm qui nunc nullis figuris vtuntur: quia artificiosè ipsas in oratione ponebant.

Indicatis Demetrius verborum figuris, quæ reddunt orationem amplam, vsum earum nunc tradit: docetque modum quendam in ipsis adhibendum esse. qui nanque crebris vteretur peccaret magnopere. cur autem frequentia illarum fugienda sit, & quid mali secum portet, declarat dicens. Est enim insulsa & puerilis res. & quæ refert inæqualitatem quandam orationis. Quod autem intelligit huiuscemodi est. partes orationis, quæ conspersæ sunt his quasi floribus, & spleudidissimæ & honestissimæ necessario sunt: reliquæ, vnde absunt hæc lumina, iacent & abiectæ videntur. hoc igitur efficit tanquam in via, corpore ve aliquo, inæqualitatem illam, quam vocat ἀνωμαλίαν: quod si illæ infrequentiores fuerint, afferunt dignitatem orationi: nec gignunt aliquid incommodi: neque enim videri potest tunc bona sui parte oranolu minosa, ceteris suis partibus obscurata. Addit autem; suadens nobis vt ipsos imitemur, antiquos oratores, quamuis multas figuras in orationem inseruerint; magis tamen accedere ad consuetudinem, communemque sermonem, quàm illi, qui penitus se ab illis abstinent. id autem, quod falsum videtur: nec fieri vllo pacto posse, merito ipsis euenisse tradit. quia summnm artificinm in boc adhibebant: falsum enim profecto videtur quempiam, qui rem gerat alienam à consuetudine: quamuis rectè atque ordine illam tractet, magis imitari consuetudinem, ac speciem ipsius retinere, quàm si illi se in ea ratione addiceret. Ἀσχηματίστους autem videtur vocare, vt multi erant ipsius ætate, quos obscure insimulat, oratores spoliatos hac concinnitate atque ornatu.

Περὶ δὲ συγκρούσεως φωνηέντων ὑπέλαβον ἄλλοι ἄλλως: ἰσοκράτης μὲν γὰρ ἐφυλάττετο συμπλέκειν αὐτὰ καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ: ἄλλοι δέ τινες ὡς ἔτυχε συνέκρουσαν, καὶ πάντα πάσι. δεῖ δὲ οὔτε ἠχώδη ποιεῖν τὴν σύνθεσιν, ἀτέχνως αὐτὰ συμπλέκοντα καὶ ὡς ἔτυχε: διασπασμῷ γὰρ τοῦ λόγου τὸ τοιοῦτον καὶ διαῤῥίψει ἔοικεν, οὔτε μὴν παντελῶς φυλάσσεσθαι τὴν συνέχειαν τῶν γραμμάτων: λειοτέρα μὲν γὰρ οὕτως ἔσται ἴσως ἡ σύνθεσις: ἀμουσοτέρα δὲ καὶ κωφὴ ἀτεχνῶς, πολλὴν εὐφωνίαν ἀφαιρεθεῖσα, τὴν γινομένην ἐκ τῆς συγκρούσεως.

De concursu autem vocalium alij aliter existimauerunt: Isocrates enim cauebat ipsas committere, & qui ab eo profecti sunt. Alij autem quidam, vt casus tulerat, commiserunt, & vsque quaque. Decet autem neque sonoram facere compositionem, temere ipsas committentem, & vt casus tulit: diuulsioni enim orationis hoc simile est & dissectioni: neque tamen penitus cauere continuationem litterarum: leuior enim sic erit fortasse compositio: eadem tamen suauitatis expertior & plane muta: cum multa vocis dulcedine priuata sit, quæ oritur ex concursu.

Quid

Quid sui iudicii sit de concursu litterarum vocalium diligenter tradit: cum enim graues scriptores in hac re longe aliter se gesserint, vt ostendit, res erat accurate considerandа. Primum igitur, qui tanquam scopulum aliquem, hunc concursum vocalium declinarint, exponit: deinde alios quosdam temere ac nullo metu offensionis, has litteras inter se committere solitos affirmat. statimque quid ipsi videatur de omni hac re declarat, vitio bonoque ipsius explicato: putat enim mediam quandam viam tenendam esse: vt reprehensione careamus: in quam merito incideremus, si nimios huiuscemodi concursus in orationem admitteremus: & id boni, quod in ipsa est, capiamus. Cum igitur magni auctores dissenserint inter se magnopere de concursu vocalium, Isocrates qui delectabatur leuore orationis, meritò fugiebat hunc concursum: impedit enim ac frangit leuorem illum. Demetrius qui eum recepit, intelligitur secutus fuisse suauem eum sonum, qui nascitur è duobus illis vocalibus: &, vt hoc potiretur, æquo animo passus est hiatum illum, & inæqualitatem compositionis. Nam Isocratem cane peius & angue, vt aiunt, reformidasse hunc concursum testatur etiam Plutarchus, qui iocatus est in hominem, qui tanta adhibita cura hoc faceret: inquit enim in libello, quo quæsiuit, vtrum maiorem gloriam Athenienses adepti essent bello, an studiis sapientiæ, cum de Isocratis vita & institutis disputasset: ipsumque semper occupatum fuisse in omni ornatu orationis exquirendo ostendisset, remotum toto animo à belli cogitationibus. Quomodo enim non sonitum armorum: phalangisque hiatum metuisset, qui tantopere vocalem cum vocali coniungere metuebat? & ne vnum membrum comprehensionis alio membro vna syllaba minus esset, reformidabat? Cicero in Oratore suo hunc locum leuiter tangit: eadem tamen quæ hic scriptor prima huius disputationis parte tradit: cum enim primo de omni concursu litterarum loqui cœpisset, non multo post transit ad concursum vocalium his verbis. Quod quidem Latina lingua sic obseruat, nemo vt tam rusticus sit, quin vocalis nolit coniungere. in quo quidem etiam Theopompum reprehendunt, quod eas litteras tantopere fugerit: & si id magister eius Isocrates, at non Thucydides. ne ille quidem haud paulo maior scriptor, Plato. & quæ sequuntur.

Cum autem concursus hic litterarum σύγκρουσις nunc ab ipso vocetur, σύμπληξις etiam aliquando ab eodem appellatur: eadem enim uis notioque est vtriusque nominis. Vnde hic significare volens Isocratem fugisse concursum hunc vocalium, vsus est uerbo συμπλήττειν: idem enim ipsum ualet quod συγκρούειν, idest committere inter se ac coniungere. expositis igitur diuersis rationibus ceterorum, quid facto opus sit in hac re præcipit. Officium autem oratoris est, ut ipse putat, neque efficere compositionem nimis canoram: quod prorsus præstabit, si temere coniunget litteras uocales: committetque ipsas inter se, vt casus fert. Canoram uocaui, quam ipse ἠχώδη appellat. idest quæ sonum grandem edat. nam efficere id concursum uocalium apertum est: ac præterea ipse id testatur prope extremum libri. vbi de leuitate orationis differit, eodem etiam hoc uerbo utens. inquit enim, ἐπεὶ πολλαχοῦ καὶ τὸ ἠχῶδες τῆς συγκρούσεως ἐστι ἀσθενέστερον. Subito autem, antequam alterum membrum afferat, quod iidem uitiosum est, culpam prioris rei exponens, ait. Hoc enim, crebro scilicet coniungere uocales in constructione verborum, simile est distractioni cuidam orationis: membra enim ipsius diuelluntur hiatu illo, & quasi in contrarias partes iaciuntur: hoc nanque videtur ualere quod addidit superiori verbo, καὶ διαρρίπτειν: illo nanque, idest διασπασμῷ, quasi dilaceratio quædam orationis intelligitur: hoc verò disiectio, & in contrarias partes tanquam eiaculatio. ut duobus his uerbis vim concursus huius vocalium, ac malum significarit: Hoc ipsum etiam videtur Cicero ostendere voluisse cum illo in loco ait. Sed Græci viderint: nobis, ne si cupiamus quidem, distrahere voces conceditur. Adiungit autem Demetrius, diuisionem absoluens. Neque tamen penitus cauere, reformidareque debemus coniunctionem harum litterarum: si nanque (ait) fugerimus concursum omnem vocalium, hoc pacto fortasse leuior compositio erit: quia hiulca, & interrupta fit oratio concursu hoc ipso: eadem tamen iniucundior, & vt libere aperteque loquar, muta: quæ orbata erit multa suauitate vocis, oriente ex illo ipso concursu. Animaduertendum autem Phalereum vocasse συνέχειαν γραμμάτων con-

cursum ipsum: tunc enim uocales aliquo modo hærent sibi ipsis, ac continentes sunt nulla consonante litera distinctę. idem etiam Cicero fecit, cum dixit neminem esse tam rusticum, quin vocalis nolit coniungere: ita enim legendum eum locum esse olim indicaui, cum contrario sensu in multis libris legatur. Qui vocalis. Hermogenes quoq; eodem pacto locutus est: & si de continuatione consonantium litterarum, non vocalium uerbo ipso usus est: dixitq; membra orationis συνέχεσθαι συμφώνοις, à quibus abesset concursus vocalium: cuiusmodi membra tradit efficere orationem pulchram. in quibus scilicet consonantes litterę consonantibus hærerent. verba ipsius hæc sunt, de membris vt dictum est, agentis. Μηδὲ ἐν συγκρούσεσί τισιν αὐτοῖς φαινομένων, ἀλλὰ συνέχοιτο πάντα ὅσα τοῖς συμφώνοις. Sed iterum etiam in iis, quæ sequuntur. Δι' ἃ ἴσως καὶ τὰ ἐπικρατοῦσιν οὐ μόνον τὰ κῶλα συνέχεται τοῖς συμφώνοις, ἀλλὰ καὶ πᾶς ὁ λόγος. Ἄμουσον vero Demetrius dixit compositionem, in cuius parte nulla fit concursio vocalium, quia est expers suauitatis illius, quę proficiscitur è sono earum literarum. infra etiam inquit, qui penitus tollat ex oratione concursum hunc vocalium, eximere inde omnem cantum ac musam, quare meritò vocata est ἄμουσος oratio, quæ passa hoc est: eandem etiam propemodum dici posse vult surdam translato verbo, vt apparet. Non videtur autem idem hic valere εὐφωνία, quod valet non multo post: hoc enim loco significat εὐφωνία suauem sonum: illic verò facilitatem pronunciandi. planamq; & æquabilem viam eius rei, omnis certe uocalium concursus utrunq; in se habet: cum enim gignat hiatum, affert necessario moram & cogit insistere: eodem tamen tempore efficit vocem suauiorem: sonus nanque duarum illarum uocalium est dulcis.

Σκεπτέον δὲ πρῶτον μὲν, ὅτι καὶ ἡ συνήθεια αὐτὴ συμπλέκει τὰ γράμματα ταῦτα τοῖς ὀνόμασι, καίτοι στοχαζομένη μάλιστα εὐφωνίας. οἷον, ἐν τῷ, Αἰακὸς καὶ χιών: πολλὰ δὲ καὶ διὰ μόνων τῶν φωνηέντων συντίθησιν ὀνόματα. οἷον Αἰαίη, καὶ Εὔιος: οὐδέν τι δυσφωνότερα τῶν ἄλλων ἐστὶ ταῦτα, ἀλλ' ἴσως καὶ μουσικώτερα.

Considerandum autem primum, quod & consuetudo ipsa coniungit litteras has in nominibus, & si illa studet in primis suauitati vocis. vt, in Αἰακὸς & χιὼν: multa autem & ex solis vocalibus componit nomina. ceu Αἰαίη, & Εὔιος: nihilo autem asperiora sunt alijs hæc, sed fortasse suauiora.

Probat multis modis peccare illos non parum, qui hunc concursum tantopere fugiunt: & cum ipse auctor fuerit oratoribus, vt modice hoc faciant, rationem simul sui consilii reddit. Vt igitur inquit intelligatur non esse hoc magnopere pertimescendum: animaduertendum in primis consuetudinem ipsam committere inter se litteras has in singulis nominibus, ac coniungere vocales cum vocalibus passim in conformatione verborum: neq; enim nunc loquitur de concursu extremæ partis antecedentis, ac primę consequentis nominis in constructione ipsorum. quod prorsus consuetudo non faceret, si intelligeret hoc vitiosum esse, ac reprehensione dignum: occurrit enim subito, ei, quod contra quispiam dicere potuisset. negligere peruulgatam rationem loquendi vocum suauitatem: ideoque non metuere hos hiatus, qui manifesto gignunt molestię plurimum ac difficultatis in dicendo, atque ait. Et si illa maxime propositam habet εὐφωνίας: idest facilem & iucundum leuemque sonum verborum: & omnia facit, vt eam consequatur. Exemplis autem vti volens, inquit. vt αἰακὸς & χιών: in ambobus enim his nominibus manifesta est concursio vocalium. Addit etiam, amplificans quod dixit. multa vocabula consuetudinem loquendi construere ac fabricare ex solis litteris vocalibus. ceu inquit αἰαίη, & εὔιος. Αἰαίη Circes epitheton est apud Homerum à loco. αἶα enim Colchorum oppidum vocatum est. posterioris exempli postrema litera consonans est, quamuis totum è vocalibus videatur

tur concretum esse debuisse. eo loco tamen illa posita est, vt non impleat geminum hiatum, qui est in eo nomine: ita autem à Græcis vocatum quoque fuisse Liberum patrem notum est. nec tamen inquit vocabula hæc ob id auribus molestiora sunt, quam alia, in quibus non est hic concursus. quin potius iucundiora, quamuis non omnino id affirmet: addidit enim ἴσως quod aduerbium & si propensus in eam opinionem est, ostendit tamen id ipsum non firmissime asseuerare. nam quin hiatus ille impedimenti non nihil ac moræ afferat dicenti, dubium non est. Quintilianus etiam hoc testatur his verbis. Tum vocalium concursus, qui cum accidit, hiat & intersistit & quasi laborat oratio. sed omnis quæstio est, an sonus dulcior, qui inde efficitur, compenset id malum,

Ταῦτα μὲν ποιητικά, οἷον τὸ Ἠέλιος, διῃρημένον καὶ συγκρουόμενον ἐπίτηδες, εὐφωνότερόν ἐστι τοῦ ἥλιος. καὶ τὸ Ὀρέων, τοῦ ὀρῶν: ἔχει γάρ τινα ἡ λύσις καὶ ἡ σύγκρουσις, οἷον ᾠδὴν ἐπιγινομένην. πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα ἐν συναλοιφῇ μὲν λεγόμενα, δύσφωνα ἦν: διαιρεθέντα δὲ καὶ συγκρουσθέντα, εὐφωνότερα. ὡς τό. Πάντα μὲν τὰ νέα καὶ καλά ἐστιν. εἰ δὲ συναλείψας εἴποις, καλἄστιν, δυσφωνότερον ἔσται τὸ λεγόμενον καὶ εὐτελέστερον.

Illa uero poetica, ἠέλιος, diuisum & concursum passum de industria suauiorem uocem habet quàm ἥλιος, et ὀρέων quàm ὀρῶν: habet enim quandam dissolutio & concursus, tanquam cantilenam adnatam. multa autem & alia in coitu litterarum dicta aspera erant: diuisa autem et concursum passa, suauiora facta sunt. ut illud. Πάντα μὲν τὰ νέα καὶ καλά ἐστιν: *Si uero extritis illis dixeris,* καλἄστιν, *asperius erit quod dicitur & humilius.*

Multum etiam hoc argumentum valet ad constituendum concursum vocalium litterarum: declarandamque voluptatem, quæ ex lepido illo sono percipitur: qui enim in primis studiosi sunt huius suauitatis, poetæ: nec vlli rei parcunt, vt oblectent aures eorum, qui audiunt. committunt inter se de industria uocales. quod institutum eorum probat positis exemplis; rationeque ipsorum explicata. inquit enim. Verba profectò non nulla propria poetarum, cuiusmodi est ἠέλιος, diuisum, & sono illo, qui ex concursu uocalium earum nascitur, auctum dedita opera, suauius est: atque elegantiorem uocem habet, quàm ἥλιος: simulque ὀρέων: quod idem passum est, suauius est, quàm ὀρῶν: habet enim inquit dissolutio illa, ac concursio vocalium (nam diuisa illa voce subito vocales coniunctę sunt) quandam tanquam cantilenam adnatam. Homerus autem fuit, qui cum milies mentionem fecerit solis, nomen, quo à Græcis ille vocatur, vna syllaba auxit, ac pro ἥλιος ἠέλιος fecit. vnde omnibus illis locis ex sono eius concursus aspergitur non parua suauitas. quod etiam qui diligenter omnia in eo poeta animaduerterunt veteres grammatici, testati sunt; affirmant enim semel tantum ipsum eo nomine τρισκαιδεκάκις vsum esse. Eadem ratio est nominis, quod sequitur, generandi casu positi; cum enim pluribus locis eo vsus sit poëta ὀρέων inquit pro ὀρῶν, studio eiusdem suauitatis pariendæ. vt cum in Iliade κατ' Ἰδαίων ὀρέων & ἀπ' Ἰδαίων ὀρέων diuersis temporibus cecinit. Adiungit Demetrius. præterea multa alia, quę cum extrita littera dicuntur, & vt grammatici loquuntur, synalœpham passa sunt, molestum sonum habent; eadem autem dirempta: commissisque vocalibus suauiora redduntur. Exemplo verò aliquo confirmare hoc uolens, inquit. vt illud. Πάντα μὲν τὰ νέα καὶ καλά ἐστιν: in extremo enim hic est concursus vocalium. Quod si inquit litteram extriueris: dixerisque καλἄστιν, insuauior erit oratio, atque humilior. Vnde perspicitur & suauitatis aliquid, & granditatis acquiri orationi diuisione illa eius syllabæ, concursuque vocalium. Quintilianus in IX. libro, de compositione

positione verborum & ipse differens, συναλοιφὰς huius mentionem fecit. inquit enim. Nam & coeuntes litteræ, quæ συναλοιφαὶ dicuntur, etiam leniorem faciunt orationem, quàm si omnia verba suo fine cludantur. Idem autem præcipit illic Quintilianus, quod Cicero etiam in Oratore, loco, quem supra indicaui, tradit: cum enim ostenderet quæstionem hanc de concursu litterarum non oportere se diligentius illic persequi, inquit. Sed Græci viderint. nobis, ne si cupiamus quidem, distrahere voces conceditur. indicant orationes illæ ipsę horridulæ Catonis: indicant omnes poetæ: ipse enim quoq; auxilio synalœphæ significauit remedium adhiberi huic malo, quam videtur dicere in Latino sermone pronuntiando perpetuam fuisse, vt cum extrema littera vocalis cum prima coniungeretur, in vnam coirent. vt patrio nostro in sermone fit, cum tamen ambæ scriberentur. id autem cognosci potuisse ostendit ex orationibus Catonis: nec non monimentis omnium poëtarum, quorum carmina dum in suos pedes rediguntur, in omni coniunctione vocalium hoc patiuntur. præterquam cum metri causa hoc faciunt: id enim significare voluit Cicero, cum ait. Præter eos, qui vt versum facerent, sæpe hiabant. nam exempla etiam posuit huius hiatus ac diuisionis. Vt Næuius. Vos qui accolitis Histrum fluuium, atque Algidam. & ibidem. Quam nunquam vobis Grai atque Barbari. At Ennius semel. Scipio inuicte. & quidem nos. Hoc motu radiantis etesiæ in vada Ponti. Adiungens vero. Hoc idem nostri sępius non tulissent, quod Græci laudare etiam solent, intellexit (vt opinor) quod nunquam consuetudo sermonis patiebatur, concedebatur poëtis, vt facerent: raro tamen, quia crebro vsurpatum, reprehensum atque explosum fuisset. cum Gręci, vt narrat, non solum ferant, sed etiam laudent. vt qui magis illo tanquam cantu delectarentur. Animaduertendum autem cum Demetrius docuerit multos locos, vbi contractio fit, esse iniucundiores: contraque eosdem diiunctos, littera, quę prius extrita erat, restituta, suaues: Ciceroq; affirmarit consuetudinis Romanæ esse contrahere vocales, quæ tamen & ipsa, vt idem multis locis testatus est, sequebatur vocum suauitatem atque elegantiam, quomodo hæc non repugnent? An Græci capiebantur cantu illo & suauitate vocis magis quàm Romani? vel potius tantopere leuitatem pronuntiationis amabant: hiatu autem illa, concursuque vocalium impeditur. vt æquo animo carerent voluptate, quę ex sono illo capitur: dummodo leuem orationem haberent. cuius etiam iudicii videtur fuisse Isocrates,

Ἐν αἰγύπτῳ δὲ καὶ τοὺς θεοὺς ὑμνοῦσι διὰ τῶν ἑπτὰ φωνηέντων οἱ ἱερεῖς, ἐφεξῆς ἠχοῦντες αὐτά: καὶ ἀντὶ αὐλοῦ, καὶ ἀντὶ κιθάρας τῶν γραμμάτων τούτων ὁ ἦχος ἀκούεται ὑπ' εὐφωνίας. ὥστε ὁ ἐξαίρων τὴν σύγκρουσιν, οὐδὲν ἄλλο, ἢ μέλος ἀτεχνῶς ἐξαίρει τοῦ λόγου καὶ μοῦσαν. ἀλλὰ περὶ τούτων μὲν οὐ καιρὸς μηκύνειν ἴσως

In Aegypto autem & deos septem uocalibus sacerdotes celebrant, deinceps ipsas sonantes & pro tibia, & pro cithara litterarum harum sonus auditur ob suauitatem uocis; quam in se habent. quapropter qui eximit concursum, nihil aliud, quàm cantum eximit ex oratione & musam. uerum de his fortasse non tempus est producere sermonem.

Ab auctoritate nunc sacerdotum Ægyptiorum argumentum ducit Demetrius: instituto que ipsorum prolato, docet non esse fugiendum concursum vocalium: illi enim inquit cum cantu celebrare deos volunt, septem litterarum vocalium sono id faciunt. deinceps ipsas edentes. & cum aliæ gentes tibia, lyraq; eo tempore vtantur, illic pro musicis his instrumentis litterarum harum sonus auditur ob vocis elegantiam ac suauitatem. Quare inquit, eruditam disputationem concludens contra illos, qui

concursum

concursum vocalium pethorrescebant, qui eximit ex oratione concursum, nihil aliud quàm cantilenam & musam inde eximit. Non est autem alienum à simili, quo vsus est, vt iudicium suum confirmaret, quod musæ nunc mentionem facit. nam erudita illa natio sacerdotum, vt memoriæ prodidit Orus, qui diligenter rationem scribendi eorum interpretatus est, cum musas ostendere volebat, digitos duos litteris septem vocalibus insignitos notabat. quasi in illis consisteret omnis suauitas vocum ac modulatio. Vnde Græci quoque scriptores, qui de arte musica præcepere, attigerunt et ipsi mirificam voluptatem percipere aures è sono vocalium litterarum: ipsasq; subtiliter congruere docuerunt, totidem vocibus musicæ artis: qua omni de re copiosius disputauit Pierius Valerianus in suis commentariis in hieroglypha hæc, quæ summo studio ornauit: ac varia multipliciq; doctrina referfit. nam idem etiam huius loci Demetrii, quem in manibus habemus: vt valde accommodati proposito suo, mentionem fecit. Posset etiam aliquis ex hoc (vt opinor) loco non insulsè suspicari, libellum hunc à Demetrio scriptum fuisse, cum pulsus Athenis Alexandriam se contulit: præterquam enim quod otium illud præcipue huiuscemodi scriptionibus accommodatum fuit, tunc maxime mores & instituta illius gentis animaduertere potuit: atque in mentem ei venire, quod cotidie in fanis delubrisq; Ægyptiorum fieri videbat, huic commentario mandare; quid enim aliis temporibus ipsi cum moribus eius nationis? quæ vehementer abhorrebat ab institutis Græcorum? aut quomodo valde aptum ad fidem faciendam: idque quod tradebat illustrandum erat, quod in tam longinqua regione fiebat. Sed, vt dixi, hæc opinio mea est, profecto non firma, neque certa: quæ tamen non nihil prodest cum aliis multis coniecturis, ad declarandum hoc verum opus esse Demetrii illius summi viri in rep. regenda, ac magni oratoris; si tamen coniecturis nunc certare oportet, cum omnis res, de qua tanta lis olim fuit, explorata nunc videatur. Addit autem ad extremum Demetrius, quasi significans tam accuratam de his rebus disputationem non fuisse valde affinem suo consilio. Verum de his non est tempus nunc longiorem sermonem habere.

Ἐν δὲ τῷ μεγαλοπρεπεῖ χαρακτῆρι σύγκρουσις παραλαμβάνοιτ' ἂν πρέπουσα, ἤτοι διὰ μακρῶν, ὡς τὸ, Λᾶαν ἄνω ὤθεσκε: καὶ γὰρ ὁ στίχος μῆκός τι ἔσχεν ἐκ τῆς συγκρούσεως: καὶ μεμίμηται τοῦ λίθου τὴν ἀναφορὰν καὶ βίαν. ὡσαύτως καὶ τὸ: μὴ ἤπειρος εἶναι, τὸ Θουκυδίδειον. συγκρούονται καὶ δίφθογγοι διφθόγγοις. Ταύτην κατῴκισαν μὲν Κερκυραῖοι; οἰκιστὴς δὲ ἐγένετο.

In magnifica autem nota concursus adhiberi potest aptus, siue per longas vocales. vt illud. Λᾶαν ἄνω ὤθεσκε: *etenim versus longitudinem quandam habuit ex concursu: & imitatus est lapidis illam in superiora loca lationem & vim in ea re positam. Eodem pacto & illud.* μὴ ἤπειρος εἶναι. *Thucydideum. concurrunt & diphthongi cum diphthongis.* Ταύτην κατῴκισαν μὲν Κερκυραῖοι: οἰκιστὴς δὲ ἐγένετο.

Cum ostenderit repudiari nullo modo debere concursum vocalium, sed vtilem sæpe illum esse, atque orationi aptum: bonaque eius explicarit, cum pluribus modis fiant hi concursus, quis eorum amplæ magnificæque notæ conueniat, nunc declarat: traditque eum, qui ex longis vocalibus fiat, huiuscemodi esse: sonus enim ille grandior, ac productio temporis, quæ nascuntur commissis inter se litteris illis, habet amplitudinem. Quia autem sunt duæ vocales longæ, η & ω magnum, prius exemplum constat ex concursu duorum ω, petitum ex vndecimo libro Odysseæ: necyiaque ipsa: vbi narrat Vlysses, vidisse se apud inferos pœnam Sisyphi, qui è valle manibus saxum in editiora montis trudebat, qua in re exponenda optimus poëta; & qui cuncta, quæ commemora-

commemorabat, ante oculos eorum, qui audiebant pæne ponebat, aptissima compositione verborum vsus est: ac quæ declararet tarditatem temporis, conatumque Sisyphi. inquit enim. λᾶαν ἄνω ὤθεσκε ποτὶ λόφον. Videtur autem Demetrius attendere concursum, qui fit ab extrema littera prioris vocis: primaque consequentis. nam concurrunt etiam in primo verbo huius versus eędem syllabæ. inquit igitur. Etenim versus longitudinis non parum habuit à concursu illo: & imitatus est saxi illius aduerso monte impulsum, nec non contentionem totius corporis Sisyphi: durissimumque laborem, quem sustinebat. Laudauit etiam magnopere artificium poëtæ illo loco Eustathius: compositionemque eam indicare tradidit difficultatem illius operis infinitam: coniunctione enim earum litterarum impediri celeritatem orationis. Alterum exemplum est in vocali η, sumptum è sexto libro Thucydidis. quo loco Siciliæ magnitudinem descripsit: addit enim, cum tanta sit insula illa, exiguo freto dirimi ipsam à continenti: viginti que stadiorum interuallo maris impediri, ne & ipsa continens sit. ponit autem tantum verba Phalereus, in quibus concursus est. nam plenus locus apud auctorem hic est. καὶ τοσαύτη οὖσα ἐν εἴκοσι σταδίων μάλιστα μέτρῳ τῆς θαλάσσης διείργεται τὸ μὴ ἤπειρος οὖσα. Dionysius in libro de compositione verborum, cum sonum litterarum vocalium ponderaret, affirmauit omnium vocalium ᾱ: cum producta fuerit, in primis ingenti voce pronuntiari: cuius rei statim rationem reddidit, dicens: editur enim aperto ore fere: spirituque sursum ad palatum tendente: secundum locum η obtinere dixit: tertium verò ω: quorum omnium etiam diligenter causas attulit. nam Demosthenem, cum augere vocem volebat, solitum committere inter se duo ᾱ ᾱ: sonituque huius litteræ repetitæ ferire aures totius concionis, pluribus exemplis comprobari potest. vt cum in prima, quæ nunc inscribitur contra Philippum inquit, accusans Athenienses ignauiæ ac torporis. ἐν δὲ τοῖς περὶ τοῦ πολέμου καὶ τῆς τούτου παρασκευῆς ἄτακτα, ἀόριστα, ἀδιόρθωτα ἅπαντα. nec non in tertia. ἀλλ' ἅπαντα ταῦτα ἀχρεῖα, ἄπρακτα, ἀνόνητα ὑπὸ τῶν πωλούντων γίγνεται. Huiuscemodi etiam illud manifesto est in causa Ctesiphontis: studuit enim vocem illam exaudiri, quæ tantopere dignitatem eius commendabat & quam omni ratione auxerat. μᾶλλον δ' εἰ οὐκ ἄνδρα μόνον Θετταλὸς καὶ οὐκ ἄνδρα Ἀρκάδα ταὐτὰ φρονοῦντα ἔσχεν ἐμοί. & quæ sequuntur. Non igitur concursionem vocalium, vt vitiosam, fugit Demosthenes: quod memoriæ prodidit Cicero, sed ipsam cum res poscebat, studiose sectabatur: in hoc enim, vt in reliqua omni parte compositionis, subtili indicio utebatur: ac quod tempus postularet sedulo faciebat: sed liberat culpa Ciceronem, quod magna ex parte addidit: raro enim contigit, vt huiuscemodi aliquid faceret: & cum fructum nullum magnum ferebat hic hiatus orationis, libenter eum declinabat. Adiungit autem Demetrius fieri etiam concursus è diphthongis. quod iisdem exemplo declarat Thucydidis è primo libro. quo loco Epidamni situm describit. de origine enim quoque eius vrbis loquens, ea verba ut ostendit Phalereus construxit. concursus autem diphthongorum ubi fit manifesto apparet.

Ποιεῖ μὲν οὖν καὶ τὰ αὐτὰ μακρὰ συγκρουόμενα μέγεθος, καὶ αἱ αὐταὶ δίφθογγοι: αἱ δ' ἐκ διαφόρων συγκρούσεις ὁμοῦ καὶ μέγεθος ποιοῦσι καὶ ποικιλίαν ἐκ τῆς πολυηχίας. οἷον Ἠώς. ἐν δὲ τῷ Οἴλεω, οὐ μόνον διάφορα τὰ γράμματά ἐστιν, ἀλλὰ καὶ οἱ ἦχοι: ὁ μὲν, δασύς: ὁ δὲ, ψιλός. ὥστε πολλὰ ἀνόμοια εἶν.

Efficiunt igitur & eadem littera concurrentes magnitudinem, et eadem diphthongi. concursus autem qui fiunt ex diuersis simul & magnitudinem efficiunt & varietatem ex illo plurium vocalium sono. ceu Ἠώς. *in illo autem* Οἴλεω, *non tantum diuersæ litteræ sunt, verum etiam soni: hic quidem, grauis: hic autem, tenuis: adeo vt multa dissimilia sint.*

Repetis

Repetit quod factum adhuc est, easdem scilicet vocales longas, cum concurrunt, efficere amplitudinem: nec non easdem etiam diphthongos: additque, qui fiunt ex diuersis vocalibus concursus eodem tempore & magnitudinem & varietatem gignere. quæ vatietas nascitur ex mulntudine illa cousutioneque vocum: πολυηχίαν enim vocat geminum illum sonnm, qui editur è duàbus vocalibus concurrentibus. sine mnltiplicem, si fuerint diphthongi. Deleui antem particulam negandi. quæ in ceteris editionibus antecedebat verbum πολυηχίας. & quia perturbare visa mihi est omnem sententiam: & quia cognoui ab antiqnissimo libro ipsam abesse, qnamnis in aliis foret. Exemplum autem ponere volens Demetrius huius concursus, illum in vno nomine monstrauit ἠὼς: coniunguntur enim manifesto in eo duæ litterę η & ω. ambæ longæ. vnde amplæ formæ conuenit hic concursns. qui nanque è duabus breuibus: aut ex breui & longa fit, non est valde aptus huic notæ. vnde huiuscemodi omnis concursus nunc omittitur: quod aliquo modo indicauit etiam Quintilianus, cum ait. Minus peccabit, qui longis breues subiiciet: & adhuc qui præponet longę breuem, minima est in duabus breuibus offensio. Cum enim peccare ille pnteteum, qui hiulcam orationem efficit, minus peccaturum dicit, qui has coniunget. quia teniorem sonum ednnt. vnde etiam hiatus minor est. Adiungit autem Demetrius in nomine υἱῶ non tantum diuersas litteras esse, verum etiam sonos discrepantes: cum alter eorum aspiratus sit: alter vero attennatus. quare inquit snnt illic multa dissimilia. quæ scilicet gignunt varietatem. Cum autem tradat in vno verbo υἱῶ esse dinersos sonos: nec tamen appareat illic nisi aspiratus, admonent grammatici in singulis syllabis natura extare aliquem sonum, & si moris non est notare illos, nisi in primis litteris nominis.

Καὶ ἐν ᾠδαῖς δὲ τὰ μελίσματα ἀπὸ τοῦ ἑνὸς γίνεται τοῦ αὐτοῦ μακροῦ γράμματος, οἷον ᾠδῶν ἐπεμβαλλομένων ᾠδαῖς. ὥστε ἡ τῶν ὁμοίων σύγκρουσις μικρὸν ἔσται τι ᾠδῆς μέρος καὶ μέλισμα. περὶ μὲν δὴ συγκρούσεως καὶ ὡς γίνοιτ᾽ ἂν μεγαλοπρεπὴς σύνθεσις, λελέχθω τοσαῦτα.

Et in cantilenis utique melismata ab una fiunt eadem longa littera: tanquam cantilenis adplicatis cantilenis. quapropter similium concursus, parua quædam erit cantilenæ pars & melisma. De concursu quidem & vt fieret magnifica compositio, tot dicta sunto.

Explicatis concursibns, qni è diuersis litteris fiunt: in quorum etiam non nnllis discrepantes præterea soni sunt, vt docuit, redit ad declarandnm quanta vis sit concursus illius similium litterarum, cum longæ scilicet illæ sint: neqne enim hic agit de vllis concursibus. similique vtitur. dicens. Et in odis etiam, quæ vocantur μελίσματα res plena suauitatis, ab vna nascuntur eadem littera longa, repetita scilicet, tanquam inquit cantilenis qnibusdam cantilenis adnexis atqne adplicatis. Elici autem hinc aliquo modo potest, quid fuerit in vetere arte mnsica cantuque μέλισμα: certa cognitione huius rei vetustate obruta: videtur enim tanquam pusilla quędam ode fuisse, quę extra adplicaretur corpori maioris odes. illa autem speciem & similitudinem qnandam longioris cantus excitari consueuisse voce productæ vocalis repetitæ. Dionysius in vita Lysiæ oratoris longe aliud, nisi fallor, μελισμὸν appellauit. vbi narrat multas res inueniri suanes & elegantes, quarum ratio ac vis non facile verbis tradi & explicari possit. vt probet mirum nemini videri debere, si venustatis Lysiæ fontem & originem monstrare non valet, cum res ipsa plana sit: inquit enim. λέγω δὲ τὴν καλλονὴν μὲν σωμάτων τί ποτέ ἐστι τοῦτ᾽ ἐστὶν ὃ καλοῦμεν ὥραν· τῶν κινήσεως δὲ μελισμοῦ, καὶ πλοκῆς φθόγγων, τί λίχνευμα τὸ ἐμμελές. & quę sequuntur. qnamuis antiqnum etiam librum viderim in quo scriptum est μιλῶν pro μελισμοῦ. Adiungit autem Demetrius, concludens omnem

omnem rationem. Quare similium vocalium concursus pusilla quędam erit cantilenę pars, & μέλισμα: nam verbis, quæ antecedunt musicam hanc vocem, exprimere (vt opinor) voluit vim ipsius: sunt enim illa tanquam declaratio quædam eius, nec tamen non adposuit in extremo verbum ipsum, quo musici rem illam proprie vocare consuerant. Ad finem autem se peruenisse huius disputationis de concursu vocalium: nec non traditum omne esse, quod in coniunctione verborum positum pertinet ad notam magnificam & amplam, ostendit. Quomodo amplitudo comparari orationi possit, alia ratione nunc declarabit.

Εστι δὲ καὶ ἐν πράγμασι τὸ μεγαλοπρεπὲς, ἂν μεγάλη καὶ διαπρεπὴς πεζομαχία, ἢ ναυμαχία, ἢ περὶ οὐρανοῦ, ἢ περὶ γῆς λόγος: ὁ γὰρ τοῦ μεγάλου ἀκούων πράγματος, εὐθὺς καὶ λέγοντα οἴεται μεγάλως λέγειν, πλανώμενος: δεῖ γὰρ οὐ τὰ λεγόμενα σκοπεῖν, ἀλλὰ πῶς λέγεται: ἔστι γὰρ καὶ μεγάλα μικρῶς λέγοντα, ἀπρεπὲς ποιεῖν τῷ πράγματι. διὸ καὶ δεινούς τινάς φασιν. ὥσπερ καὶ Θεόπομπον, δεινὰ οὐ δεινῶς λέγοντα.

Est autem & in rebus magnificum, si magna & illustris pedestris, vel naualis pugna: vel de cælo, vel de tellure sermo est: qui nanque amplam audit rem, statim & dicentem putat ample dicere, errans: oportet enim non quæ dicuntur attendere, sed quomodo dicuntur: licet enim & ampla exiliter dicentem, quod rei minime conueniat, facere. quare & graues quosdam dicunt, vt Theopompum, qui grauia non grauiter dicit.

Cum ostenderit iam, quæ compositio verborum apta sit formæ dicendi magnificę & amplæ, transit nunc ad docendum, quæ res apta materia sint huius amplitudinis. alterum enim hoc est eorum, in quibus positam esse amplitudinem docuit. affirmat igitur si explicarit orator magnam aliquam insignemque, aut pedestrem, ant naualem pugnam, siue verba fient ab eo de cælo, aut de terra, tunc necessario, quomodocunque dixerit, visum iri orationem illam amplam. atque id fallacia quadam, erroreque magno animi eorum à quibus sit auditus, vt indicat ipse his verbis. Qui nanque rem amplam verbis exponi audit, ilico arbitratur & eum qui dicit ample dicere: vtiqne ratione, quę conueniat naturæ illius rei, peccans, & à vero aberrans: hoc enim manifesto valet verbum πλανώμενος: ita crebro vsurpatum ab optimis auctoribus, traductumque ab erroribus corporis ad animi errores: oportet enim inquit qui rectum iudicium facere vult de amplitudine orationis, non res ipsas, quę dicuntur, solum attendere, verum rationem etiam modumq;, quomodo illæ dicuntur expendere: fieri enim potest inquit vt aliquis, res amplas tenuiter disserens, faciat quod nullo modo conuenit illi rei: nec decet. Hoc autem verum esse facile cognoscetur infra, cum de hoc vino diligenter disputabit: nam peccari sæpe numero hoc pacto declarat, quod Cicero in hac re positam esse eloquentiam putat, si quis semper id quod decet seruet: atque in hac re recte se atque ordine gerat. Verba enim hæc ipsius sunt ex oratore. Is erit ergo eloqnens, qui ad id, quodcunque decebit, poterit accommodare orationem. quod cum statuerit, tum vt quidque erit dicendum ita dicet: nec satura, ieiune: nec grandia, minute: nec item contrà. sed erit rebus ipsis par, & æqnalis oratio. Adiungit autem Demetrius hunc errorem hominum Theopompo Chio, cuius supra exemplum posuit, asciuisse nomen grauis ac vehementis scriptoris, qualem Gręci δεινὸν vocant. qui tamen, si vere existimatus foret, huiuscemodi non erat. quamuis enim res graues atrocesque exponeret, cum tamen dissolute delicateque ipsas tractaret; adhibitis omnibus lenociniis orationis, talis haberi

non

non debuit: neque enim in rebus ipsis posita est δεινότης, quę appellatur. sed in modo viaque, qua illæ res traduntur, ornatus autem concinnitasque orationis minime ipsi apta sunt.

Νικίας δ' ὁ ζωγράφος, καὶ τοῦτο εὐθὺς ἔλεγεν εἶναι τῆς γραφικῆς τέχνης οὐ μικρὸν μέρος, τὸ λαβόντα ὕλην εὐμεγέθη γράφειν, καὶ μὴ κατακερματίζειν τὴν τέχνην εἰς μικρά. οἷον ὀρνίθια, ἢ ἄνθη, ἀλλ' ἱππομαχίας καὶ ναυμαχίας. ἔνθα πολλὰ μὲν σχήματα δείξειεν ἄν τις ἵππων: τῶν μὲν, θεόντων: τῶν δὲ, ἀνθισταμένων ὀρθῶν: ἄλλων δὲ, ὀκλαζόντων: πολλοὺς δ' ἀκοντίζοντας, πολλοὺς δὲ καταπίπτοντας τῶν ἱππέων: ᾤετο γὰρ καὶ τὴν ὑπόθεσιν αὐτὴν μέρος εἶναι τῆς ζωγραφικῆς τέχνης· ὥσπερ τοὺς μύθους τῶν ποιητῶν. οὐδὲν οὖν θαυμαστὸν, εἰ καὶ ἐν τοῖς λόγοις, καὶ ἐκ πραγμάτων μεγάλη μεγαλοπρέπεια γίνηται.

Nicias autem pictor, & hoc statim dixit esse pingendi artis non paruam partem, vt cum cepisset materiam satis grandem pingeret, & non concideret artem in paruas res. vt auiculas vel flores, sed equestres & nauales pugnas. vbi multas quidem figuras ostendere aliquis posset equorum: quorum, hi currerent: hi autem, recti starent: alij vero, in genua prociderent: & equitum ipsorum multos iaculantes: multos autem decidentes ex equis: putabat enim & argumentum ipsum partem esse pictorum artis, quemadmodum fabulas poetarum. nihil igitur mirum est, si in oratione, & ex rebus parta fuerit multa magnificentia.

Vtitur similibus aliarum artium idest picturæ ac poetices, vt probet acquiri orationi amplitudinem à rebus ipsis: illic enim manifesto hoc contingit: in pictura autem hoc vsu venire declaras testimonio summi artificis Nicię Atheniensis: ille enim, vt commemorat Demetrius, solitus erat dicere non paruam partem eius artis esse, vt opifex sumpta materia satis ampla se ad pingendum conferret: neque concideret artem operamque suam in opera minuta. vt auiculas, aut flores: & tanquam ipsam in frusta secaret. Sed contra in equestres naualesque pugnas, quale argumentum si ceperit, docet eum magnam facultatem habiturum explicandi præcepta artis: & varietate etiam ipsa oblectandi animum spectatoris. inquit igitur. Vbi, idest in quo argumento (intelligit autem pugnam equestrem) præclarus aliquis artifex ostendere posset multas equorum formas. quorum non nulli currant: alij vero anterioribus pedibus sublatis erigantur. quidam contra genibus flexis procumbant: hoc enim valet τῶν μὲν ὀκλαζόντων: verbum enim ὀκλάζειν hunc habitum corporis ostendit. Sophocles in Oedipo Coloneo, cum de calamitoso illo sene sermo esset, qui tandem extra fanum Eumenidum consederat, ita loquentem chorum induxit, monstrantem & ipsum rationem modumque, quo in summo illo lapide commode, nec violans sacrum locum, vt antea fecerat, manere posset. λίχριος γ' ἐπ' ἄκρου λᾶος βραχὺς ὀκλάσας. Aratus preterea in phænomenis simulacrum illud describens, quod ἐνγόνασιν periti siderum vocant, verbo hoc ipso vsus est. τὸ δ' αὔτ' ἐν γονάσι κεκμηὼς ὀκλάζοντι ἔοικεν. Sententiam autem illam ita Cicero vertit. Engonasin vocitant, genibus quia nixa feratur. Variis figuris equorum demonstratis Demetrius, indicat in grandi illa materia futurum etiam, vt distinguat actus equitum ipsorum: cum eorum multi tela coniiciant in hostes: multi etiam ex equis dilabantur. Hæc verò omnia summa arte expressa fuisse in tabulis illis, quas narrat Cicero Syracusis ex æde Mineruæ sustulisse C. Verrem, cum tantopere celebret id eximium opus, existimare licet: pictorque ille, quicunq;

fuerat,

fuerat, multum in hoc viderat: secutusque indicium Niciæ fuerat. verba Ciceronis hæc sunt. Pugna erat equestris Agathoclis regis, in tabulis picta præclare: his autem tabulis interiores templi parietes vestiebantur: nihil erat ea pictura nobilius: nihil Syracusis, quod magis visendum putaretur. Sed etiam Leonardus Vincius, magno ingenio præditus pictor, huiuscemodi pugnam apud nos in grandiore Curia, quę noua olim vocabatur, nunc vetus est, pingere incœperat, cum summa omnium, qui viserent admiratione, in qua itidem varii, quos describit Demetrius, motus equorum equitumque spectari adhuc possunt: & si illa multis iniuriis affecta, magna ex parte nunc corrupta deletaque est. Exposita varietate operis, declarataq; facultate, quam præclaram habiturus sit artifex, nata ex amplitudine rei, quam suscepit pingendam, redit ad opinionem ipsius Niciæ explicandam: iudiciumque confirmandum, atque inquit. Putabat enim & argumentum ipsum partem esse artis pictorum. eadem ratione, qua fabula etiam, idest rerum coagmentatio, nondum ornata: neq; industria poetæ expolita, pars est poetarum. Quam vocauit Demetrius ὑπόθεσιν, argumentum dixi: vt enim Græco illo verbo, quo passim appellantur comœdiarum, tragœdiarumque argumenta, significantur etiam materiæ pictorum, ita quoque Latino ambæ eædem res ostenduntur. nam Virgilius argumentum iugens dixit, & Cicero. Ex ebore diligentissime perfecta erant argumenta in valuis, idem omnino intelligentes, quod hic Phalereus ὑπόθεσιν vocauit. nam quin alterum illud valeat etiam argumentum in Latino sermone dubitare non possumus. Constitutis autem iam similibus: cumque planum factum sit adiuuari magnopere argumentorum granditate & picturam, & poesin, concludit totam rationem hoc pacto. Mirum videri non debere, si orationi etiam ipsi non mediocris amplitudo acquiritur ex rebus ipsis, quæ exponuntur. Paucis vero absoluit Demetrius, quod ostendere voluit: aptis tamen valde ad id declarandum. quare transit ad vnum quod restabat explicandum. quę verba scilicet apta sint huic formæ magnificæ tractandæ. nam in singulis etiam verbis multum positum est, ad amplum stilum reddendum.

Τὴν δὲ λέξιν ἐν τῷ χαρακτῆρι τούτῳ περιττὴν εἶναι δεῖ καὶ ἐξηλλαγμένην, καὶ ἀσυνήθη μᾶλλον: οὕτω γὰρ ἕξει τὸν ὄγκον: ἡ δὲ κυρία καὶ συνήθης, σαφὴς μὲν ἀεί: τῇ δὲ καὶ εὐκαταφρόνητος.

Locutionem autem in nota hac eximiam esse oportet & immutatam, & extra consuetudinem magis: sic enim habebit tumorem: propria autem & ex consuetudine locutio, plana quidem semper erit: & hac de causa abiecta.

Cum docuerit, quæ innctura verborum apta sit notę amplæ: nec non quæ res & tanquam materia conueniat ipsi, quod tertium erat aggreditur. quæ locutio eidem congruat. intelligit autem delectum singulorum verborum, ex quibus conformetur oratio, quæ respondeat amplitudini superiorum rerum. Inquit igitur. dictionem ipsam, ac phrasin in hac forma dicendi oportere esse prętantem, atque eximiam: & in multis partibus immutatam, discrepantemque à consuetudine ac communi vsu loquendi. cuius præcepti statim rationem reddit, dicens. Hoc enim pacto habebit molem ac granditatem. Habere verò in se granditatem id quod eximium est inter cetera: egrediturque peruulgatam rationem, patet. à contrario tamen Demetrius idem etiam confirmauit his verbis. Locutio vero, quæ suis propriisque rerum singularum vocabulis vtitur: sequiturque consuetudinem, est sanè semper aperta & plana: neque enim eripere ei volumus bonum, quod eius proprium est: hac tamen de causa, & quia iam plana est, abiecta putatur: nec habet in se quicquam dignitatis.

Πρῶτα μὲν οὖν μεταφοραῖς χρηστέον: αὗται γὰρ μάλιστα καὶ ἡδονὴν συμβάλλονται

λοῦσι τοῖς λόγοις, καὶ μέγεθος· μὴ μέντοι πυκναῖς, ἐπεί τοι διθύραμβον ἀντὶ λό-
γου γράφομεν· μή τε μὴν πόῤῥωθεν μετενηνεγμέναις, ἀλλ' αὐτόθεν, καὶ ἐκ τοῦ ὁ-
μοίου. οἷον ἔοικεν ἀλλήλοις στρατηγὸς, κυβερνήτης, ἡνίοχος· πάντες γὰρ οὗτοι ἄρχον-
τές εἰσιν. ἀσφαλῶς οὖν ἐρεῖ καὶ ὁ τὸν στρατηγὸν κυβερνήτην λέγων τῆς πόλεως, καὶ
ἀνάπαλιν ὁ τὸν κυβερνήτην, ἄρχοντα τῆς νεώς.

Primum igitur translationibus vtendum est: hæ nanque maxime & voluptatem adportant orationi, & magnitudinem: non tamen crebris, quia dithyrambum pro oratione scribimus: neque tamen longe translatis, sed ex se, & ex simili. ceu similes sunt inter se imperator, gubernator, auriga: cuncti enim hi præfecti sunt. tuto igitur dicit & qui imperatorem gubernatorem dicit ciuitatis, & contra qui gubernatorem, præfectum nauis.

Tradit oratorem, qui notæ dicendi amplæ seruire vult: discedereque à communi ac vulgari ratione loquendi, in primis vti debere translationibus. cuius rei statim causam affert hoc pacto. Hæ nanque & voluptatem adportant orationi, & magnitudinem. cum igitur delectent eum, qui audit: & genus dicendi grandius efficiant, sunt libenter asciscendæ. quia tamen bona etiam obtinnt, si modus in illis nullus teneatur, admonet ne crebris translationibus, frequentibusque vtamur. ostenditque in quod vitium incideremus, si capti suauitate earum, nobis in eo non moderatemur. quia enim inquit si hoc faceremus, obliuisceremur personam nostram, ac finem. nam pro soluta oratione scriberemus dithyrambum: non solum carmen, sed audax & iam licentiæque plenum carmen: ac quod pęnè totum constat è verbis translatis. Huius carminis, quod intemperantet se vesti t omni genere ornatus, meminit Cicero in III. libro de Oratore: necnon Horatius in ode quadam. Scrupulum, qui exoritur hoc loco iam indicaui, & quomodo euelli posset, admonui in commentariis meis in librum Aristotelis de arte poetarum. ille nanque putat translationes accommodatas esse senariis iambicis: iuncta vero dupliciaque verba dithyrambis, contra iudicium huius nostri scriptoris. sed, vt dixi, cum illic de hoc disputarim, inde, quid sentiam de hac inter doctissimos auctores quasi controuersia quadam, accipi volo. Aliud prætera indicat Phalereus, quod cauendum sit. ne corrumpatur vtilitas, quæ percipitur ex hoc ornatu verborum: docet enim non debere quoq; nos vti translationibus longe ductis: verum ex ipsa illa re, & à simili. Diligenter autem attendendum est, quid intellexerit, præcipiens ne vtamur translationibus longe ductis: nam Cicero quoque idem fieri oportere significauit, in III. libro de Oratore his verbis. Deinde videndum est ne longe simile sit ductum, exemplis autem ille declarauit, quid significarit: sequitur enim apud eum. Syrtim patrimonii, scopulum libentius dixerim: Charybdim bonorum, voraginem potius: facilius enim ad ea, quæ visa, quàm ad illa, quæ audita sunt, mentis oculi feruntur. nec exemplis solum hoc patefecit, sed etiam causa, quam eius animaduersionis attulit: spatium enim loci significauit, & interuallum magnum terrarum. cum porius videatur Demetrius admonere, ne res nimis natura distantes sequamur, sed in illo ipso rerum genere maneamus & à simili demum verba mutuemur. Exemplis etiam Demetrius explanauit præceptum suum accurate, adiungens verbi causa. Similes sunt inter se, pętor, gubernator, auriga. Similitudinem autem antequam exemplum explicaret, confirmauit cum ait. Omnes enim hi imperium habent, ac regunt: reip. nanque dux ciuitatem regit: gubernator nanim: (Græcis enim proprie κυβερνήτης est: gubernator Latinis, qui summam potestatem in naui habet, vt Cicero quoque in V. libro de rep. suo verbo vsus fuerat, cum inquit. Vt enim gubernatori, cursus secundus: medico, salus: imperatori, victoria: sic huic moderatori reipublicę, beata ciuium vita proposita est.) auri-

 ga

ga verò regit equos, vt nomen etiam ipsum indicat, quo appellatur Græco sermone: à tenendis enim ille moderandisque habenis vocatus est. Addit autem Demetrius constituta similitudine: Tuto igitur, & sine vllo metu lapsionis dicet, qui prætorem: intelligo autem summum magistratum, appellabit gubernatorem ciuitatis: & contrà gubernatorem dicet prætorem, præfectumque nauis. mutauit autem Phalereus nomen; cum enim supra στρατηγὸν dixisset, nunc eundem appellat ἄρχοντα. idem enim valent: στρατηγὸς nanque cum significet crebro ducem exercitus, valet etiam, vt acceptus est à Demetrio, summum magistratum in ciuitate, quem Athenis ἄρχοντα vocare consuerant. vnde Cicero in libro de Fato cum tempus ostenderet, quo fato functus est Epicurus, verbum Græcum retinuit. Morietur enim inquit Epicurus, cum duo & septuaginta annos vixerit archonte Pytharato: ita enim passim loqui solitos Atticos exemplis scriptorum historiæ intelligitur. Animaduertendum autem, cum inquit, omnes hos, quos appellauit, esse ἄρχοντας, videri ipsum ostendere translationes has esse à specie ad speciem: sic enim vocauit Aristoteles, cum duabus pluribusue partibus unius alicuius rei existentibus, una aliqua pro altera sumitur: & contra etiam, cum usus postulat, fit: cum tamen planum sit, hæc verba translata ἐκ τοῦ ἀνάλογον esse: eadem enim ratio, quæ est prætoris ad ciuitatem, gubernatoris est ad nauim. quod etiam vere de auriga dicitur: par enim ipse quoque est ambobus illis in eo munere obeundo, quod sustinet. An nihil vetat translationes etiam has, quę proprie uocarentur ἐκ τοῦ ἀνάλογον, id etiam in se habere, quod à Demetrio traditum est in his ipsis contineri: cum enim quando aliquis vocat fundamentum alicuius ædificii carinam: aut contra, certo teneatur proportionem illarum rerum secutum eum esse, non est tamen dubium, quin ambę illæ res species sint alius rei, id est soli ac firmamenti. cum autem Demetrius supra dixit hęc verba ducta esse ἐκ τοῦ ὁμοίου, ut opinor, intellexit: declarareque uoluit, in illis similitudinem hanc rationis spectatam fuisse. Eodem pacto perspicitur Homerum transtulisse uerbum, cum uocauit Agamemnonem ποιμένα λαῶν: nec Agamemnonem solum, sed alios etiam aliquando reges, vt Dryantem: Similes nanque sunt veri reges: dignique amplissimo illo nomine, pastoribus: qua enim cura pastores tuentur greges suos, & quacunque re possunt iuuant, eadem reges eos, qui ipsis parent, commodis omnibus ac bonis afficere debent.

Οὐ πᾶσαι μέντοι ἀντιαποδίδονται, ὥσπερ αἱ προειρημέναι, ἐπεὶ τὴν ὑπώρειαν μὲν τῆς Ἴδης πόδα ἐξῆν εἰπεῖν τὸν ποιητήν· τὸν δὲ τοῦ ἀνθρώπου πόδα, οὐκέτι ὑπώρειαν εἰπεῖν.

Non omnes tamen mutuo redduntur, quemadmodum prædictæ, quia ὑπώρειαν quidem Idæ licuit pedem dicere poetæ: hominis autem pedem, non amplius licet ὑπώρειαν dicere.

Cum ostendisset superiores translationes conuerti, potuisset aliquis arbitrari hoc semper licere: nec vllam extare translationem, quæ non tanquam retro ageretur: hunc igitur errorem quibusdam non valde peritis eripere conatur, affirmans id perpetuum non esse: exemplo etiam quod tradit declarans. id autem huiuscemodi est. In imam partem Idę montis licuit Homero appellare πόδα. id est pedem translato uerbo. nam suum propriumq; eius rei nomen est ὑπώρεια. non tamen concederetur ei, si pedem hominis vocasset ὑπώρειαν: id enim non solum rem illam non illustrasset, sed etiam caliginis multum ipsi attulisset, & nullo modo aptum illic fuisset. non uno autem loco in Iliade translatione hac usus est Homerus, ac pedem montis dixit, vt cum in catalogo Troianorum inquit. Οἳ δὲ Ζέλειαν ἔναιον ὑπαὶ πόδα νείατον Ἴδης. & alibi. πάντες δὲ σείοντο πόδες πολυπιδάκου Ἴδης. nam alterum etiam uerbum, quod proprium illius rei est, & non à corpore animantium similitudine sumptum, à poeta usurpatum est.

Επεὶ

Ἐπὰν μέντοι κινδυνώδης ἡ μεταφορὰ δοκῇ, μεταλαμβανέσθω εἰς εἰκασίαν: οὕτω γὰρ ἀσφαλεστέρα γίνοιτ' ἄν. εἰκασία δ' ἐστὶ μεταφορὰ πλεονάζουσα. οἷον εἴ τις, τότε τῷ Πύθωνι τῷ ἐρρωμένῳ ῥέοντι καθ' ὑμῶν προσθεὶς εἴποι, ὥσπερ ῥέοντι καθ' ὑμῶν: οὕτω μὲν γὰρ εἰκασία γέγονε καὶ ἀσφαλέστερος ὁ λόγος: ἐκείνως δὲ μεταφορὰ καὶ κινδυνωδέστερος. διὸ καὶ Πλάτων ἐπισφαλές τι δοκεῖ ποιεῖν, μεταφοραῖς μᾶλλον χρώμενος, ἢ εἰκασίαις: ὁ μέντοι Ξενοφῶν, εἰκασίαις μᾶλλον.

Postquam igitur periculosa translatio visa fuerit, conuertatur in imaginem: sic enim tutior erit. imago autem est translatio exuperans, vt si quis ad illud, τότε τῷ Πύθωνι τῷ ῥήτορι ῥέοντι καθ' ὑμῶν, adposita particula dicat, ὥσπερ ῥέοντι καθ' ὑμῶν: sic enim imago extitit & tutior est oratio: illo autem modo translatio & periculosior est. Quare Plato quiddam in lubrico positum videtur facere, qui translationibus potius vtitur, quàm imaginibus: Xenophon uero, potius imaginibus.

Verba translata quemadmodum delectant, cum probantur auribus eorum, qui audiunt, ita contra si dura sunt, atque insolentia, molestiam exhibent. Cum igitur vt fructus magnos ferunt, ita etiam obesse possint, opera danda est, vt bono, quod in ipsis est, vtamur sine malo. id autem obtinebitur, si cum visa nobis fuerit translatio aliquid periculi in se habere, mutabitur in breuem imaginem, quę εἰκασία vocatur. ne autem quempiam fallat cuiusmodi imago hæc sit, definit illam: esseque εἰκασίαν ait translationem, cui superest aliquid. sed etiam exemplo vim eius explanat, ponens locum Demosthenis ex oratione illa præclara pro Ctesiphonte, in quo cum translatio apud auctorem sit, addita particula ὥσπερ, reddita est illa pro translatione imago: Pythonem enim Byzantium, volubilem oratorem, qui magno impetu verborum inuectus est in Athenienses, ob similitudinem fluminis ῥέοντα dixit. idest fluentem: quę translatio est. quod si quis particula illa adiuncta, dixerit ὥσπερ ῥέοντα, erit adhuc translatio, sed abundans, non simplex, cui nomen impositum est εἰκασία à Græcis, imago à Latinis. id autem aperte tradit Phalereus vbi inquit. Hoc enim pacto imago illa facta est: oratioque munitior, & ab omni offensione tutior: illo autem modo translatio: magisque periculis expositum genus dicendi. Vt autem Demosthenes cursum illum oratoris, quo ferebatur: celeritatemque orationis ostendere volens, dixit oratorem illum eo tempore fluxisse, sumpto verbo ab aquis, rapidoque aliquo amne, ita Homerus, cum Nestoris suauissimam vbertatem ponere ante oculos studeret, eodem confugit, multoque anteuidit similitudinem harum rerum. notus enim est ille versus, quem verbum ex verbo expressit etiam Cicero. Τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή. nam Horatium eodem pacto, cum tamen vituperare vellet, de Lucilio dixisse Cum flueret lutulentus, exploratum est. Hinc etiam intelligi manifesto Demetrius affirmat (est enim hoc tanquam corollarium quoddam) Platonem in lubrico versari, qui frequentet suis in sermonibus quiddam, quod sæpe inuenit reprehensores, cum potius vtatur translationibus quàm imaginibus. contra autem Xenophontem, vt in ceteris rebus semper sedulo ipsi aduersatus sit, ita de hac re longe aliter sentire ac diuersam rationem sequi, qui libentius imagines vsurpat. Ita autem crebris vtitur translationibus Plato ac sæpe etiam liberis, vt non defuerint, qui ipsum eo nomine acriter accusarint: vt testatur Dionysius Longinus, qui commemorat etiam quibus vitiis affines ipsas esse illi dicere soliti sint: & quàm temere ac sine modo vllo ipsum eas vsurpasse putarint. nec tamen ille cum ipsis omnino sentit: propriumque esse iudicat sublimium naturarum audere aliquid in dicendo & indulgere sibi: contraque nihil unquam magnum expectari posse ab illis, qui nimis accurate subtiliterque

omnia existiment ac singula verba momentis suis ponderent, nimisq; demum quam oporteat timeant quam libet prolapsionem. omnis profectò hæc erudita quęstio de translationibus ab eo diligenter, eruditeque eo loco tractata est. Demosthenes in eadem illa egregia oratione pluribus huiusceemodi imaginibus vsus est. vt cum ait. ὅτ᾽ ἀπὸ τούτῳ τῷ καιρῷ ῥᾶστ᾽ ἐξαίφνης ἐκ τῆς ἡσυχίας ὥσπερ πνεῦμα, ἢ ψεκάς: nec non οὐχὶ οἱ αὐτοὶ κατακράτους τούτους ὥσπερ θηρίαμοι προσβαλόντων. præterea aliis locis. Sed etiam Isocrates in libro, quem scripsit ad Philippum, cum ait, omnes suasuros esse illi facere, quæ simul & voluptates eximias, & honores perpetuos tanquam fructus, latura sint. verba diligentissimi scriptoris hæc sunt. Τίς δ᾽ οὐκ ἂν τῶν καὶ μετρίως λογίζεσθαι δυναμένων, ταύτας αὐτοῖς μάλιστα παραινέσειε προαιρεῖσθαι τὴν πρᾶξιν τὰς ἀμφότερα σοι φέρειν δυναμένας ὥσπερ καρποὺς, ἡδονάς τε ὑπερβαλλούσας, καὶ τιμὰς ἀλήξους ἀεὶ πλείους. Apud Ciceronem quoq, plurimę huiusceemodi imagines inueniuntur: nec in orationibus tantum, sed etiam in reliquis ipsius scriptis. vt cum propè extremum Bruti inquit. Sed te intuens Brute doleo, cuius in adolescentiam, per medias laudes, quasi quadrigis vehentem, transuersa incurrit misera fortuna reipublicæ. item in oratore. Est enim illa quasi nutrix eius oratoris, quem informare volumus. nec non cum in epistola ad Lucceium ait. Secernas hanc quasi fabulam, rerum euentorumque nostrorum. Sed finem iam faciam exemplorum. vndequaque autem multa occurrunt.

Ἀρίστη δὲ δοκεῖ μεταφορὰ τῷ ἀριστοτέλει, ἡ κατ᾽ ἐνέργειαν καλουμένη, ὅταν τὰ ἄψυχα ἐνεργοῦντα εἰσάγηται καθάπερ ἔμψυχα, ὡς τὸ ἐπὶ τοῦ βέλους. Ὀξυβελὴς καθ᾽ ὅμιλον ἐπιπτέσθαι μενεαίνων, καὶ τὸ Κυρτὰ, φαληριόωντα: πάντα γὰρ ταῦτα, τὸ φαληριόωντα καὶ τὸ μενεαίνων, ζωτικαῖς ἐνεργείαις ἔοικεν.

Optima autem videtur translatio Aristoteli, quæ in actu manet: indeque appellatur, cum res inanimæ agentes aliquid inductæ fuerint, tanquam animales. vt illud de telo, Ὀξυβελὴς καθ᾽ ὅμιλον ἐπιπτέσθαι μενεαίνων, *& illud,* Κυρτὰ, φαληριόωντα: *omnia enim hæc, illud* φαληριόωντα, *& illud* μενεαίνων, *vitalibus actionibus similia sunt.*

Cum de translationibus accurate differat, qua de re subtiliter eruditeq; antea Aristoteles disputarat, quod optimum ipsarum genus summus ille doctor indicarit, ostendit, dicens. Optima autem videtur Aristoteli translatio, quæ vocata est κατ᾽ ἐνέργειαν. ipse autem interpretatur quid valeat κατ᾽ ἐνέργειαν: docetque ita appellatas esse, cum res inanimæ, sensuque carentes, inductæ fuerint aliquid agentes, vt compotes animi, sensuque præditæ. vtitur autem vno exemplo huius translationis loco Homeri è quarto libro Iliadis, vbi poeta commemorat Pandarum coniecisse sagittam in Menelaum, & minute describit conatum illum sagittarii: vel potius ante oculos omnia eorum, qui legunt, ponit. cum igitur in extremo antecedente versu ὀϊστὸς positum foret, primum verbum consequentis epitheton illius est, quod declarat velocitatem ipsius cursus. exemplum nanque in postremo eius carminis verbo est. altero vero, quo supra etiam vsus fuerat, cum dissoluta membra docuit, demptis coniunctionibus amplificare orationem. alium igitur illic ornatum nunc indicat. contentus autem fuit duobus his Demetrius, cum plura è diuino illo poemate sumpserit Aristoteles. Quin etiam ipse legi scholion veteris alicuius docti viri in antiquo exemplari, quod ostenderet illud αἷμα κελαινὸν ἐρωήσει περὶ δουρί, eodem pacto à poëta prolatum esse. tanquam enim spectari posse sanguinis impetum illum, qui per omnes partes spiculi effunderetur. vnde affirmat has esse voces illas, quas apud eum poetam Aristoteles animales esse diceret. Adiungit autem Demetrius. Vniuersa enim hæc. illud inquam φαληριόωντα: nec non illud μενεαίνων, similia sunt actionibus vitalibus. idest propriis animantium: rerumque vita præditarum. Significat autem φαληριόωντα albescentia,

tia, cum eius coloris sint fluctus excitati ventis vehementioribus, ac spumam agentes: κύματα enim vocabulum est, quod rem valet, vnde nomina illa apta sunt. μενεαίνων item cupiens, & acri desiderio illius rei faciendæ impulsus: nam vitili genere dicitur vocabulum illud, quo sagitta Græco sermone appellatur. Quintilianus quoq; de hoc genere translationis his verbis disputauit. Præcipueque ex iis oritur mira sublimitas, quæ audaciæ proxima periculo translationis attollitur, cum rebus sensu carentibus actum quendam & animos damus. qualis est: pontem indignatus Araxes. & illa Ciceronis. Quid enim tuus ille districtus in acie Pharsalica gladius agebat? cuius latus ille mucro petebat? qui sensus erat armorum tuorum?

Ἔνια μέντοι σαφέστερον ἐν ταῖς μεταφοραῖς λέγεται καὶ κυριώτερον, ἤπερ ἐν αὐτοῖς τοῖς κυρίοις. ὡς τό. Ἔφριξεν δὲ μάχη: οὐ γὰρ ἄν τις αὐτὸ μεταλαβὼν διὰ κυρίων, οὔτ' ἀληθέστερον εἴποι. οὔτε σαφέστερον: τὸν γὰρ ἐκ τῶν δοράτων κλόνον, γινόμενον τούτοις ἠρέμα ἦχον συνεχῶς, φρίσσουσαν μάχην προσηγόρευσεν.

Quædam tamen planius in translationibus dicuntur & magis proprie, quàm in ipsis proprijs. vt illud, ἔφριξεν δὲ μάχη: non enim ipsum quispiam pro illo sumptis proprijs, aut verius, aut planius diceret: stridorem enim illum, qui è spiculis exoritur inquam in ipsis sonum continenter, φρίσσουσαν μάχην appellauit.

Docet nunc non nullas translationes ita aptas esse, vt res, quas significant planiores reddant, quàm si suis illæ propriisq; vocabulis exponerentur: id autem confirmat exemplo Homeri è libro XIII. Iliadis, qui ostendere volens (vt accipit locum Demetrius) remissum quendam sonum: eundem tamen iugem ac sine intermissione, qui in prœlio a spiculis lanceisque exoritur, ἔφριξεν μάχη inquit. idest cohorruit pugna. Verbum proprium illius rei, vt ostendit Phalereus, est κλόνος Græco sermone, quod verbum, quia fortasse poeticum est: certe infrequens, ipse declarat atq; explicat: verba enim illa, quæ supra expressi: γινόμενον τούτοις ἠρέμα ἦχον συνεχῶς, interpretationem esse puto. quamuis, vt inferioris ætatis scriptores fecerunt, [διαλεγόντι præpositum illic non sit: ita nanque veteres auctores sępe locutos exemplis non nullis confirmaui in commentariis in libros Aristotelis de arte dicendi: qui autem accurate leget scripta illius philosophi, inueniet multis aliis locis ita eum locutum, vt Demosthenem quoque. Altero autem illo nomine vsus est idem poëta in v. libro, ita canens. Βᾶ δ' ἴμεν ἄν τε μάχην, καὶ ἀνὰ κλόνον ἐγχειάων, nec non verbo inde conformato κλονεῖσθαι, quod valet, vt grammatici testantur, ὀρίνεσθαι. Affirmat autem Demetrius, si quis relicto uerbo translato pro illo proprium sumpserit, fieri non posse vt verius id exponat, aut planius, vnde confirmatur quod proposuit: non nulla planius verbis translatis dici, ac magis proprie, quam verbis illius rei propriis. hoc verò videtur fieri non posse, atq; olet hyperbolen: quod enim translatum est, proprium nullo modo est, nedum vincat illa ipsa re illud, cui vere conuenit id nomen. magis autem proprie dici translata inquit, quàm propria, quia melius eorum munere funguntur. eodem autem pacto locutus est elegans hic scriptor supra eum ait, laudans veteres oratores, qui recte vti, locoque didicerant luminibus orationis. οἱ γὰρ ἀρχαῖοι πολλὰ σχήματα ἐν τοῖς λόγοις τιθέντες, συνηθέστεροι τῶν ἀσχηματίστων εἰσί, διὰ τὸ ἐντέχνως τιθέναι. Idem etiam, quod hic tradit Demetrius, præcepit Cicero in III. de oratore: atque illustribus exemplis confirmauit. exponebat autem ille plura tempora, quibus translationibus vti oportebat. Sed ea transferri oportet, quæ aut clariorem faciunt rem, vt illa omnia. In horrescit mare: Tenebræ conduplicantur: noctisque & nimbum occęcat nigror. & quæ sequuntur: nec enim totum locum vetusti poëtæ ponam: satis sit ipsum indicasse: addit autem illic Cicero ad extremum. Omnia ferè, quo essent clariora, translatis per similitudinem

verbis

verbis dicta sunt. Quod verò poëta hic mare inhorrescere dixit translato verbo, erat id quoque in vsu soluti sermonis, vt testimonio hoc Ciceronis intelligimus, citato à Nonio è primo libro de republica. Sed vt ille qui nauigat, quum subito mare cœpit horrescere. Sed T. quoque Liuius, vt Homerus φρίξαι μάχην, ita ipse phalangem horrere dixit, ad eandem rem clariorem reddendam apte translato verbo. est enim il la non tantum par, similisque, sed omnino eadem, vnde etiam quętere illic licet, significatus ne sit à Latino scriptore sonus ille, quem hastæ, cum intenduntur, edunt, an tantum ipsarum erectionem, vt videtur, monstrare voluerit, quia tunc phalanx refert animantem aliquam, in cuius corpore periculo magno propinquo, hoc contin gat: pilique omnes erigantur ac stent, vt aprum aut erinaceum facere videmus, quæ res vt in ipsis metu obiecto fit, ita illis qui lædere eas voluerint timorem iniicit. verba T. Liuii hæc sunt. Deinde disiecerunt phalangem, cuius confertæ, & intentis horrentis hastis, intolerabiles vires sunt. Nam quod prædicat historicus hic de robore, ac firmitate phalangis: & si hoc præter rem est, iam antea à Polybio memoriæ proditum fuerat, qui tradidit ipsam, cum aptum sibi locum nacta est: & non interrumpitur aut fossa, aut aggere aliquo perfringi labefactariq; non posse. Eustathius superiorem locum Homeri longe aliter interpretatur, quamuis translatum & ipse verbum illud esse sentiat. nec enim φρίκην horrorem accipit, qui sonor vel stridor est similis sonori illi, qui editur ab frigore occupatis ante cedente quartanam febrim: sed intelligit spiculorum erectionem cum crebra sunt, vt eriguntur capilli, pilique corporis eorum, qui re horribili visa horrescere dicuntur: nec non aculei erinacei, iuba leonis, mare fluctibus, aliaque huiuscemodi, vt ipse narrat: Porphyrius Tyrius in quæstionibus in Homerum accurate docuit quid φρίκη sit, cum sermo est de mari, indicatis pluribus locis eius poetæ, qui plerunque horrorem illum atrum esse significauit: arbitratur enim φρίκην esse principium illud motus in mari, cùm fluctus scilicet ventis incipiunt agitari. Sed idem etiam alio loco in extremo eius quæstionis, contra sententiam cuiusdam, affirmauit agitationem illam fluctuum leuiorem, cum tumescere incipit mare, appellari solitam esse ab Homero φρίκην idest horrorem. sed idem etiam mentionem fecit huius loci, quem ponderat nunc Demetrius, vt illius etiam cum idem poeta de sue inquit φρίξας δὲ λοφιάν: in quibus translationem esse inquit.

Καὶ ἅμα ἐπιλαμβάνεταί πως τῆς κατ' ἐνέργειαν μεταφορᾶς τῆς προειρημένης, τὴν μάχην φρίξαι εἰπὼν, ὥσπερ ζῶον.

Et simul attigit aliquo modo translationem ex actu, quæ supra dicta est, cum pugnam horrere dixerit, tanquam animantem.

Aliam dotem aperit eiusdem loci, quam paulo ante docuerat, mirifice probatam fuisse optimo magistro. qui libentius etiam ipsam commendauit, quia vidit frequentatam fuisse ab eo poeta, cuius ingenium in primis admirabatur: ac diuinum esse existimabat. Affirmat igitur Demetrius vnà cum virtute iam declarata attigisse quodam modo Homerum translationem, quę vocatur κατ' ἐνέργειαν, iam explicatam, cum pugnam horrescere dixerit tanquam animal. animum enim hic quoque, sensumque aliquo modo dedit rei inanimæ. & quod proprium animantium est, tribuit pugnæ sensu carenti. πῶς autem vt consueuit vtque mos est etiam Aristotelis, addidit, quia id non omnino penitusque facit: neque est expressa & omnibus numeris absoluta hæc virtus, cum in translationibus illis planior, certiorque actio appareat. Cum ἐπιλαμβάνεσθαι plerunque significet corripere, atque emendare, videtur hic potius valere attingere, ac leuiter capessere: neque enim locum hic (nisi fallor) habet notio illa.

Δεῖ μέντοι μὴ λανθάνειν, ὅτι ἔνιαι μεταφοραὶ μικροπρέπειαν ποιοῦσι μᾶλ λον

λον ἢ μέγεθος. καί τοι τῆς μεταφορᾶς πρὸς ὄγκον λαμβανομένης, ὡς τὸ. Ἀμφὶ δ᾽ ἐσάλπιγξεν μέγας οὐρανός: οὐρανὸν γὰρ ὅλον ἠχοῦντα, οὐκ ἐχρῆν προσεικάσαι ἠχούσῃ σάλπιγγι. πλὴν εἰ μήτις ἅμα ἀπολογοῖτο ὑπὲρ τοῦ ὁμήρου: λέγων, ὡς οὕτως ἤχησεν μέγας οὐρανός, ὡς ἂν ἠχήσειε σαλπίζων ὅλος οὐρανός.

Oportet ſanè non ſallere nos., quod quædam translationes tenuitatem efficiunt potius quàm magnitudinem. & ſi translatio ad tumorem ſumitur, vt illud, Ἀμφὶ δ᾽ ἐσάλπιγξεν μέγας οὐρανός*: cælum enim totum ſonans, non decebat comparare ſonanti tubæ. niſi ſiquis ſimul defendat Homerum, dicens, ſic ſonuit magnum cælum, vt ſonaret tuba vtens totum cælum.*

Affert nunc Demetrius rem nouam auribus multorum. extare inquam quaſdam translationes, quæ minuant potius conterantque, quàm augeant, quod proprium videtur translationum: ac commune opus omnium illarum eſſe exiſtimatur, quare accurate ſubtiliterque de hoc differit: contenditque, ſi poſſit vlla ratione, ad aliarum naturam vimque ipſas redigere. Inquit igitur. fallere nos nullo modo debet non nullas translationes humilitatem potius tenuitatemque gignere, quàm amplitudinem, & ſi translatio ſumitur ad granditatem, & tanquam molem adiungendam orationi, atque huic vni rei inuenta videtur. ὄγκον ipſe dixit, vt non multo ſupra fecit, vbi de genere verborum apto formæ huic amplæ diſſerere incœpit. Vtitur autem exemplo Homeri, quando ſęuam ille horribilemq́ue pugnam expoſiturus, exorta etiam inter illos contentione, deos ita concurriſſe inter ſe narrat, vt lata terra fremuerit: cælumq́ue ſonorem ingentem ediderit. inquit igitur, vt antecedentem quoque verſum hic ponamus. Σὺν δ᾽ ἔπεσον μεγάλῳ ὀμάδῳ: βράχε δ᾽ εὐρεῖα χθὼν Ἀμφὶ δ᾽ ἐσάλπιγξεν μέγας οὐρανός. ἄιε δὲ Ζεὺς ἥμενος οὐλύμπῳ. Demetrius autem adiungit, declarans illic poetam non ſeruiſſe amplitudini: Non enim oportebat vniuerſum cælum ſonitum clamoremq́ue edens, ſimile facerę tubæ ſonanti, ſi augere ſcilicet rem voluiſſet, cum hoc ex tenuet manifeſto: puſillus enim præ illo cum ſit ſonus tubæ, facit vt modicum etiam cæli ſonitum, ſtrepitumque fuiſſe putemus ipſi collatum. Homeri autem dignitatis merito ſtudioſus noſter hic doctor rationem excogitat, qua vitio carere locum eum oſtendat: amplificarique tranſlato illo verbo rem, non minui iudicemus. Niſi aliquis ita patrocinetur Homero: culpaque ipſum liberare ſtudeat. dicens: Eodem pacto ſonuit magnum cælum, vt ſonaret, ſi tuba vteretur vniuerſum cęlum. tunc enim mente concipere poſſumus vaſtum quendam, immenſumque ſonum. cum tuba, quę in vſu hominum eſt, præ magnitudine ipſius non mediocrem ſonum edat. quare tuba tantæ magnitudinis, vt conueniat moli vniuerſi cæli, non facile exiſtimari poteſt quantum ſonum editura ſit. Euſtathius quoque putauit non valde ſeruiſſe illo tranſlato verbo poetam dignitati: nititurque & ipſe purgare illum, afferens non nulla diuerſa à ratione hac, quę in mentem venit Phalereo, acuta ſanè, & non contemnenda.

Vt opinor autem valde ſimilis eſt huic Homeri locus ille noſtri poetæ Dantis, cum vocauit ſolem μεταφορικῶς lucernam mundi: putareq; aliquis non inſulſe poſſet, id verbum illic non ſolum non augere, ſed etiam conterere amplitudinem ſolis. cum tamen eodem pacto defendi poſſit: & à vitio vacuus eſſe demonſtrari vt Homericus ille. ſed fortaſſe etiam admirabilis ingenii poeta vidit hoc: ipſeque id muniuit, omnique periculo reprehenſionis liberauit. neque enim ſimpliciter ſolem lucernam vocauit, ſed addidit mundi, quæ ratio eſt ea, quam commemorat Demetrius vſurpatam eſſe à quibuſdam poetis, cum intelligunt ſe ſubire periculi aliquid in verbis transferendis. cum igitur in ędibus noſtris lucerna in obſcuram aliquam partem domus importata, repente inde tenebras pellat, ſplendoreq́ue omnia impleat, cogitare poſſumus infinitum lumen parere lucernam, quę mundo ipſi reſpondeat, quod manifeſto ſol ipſe facit.

cit. Nam quod alii eandem translationem alio nomine accusarunt: dixeruntq; translatum id verbum sordidum esse ac fœtidum, sine causa fortasse id fecerunt. cum enim à luce vocabulum id conformatum sit, & decus & honestatem in se summam habet: nec vsus tantum lucernarum est in culina, sed in aliis etiam splendidissimis partibus domus, vt in mensis quoque nobilium & opulentorum hominum. nam si oleum tam molestum naribus esset, tamque male oleret, male nobiscum ageretur, qui sequimur studia litterarum. è materia quoque non paucas ipsarum effici, quæ vilis non sit: formamque satis elegantem habeat, notum est.

Ἑτέραν οὖν ἐπινοήσωμεν μεταφορὰν μικρότητος αἰτίαν γινομένην μᾶλλον, ἢ μεγέθους: δεῖ γὰρ ἐκ τῶν μειζόνων μεταφέρειν εἰς τὰ μικρά, οὐ τὸ ἐναντίον. οἷον ὡς ὁ Ξενοφῶν φησιν. Ἐπεὶ δὲ πορευομένων ἐξεκύμηνέ τι τῆς φάλαγγος: τὴν γὰρ τῆς τάξεως παρεκτροπὴν ἐκκυμαινούσῃ θαλάσσῃ εἴκασε καὶ προσωνόμασεν. εἰ δέ τις μεταβαλὼν εἴποι ἐκφαλαγγίσασθαι τὴν θάλασσαν, τάχα μὲν οὐδὲ οἰκείως μετοίσει: πάντη δὲ πάντως μικροπρεπῶς.

Alteram igitur excogitemus translationem exilitatis potius causam, quàm magnitudinis: oportet enim ex maioribus transferre ad parua, non contra. ceu Xenophon inquit. Ἐπεὶ δὲ πορευομένων ἐξεκύμηνέ τι τῆς φάλαγγος: *Aciei enim perturbationem fluctuanti mari comparauit: indeque nomen sumpsit. siquis vero immutatis nominibus dixerit* ἐκφαλαγγίσασθαι τὴν θάλασσαν, *fortasse etiam non satis apte transferet: omnino autem tenuiter.*

Quamuis Homeri locum culpa vacare conatus sit ostendere, videtur tamen fateri posse quempiam in id vitium incidere, qui non didicerit vnde sint verba transferenda, & à re minori ad maiorem ampliorémque traducat: cum contra omnino faciendum sit. Inquit igitur, reuertens ad id, quod proposuerat, non nullas scilicet translationes conterere potius res, quàm amplificare. Aliud igitur translationis genus extare cognitum habebimus, quod magis aptum sit ad res minuendas, quàm amplificandas. Oportet enim à maioribus rebus sumpta ad minores comportare nomina: non contra à minoribus tenuioribusq; ad grandiores traducere. id autem elegantem eruditumq; scriptorem seruare Xenophontem docet in primo libro ἀναβάσεως, cum narraret, propinquis iam exercitibus duorum fratrum ac congredi parantibus, partem quandam Græcarum copiarum ordinem non tenuisse. in hac enim re exponenda verbo translato vsus est: & ἐξεκύμηνε dixit, idest fluctuauit. nam verbum etiam hoc Latinum ab eadem re translatum ad alias similes ostendendas ab optimis auctoribus traducitur. T. Liuius certè in pugna illa magna exponenda, qua P. Scipio Hannibalem in Africa vicit, vt Xenophon Græco, Latino hoc ipse vsus est. inquit enim. Principum quoque signa fluctuare cœperunt. cui tamen malo confusionique ordinum, quod remedium statim adhibuerit optimus imperator diligenter narrat. Explicans autem Demetrius consilium auctoris, translationemque illam, inquit. Aciei enim ordinisque aberrationem similem fecit mari fluctuanti, ventisque agitato: indeque sumpto nomine ipsam appellauit. consequutus autem est quod voluit Xenophon: nam & dignitatem & splendorem sententię illi attulit. Addit Phalereus, quod tradebat nunc confirmare volens. Si quis immutata & conuersa re, ostendere unquam volens mare commotum ventis ac fluctuans, nomen duxisset ab ordine militari perturbato: acieque aberrante, dixisset ἐκφαλαγγίσασθαι τὴν θάλασσαν, vt fortasse non apte, neq; ratione vsus fuerit ea translatione, ita omnino ac sine vlla dubitatione tenuiter, atque humiliter rem exposuisset. Videtur autem adhuc ambigere Demetrius,

an

an probari debeat, recipique genus hoc translationis, discrepans à reliquis, & quod extenuat, conteritque, cum dicat eum, qui inde transferat: fortasse non translaturum esse verba ratione: neque accommodatè. Cicero quoque in III. libro de oratore hoc admonuit, quo loco etiam indicauit posse peccari in vera ratione, si quis illic modum non teneat, & à nimis magnis rebus sumat nomina ad tenues paruasque illustrandas. inquit enim. Nolo esse, aut maius quàm res postulet, tempestas comessationis: aut minus comessatio tempestatis. Quintilianus præterea in VIII. his verbis. Sunt etiam quædam & humiles translationes, vt id, de quo modo dixi. Saxea est verruca. intellexit autem locum hunc eiusdem libri. vbi de variis vitiis orationis loquitur. Deformitati proximum est humilitatis vitium: ταπείνωσιν, vocant. qua rei magnitudo, vel dignitas minuitur, vt Saxea est verruca in summo montis vertice. Animaduertendum autem translationem hanc, quam vituperat Quintilianus: & si extenuat rem, atque humilis, vitiosaque videtur, tamen receptam olim fuisse, probatamque consuetudini: nam in agro Pisano editissimus collis, ac superans altitudine viciuos omnes quamuis ingentes montes, non solum translato eo nomine vocatur, sed etiam imminuto illo, ὑποκοριστικῶςque Verrucula nominatur. Similitudo autem (vt arbitror) quæ maxima inter eas res est, tantum valuit, vt humilitatis periculum negligeretur. nam quod ad exemplum ipsum Xenophontis attinet, nos quoq; patrio nostro sermone segetes grandiores fauonio motas, translato à mari, leuiore vento agitato, nomine, ondeggiare passim dicimus. non tamen contra, quamuis res similis sit, mare flatu aliquo agitatum, fluctuansque, ficto à segetibus verbo, quas biade vocamus, biadeggiare diceremus: atque id facimus à natura ipsa docti & instructi, non præceptis eruditorum hominum imbuti. Cum autem, vt declaratum est, Angelus Politianus nostro illo verbo μεταφορικῶς vti posset in poemate quodam suo, quod maiore animo inchoauit quàm absoluit, maluit tamen ex eo imaginem facere: in celebrandis enim voluptatibus, quas capiunt qui in agro otiose viuunt, cum hanc etiam posuisset, inquit. Et le biade ondeggiar, come fa'l mare.

Ἔνιοι δὲ καὶ ἀσφαλίζονται τὰς μεταφορὰς ἐπιθέτοις ἐπιφερομένοις, ὅταν αὐτοῖς κινδυνώδεις δοκῶσιν. ὡς ὁ Θέογνις παρατίθεται τὸν τόξον φόρμιγγα ἄχορδον ἐπὶ τοῦ τῷ τόξῳ βάλλοντος: ἡ μὲν γὰρ φόρμιγξ κινδυνῶδες ἐπὶ τοῦ τόξου: τῷ δὲ ἀχόρδῳ, ἠσφάλισται.

Quidam autem muniunt translationes epithetis admotis, cum ipsis periculosæ visæ fuerint. Ut Theognis τόξον vocat φόρμιγγα ἄχορδον de illo qui arcu feriret: φόρμιγξ nanque, lubricum quiddam de arcu: illo autem ἀχόρδῳ munitum est.

Vsum translationum lubricum esse: ornatumq; hunc non sine periculo quopiam adhiberi orationi supra indicarat: nunc rationem, quam secuti non nulli sint, vt malum declinarent: remque omnem in tuto ponerent, ostendit: illos enim solitos dicit, cum visæ ipsis fuerint translationes aliquid in se periculi habere: meruerintque, ne explodantur, fulcire ipsas epithetis illatis, ilicoque adiunctis. exemplum autem profert Theognidis, prisci poetæ, atq; id diligenter explicat: ille nanq;, cum arcum significare vellet, vt ostendit Demetrius, pro τόξον, quę vox id valet, posuerat φόρμιγγα ἄχορδον. idest lyram sine neruis. loquebatur autem de eo, qui arcu vteretur, sagittisque feriret. recte autem ipsum fecisse: nec sine causa remedium id adhibuisse docet magister hic noster, dicens. φόρμιγξ enim periculi plena res est, si quis eo vocabulo pro arcu vtatur, cum lyram valeat: epitheto tamen illo eius vocis translatio munita est, atque omnis metus lapsionis depulsus. Plures autem huiuscemodi translationes apud poetas inueniuntur. nam noster etiam diuino ingenio prędictus, à naturaq; ipsa

factus,

cit. Nam quod alii eandem translationem alio nomine accusarunt: dixeruntq; translatum id verbum sordidum esse ac fœtidum, sine causa fortasse id fecerunt. cum enim à luce vocabulum id conformatum sit, & decus & honestatem in se summam habet: nec vsus tantum lucernarum est in culina, sed in aliis etiam splendidissimis partibus domus, vt in mensis quoque nobilium & opulentorum hominum. nam si oleum tam molestum naribus esset, tamque male oleret, male nobiscum ageretur, qui sequimur studia litterarum. è materia quoque non paucas ipsarum effici, quæ vilis non sit: formamque satis elegantem habeat, notum est.

Ἑτέραν δ' ἂν ἐπινοήσωμεν μεταφορὰν μικρότητος αἰτίαν γινομένην μᾶλλον, ἢ μεγέθους: δεῖ γὰρ ἐκ τῶν μειζόνων μεταφέρειν εἰς τὰ μικρά, οὐ τὸ ἐναντίον. οἷον ὡς ὁ Ξενοφῶν φησιν. Ἐπεὶ δὲ πορευομένων ἐξεκύμηνέ τι τῆς φάλαγγος: τὴν γὰρ τῆς τάξεως παρεκτροπὴν ἐκκυμαινούσῃ θαλάσσῃ εἴκασε καὶ προσωνόμασεν. εἰ δέ τις μεταβαλὼν εἴποι ἐκφαλαγγίσασθαι τὴν θάλασσαν, τάχα μὲν οὐδὲ οἰκείως μετοίσει: πάντῃ δὲ πάντως μικροπρεπῶς.

Alteram igitur excogitemus translationem exilitatis potius causam, quàm magnitudinis: oportet enim ex maioribus transferre ad parua, non contra. ceu Xenophon inquit. Ἐπεὶ δὲ πορευομένων ἐξεκύμηνέ τι τῆς φάλαγγος: *Aciei enim perturbationem fluctuanti mari comparauit: indeque nomen sumpsit. siquis vero immutatis nominibus dixerit* ἐκφαλαγγίζεσθαι τὴν θάλασσαν, *fortasse etiam non satis apte transferet: omnino autem tenuiter.*

Quamuis Homeri locum culpa vacare conatus sit ostendere, videtur tamen fateri posse quempiam in id vitium incidere, qui non didicerit vnde sint verba transferenda, & à re minori ad maiorem ampliorem'que traducat: cum contra omnino faciendum sit. Inquit igitur, reuertens ad id, quod proposuerat, non nullas scilicet translationes conterere potius res, quàm amplificare. Aliud igitur translationis genus extare cognitum habebimus, quod magis aptum sit ad res minuendas, quàm amplificandas. Oportet enim à maioribus rebus sumpta ad minores comportare nomina: non contra à minoribus tenuioribusq; ad grandiores traducere. id autem elegantem eruditum'q; scriptorem seruare Xenophontem docet in primo libro ἀναβάσεως, cum narraret, propinquis iam exercitibus duorum fratrum ac congredi parantibus, partem quandam Græcarum copiarum ordinem non tenuisse. in hac enim re exponenda verbo translato vsus est: & ἐξεκύμηνε dixit, idest fluctuauit. nam verbum etiam hoc Latinum ab eadem re translatum ad alias similes ostendendas ab optimis auctoribus traducitur. T. Liuius certè in pugna illa magna exponenda, qua P. Scipio Hannibalem in Africa vicit, vt Xenophon Græco, Latino hoc ipse vsus est. inquit enim. Principum quoque signa fluctuare cœperunt. cui tamen malo confusionique ordinum, quod remedium statim adhibuerit optimus imperator diligenter narrat. Explicans autem Demetrius consilium auctoris, translationemque illam, inquit. Aciei enim ordinisque aberrationem similem fecit mari fluctuanti, ventisque agitato: indeque sumpto nomine ipsam appellauit. consequutus autem est quod voluit Xenophon: nam & dignitatem & splendorem sententiæ illi attulit. Addit Phalereus, quod tradebat nunc confirmare volens. Si quis immutata & conuersa re, ostendere inquam volens mare commotum ventis ac fluctuans, nomen duxisset ab ordine militari perturbato: acieque aberrante, dixisset ἐκφαλαγγίσασαν τὴν θάλασσαν, vt fortasse non apte: neq; ratione vsus fuerit ea translatione, ita omnino ac sine vlla dubitatione tenuiter, atque humiliter rem exposuisset. Videtur autem adhuc ambigere Demetrius,

an probari debeat, recipique genus hoc translationis, discrepans à reliquis, & quod extenuat, contetitque, cum dicat eum, qui inde transferat: fortasse non translaturum esse verba ratione: neque accommodatè. Cicero quoque in III. libro de oratore hoc admonuit, quo loco etiam indicauit posse peccari in vera ratione, si quis illic modum non teneat, & à nimis magnis rebus sumat nomina ad tenues paruasque illustrandas. inquit enim. Nolo esse, aut maius quàm res postulet, tempestas comessationis: aut minus comessatio tempestatis. Quintilianus præterea in VIII. his verbis. Sunt etiam quædam & humiles translationes, vt id, de quo modo dixi. Saxea est verruca. intellexit autem locum hunc eiusdem libri. vbi de variis vitiis orationis loquitur. Deformitati proximum est humilitatis vitium: ταπείνωσιν, vocant. qua rei magnitudo, vel dignitas minuitur, vt Saxea est verruca in summo montis vertice. Animaduertendum autem translationem hanc, quam vituperat Quintilianus: & si extenuat rem, atque humilis, vitiosaque videtur, tamen receptam olim fuisse, probatamque consuetudini: nam in agro Pisano editissimus collis, ac superans altitudine vicinos omnes quamuis ingentes montes, non solum translato eo nomine vocatur, sed etiam imminuto illo, ὑποκοριστικῶς que Verrucula nominatur. Similitudo autem (vt arbitror) quæ maxima inter eas res est, tantum valuit, vt humilitatis periculum negligeretur. nam quod ad exemplum ipsum Xenophontis attinet, nos quoq; patrio nostro sermone segetes grandiores fauonio motas, translato à mari, leuiore vento agitato, nomine, ondeggiare passim dicimus. non tamen contra, quamuis res similis sit, mare flatu aliquo agitatum, fluctuansque, ficto à segetibus verbo, quas biade vocamus, biadeggiare diceremus: atque id facimus à natura ipsa docti & instructi, non præceptis eruditorum hominum imbuti. Cum autem, vt declaratum est, Angelus Politianus nostro illo verbo μεταφορικῶς vti posset in poemate quodam suo, quod maiore animo inchoauit quàm absoluit, maluit tamen ex eo imaginem facere: in celebrandis enim voluptatibus, quas capiunt qui in agro otiose viuunt, cum hanc etiam posuisset, inquit. Et le biade ondeggiar, come fa'l mare.

Ἔνιοι δὲ καὶ ἀσφαλίζονται τὰς μεταφορὰς ἐπιθέτοις ἐπιφερομένοις, ὅταν αὐτοῖς κινδυνώδεις δοκῶσιν. ὡς ὁ Θέογνις παρατίθεται τὸν τόξον φόρμιγγα ἄχορδον ἐπὶ τοῦ τῷ τόξῳ βάλλοντος: ἡ μὲν γὰρ φόρμιγξ κινδυνῶδες ἐπὶ τοῦ τόξου: τῷ δὲ ἀχόρδῳ, ἠσφάλισται.

Quidam autem muniunt translationes epithetis admotis, cum ipsis periculosæ visæ fuerint. Ut Theognis τόξον vocat φόρμιγγα ἄχορδον de illo qui arcu feriret: φόρμιγξ nanque, lubricum quiddam de arcu: illo autem ἀχόρδῳ munitum est.

Vsum translationum lubricum esse: ornatumq, hunc non sine periculo quopiam adhiberi orationi supra indicarat: nunc rationem, quam secuti non nulli sint, vt malum declinarent: remque omnem in tuto ponerent, ostendit: illos enim solitos dicit, cum visæ ipsis fuerint translationes aliquid in se periculi habere: metuerintque, ne explodantur, fulcire ipsas epithetis illatis, ilicoque adiunctis. exemplum autem profert Theognidis, prisci poetæ, atq; id diligenter explicat: ille nanq;, cum arcum significare vellet, vt ostendit Demetrius, pro τόξον, quę vox id valet, posuerat φόρμιγγα ἄχορδον. id est lyram sine neruis. loquebatur autem de eo, qui arcu vteretur, sagittisque feriret. recte autem ipsum fecisse: nec sine causa remedium id adhibuisse docet magister hic noster, dicens. φόρμιγξ enim periculi plena res est, si quis eo vocabulo pro arcu vtatur, cum lyram valeat: epitheto tamen illo eius vocis translatio munita est, atque omnis metus lapsionis depulsus. Plures autem huiusecmodi translationes apud poetas inueniuntur, nam noster etiam diuino ingenio prędítus, à naturaq; ipsa

factus,

factus, Dantes, in grandi suo poemate. quod omnibus luminibus & verborum, & sententiarum ornauit, cum in collatione quadam exponenda inquit. Si come neue tra le viue traui. vsus sane est uerbo translato: arbores enim stantes, abietesque trabes appellauit, quia ex ipsis illis arboribus cæsis trabes conficiuntur: metuens tamen ne durum id uideretur, atque exploderetur, muniuit illud epitheto. viuas enim appellans, declarauit quas trabes intelligeret: docuitque se abietes ipsas, ac siluas significare. Non arbitror autem alienum esse exemplis etiam nostri sermonis aliquando uti: cum elegans in primis sit, ac diligentia summorum ingeniorum ualde expolitus. præsertim in ea materia doctrinaque explicanda, cuius præcepta non Græcæ linguæ propria sunt, sed omni sermoni cum ipsa communia.

Πάντων δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἡ συνήθεια, καὶ μάλιστα μεταφορῶν, διδάσκαλος· μικροῦ γὰρ σχεδὸν πάντα μεταφέρουσα λανθάνει, διὰ τὸ ἀσφαλῶς μεταφέρειν, λευκὴν τὴν φωνὴν λέγουσα, καὶ ὀξὺν ἄνθρωπον, καὶ τραχὺ ἦθος, καὶ μακρὸν ῥήτορα, καὶ τἄλλα, ὅσα οὕτω μεταφέρει μουσικῶς, ὥστε ὅμοια δοκεῖν τοῖς κυρίοις.

Omnium autem & aliorum consuetudo magistra est, & maxime translationum: parum enim ferme abest quin omnia translatis verbis vocans fallat, quia tuto transfert verba: cum vocem albam appellet, & acutum hominem, & asperos mores, & longum oratorem, & alia, quæcunque sic lepide transfert, vt similia videantur proprijs nominibus.

Præcipit nunc Demetrius diligenter, ut qui culpam in hac re uitare uelit, laudemque non mediocrem adipisci, referat se totum ad consuetudinem loquendi, atque illam imitetur: ipsam enim, ut alias etiam uirtutes orationis posse tradere, ita etiam optimam magistram esse uerborum transferendorum: præcipueque in hoc multum ualere. Signo autem huius rei hoc utitur, quod cum pæne cuncta, quæ dicit, uerbis translatis exponat, fallit tamen hoc ipsius studium multos. nec mirum est ipsos hoc non animaduertere, quia tuto id facit: utiturque translationibus ab omni periculo offensionis remotis. ponit autem statim hoc prolato Demetrius exempla plura translationum usitatarum, & in communi usu loquendi frequentium: earundemq; extra omnem casum periculi positarum. affirmans ipsam dicere candidam uocem, & acutum hominem & asperos mores: nec non longum oratorem. aliaque huiuscemodi non nulla, quę adeò apte uenusteque transfert, ut similia translata ea nomina propriis uideantur. Quam candidam uocem dixi, uocat ipse λευκὴν φωνήν: appellari autem in voce λευκὸν docuit etiam Aristoteles, in primo libro topicorum, ut contrarium quoque ipsius, μέλαν. An candidum album ue in Latina lingua uoci tribuatur, affirmare non ausim: nos certe patrio sermone, quod respondet Græco nomini, ductumque uidetur à Latino: aliud tamen significante, chiara uoce dicere consueuimus. Asperum autem & durum μεταφορικῶς Latini usurpant, ut Cicero in III. libro Tusculanarum his uerbis. Sed Epicuro, homini aspero & duro, non est hoc satis. Consuetudinem autem loquendi plenam esse translatorum uerborum testatur etiam Alexander Aphrodisiensis in primum librum analyticorum priorum: locum autem ipsum non monstrabo: neque sententiam omnem illius aperiam, quia accurate hoc feci in commentariis meis in librum, qui extat, Aristotelis de arte poetarum.

Τοῦτον ἐγὼ κανόνα τίθεμαι τῆς ἐν λόγοις μεταφορᾶς, τὴν τῆς συνηθείας τέχνην, εἴτε φύσιν. οὕτω γοῦν ἔνια μετήνεγκεν ἡ συνήθεια καλῶς, ὥστε οὐδὲ κυρίων ἔτι ἐδεήθημεν, ἀλλὰ μεμένηκεν ἡ μεταφορὰ κατέχουσα τὸν τοῦ κυρίου τόπον, ὡς ὁ τῆς ἀμπέλου ὀφθαλμὸς: καὶ εἴ τι ἕτερον τοιοῦτον.

Hanc

Hanc ego normam statuo translationis, quæ in oratione fit, consuetudinis artem, siue naturam. sic igitur quædam transtulit consuetudo bellè, ut ne proprijs quidem amplius eguerimus, sed mansit translatio sede proprij occupata, vt vitis ὀφθαλμὸς, & siquid aliud huiuscemodi.

Manet in eadem re declaranda Demetrius, quod peccare nullo modo possumus, si sequimur consuetudinem sermonis: consuetudinisq; ipsius in hac re iudicium virtutemq; amplificat hoc pacto. Si quis ex me quærat qua norma huius boni adipiscendi: vitiique declinandi vti possit, hanc ego certam esse statuo normam translationis aptę solutæ orationi: consuetudinis inquam ipsius artem, siue naturam dicere volumus: consuetudo enim profecto non nulla transtulit adeo apte, vt ne propriis quidem amplius eguerimus: studii ue aliquid in ipsis conformandis posuerimus. verum inquit mansit translatio, occupans alienam sedem tanquam suam: fungensque officio proprii nominis. cuiusmodi est inquit vitis ὀφθαλμὸς. Græci nanque, vt nos patrio nostro sermone facimus, oculum vitis appellabant, quam Latini gemmam dixerunt. translatis ambo nominibus à diuersis rebus. apposite tamen propter similitudinem rem eandem significantibus. Addit autem Demetrius. Et si quid aliud huiuscemodi est. plura verò esse facile intelligimus. vt quæ Cicero collegit, cum tenuem oratorem formaret, dixissetque debere illum esse in omni ornatu orationis verecundum ac parcum: adiunxit enim. Translatione fortasse crebrior, qua frequentissime sermo omnis vtitur, non modo vrbanorum, sed etiam rusticorum: Si quidem est eorum gemmare vites. sitire agros. lætas esse segetes. luxuriosa frumenta: cuncta enim similia sunt superiori. Quid intellexerit Demetrius, κανόνα dicens, manifestum est: eodem autem pacto Cicero verbo hoc ipso Græco vsus est, de translationibus itidem disserens in epistola quadam ad Tironem: hæc enim eius verba sunt. Sed heus tu qui κανὼν esse meorum scriptorum soles: docet enim se solitum indicio ipsius tanquam norma quadam dirigere sua scripta: cum tamen tunc ille in transferendo verbo lapsus esset.

Σφόνδυλος μέντοι καὶ κλεὶς, τὰ ἐπὶ σώματος, καὶ κτένιον: οὐ κατὰ μεταφορὰν ὠνόμασται, ἀλλὰ καθ' ὁμοιότητα. διὰ τὸ ἐοικέναι τὸ μὲν κτενὶ, μέρος: τὸ δὲ, κλειδί: τὸ δὲ, σφονδύλῳ.

Σφόνδυλος tamen & κλεὶς, cum de corpore dicuntur: & κτένιον, non per translationem nominata sunt, sed per similitudinem. quia hæc quidem pars pectini: hæc autem claui: illa uero uerticillo similis est.

Tradit nunc Demetrius partes quasdam nostri corporis, quæ nominibus propriis aliarum rerum videntur vocari, non dici μεταφορικῶς, sed propter similitudinem earum rerum, vnde nomen existimantur accepisse, illo modo primum esse appellatas: quare nomen illud non minus ipsarum proprium haberi debere, quàm primarum illarum, quibus primo impositum fuit: consilio enim eorundem, quibus id facere licuit, hoc quoque gestum est: cogitarunt vero illi tunc nominibus tanquam notis quibusdam res indicare, non orationem expolire. Ne quis igitur eo errore teneatur, admonet hoc ipse diligenter. atq; inquit. σφόνδυλος vero (est autem spinæ humanæ os:) nec non κλεὶς, quod clauim valet, partem corporis nostri. præterea κτένιον, quod eiusdem generis est, non sunt vocata verbis translatis, sed propter similitudinem ita appellata. quia hæc pars nostri corporis instrumento, quo capillos pectimus, similis est: hæc claui: hæc verò turbini, & ipso instrumento, quo mulieres in librando fuso, dum nent, vtuntur, vnde à fuso ipso in patrio nostro sermone nomen impositum habet.

Admirandum autem videtur, si vocabula hæc translata non sunt, quomodo in vite ὀφθαλμὸς, siue gemma, translata vere dici possint: illa enim quoq; palmitis pars, cum turget appetente vere, propter similitudinem earum rerum, diuersis linguis & oculus, & gemma vocata est. nec ulla sanè translatio est, in qua similitudo non requiratur: nam Aristoteles etiam in III. libro de partibus animantium, cum animal nullum cornua habere tradidisset, quod non animantem pariat: intelligeretque vocari vulgo cornua multarum aliarum rerum, inquit illa dicta esse propter similitudinem, & translato verbo: nec esse vera cornua, quia munere proprio ipsorum non funguntur. Verba ipsius ponam, Ἔχει δ' οὐδὲν, μὴ ζωοτόκον· καθ' ὁμοιότητα δὲ καὶ μεταφορὰν λέγεται καὶ ἑτέρων τινῶν κέρατα. & quæ sequuntur. Dicere autem potuit Demetrius, partes eas nostri corporis similitudine, quam habent cum illis rebus, nomen nactas, quia maior est expressiorque in illis similitudo, & quę oculis cernatur, cum translatorum verborum similitudo non appareat, sed animo tantum percipiatur. Animaduertendum præterea videri Aristotelem illic appellare verba translata, quę sunt ὁμώνυμα. cochlearum nanque cornua: aliarumque bestiolarum, manifesto sunt ὁμώνυμα cornibus boum: nomen enim prorsus idem est: vis autem ipsius, ratioque longe alia. vnde fuere, qui dixerint translata nomina atque ὁμώνυμα eadem esse. Quæ certe supra Demetrius exempla ponit translationum frequentatarum, certum est Aristotelem vocare ὁμώνυμα, intelligo autem vocem λάλον, ingenium asperum, hominem acutum, longum oratorem. Quid igitur mihi in mentem venerit: quidque existimem de hac controuersia, volo aperire. Constat Aristotelem aliquando μεταφορὰν cepisse late, omnemque è sua sede in alienam verbi comportationem vocasse metaphoram. quod vidit etiam Cicero; cum igitur (vt opinor) hoc pacto sumptum est id verbum, ὁμωνυμία recte appellatur translatio: translationis nanque pars est: intelligo autem cum plures res eodem nomine vocantur, cognominesque sunt. quod tamen nomen vnius illarum proprium sit: ceterę autem nomine carent, ut pes in naui dicitur, vocatur item pes betæ, pes mensæ, pes lectuli, & pes animantium, quarum ipsum proprium suumque est: cum autem aliquid alieno nomine vocatur suauitatis, elegantięque causa, quia suum propriumque res illa nomen habet, quo commodè appellari posset, sed sine splendore dignitateque vlla, hæc vocatur translatio, quę pars & ipsa est, speciesque amplioris illius translationis. hanc autem videtur Porphyrius distinguere ab ὁμωνυμία; neque enim vult res temporis causa, τροπικῶςque alieno vocabulo appellatas, cognomines esse illis quarum id proprium est: quia illæ non semper: neque ab omnibus illo modo vocantur, sed à quibusdam tantum, voluptati seruientibus eorum, qui audiunt: concinnitatisque studiosis: cognomines verò res sunt, quę perpetuo id seruant, quamuis aliunde olim sumpserint inopiæ causa. cognomines autem inter se, & illis, quarum nomen illud proprium est, quod sibi asciuerunt. sed de omni hac re copiosius in commentariis meis in librum de arte poetarum disserui.

Ἐπὰν μέντοι εἰκασίαν ποιῶμεν τὴν μεταφορὰν, ὡς προλέλεκται, στοχαστέον τοῦ συντόμου καὶ τοῦ μηδὲν πλέον τοῦ ὥσπερ, προστιθέναι. ἐπεί τι ἀντ' εἰκασίας παραβολὴ ἔσται ποιητική. οἷον τὸ τοῦ Ξενοφῶντος. Ὥσπερ δὲ κύων γενναῖος ἀπρονοήτως ἐπὶ κάπρον φέρεται. καὶ, Ὥσπερ ἵππος λυθεὶς διὰ πεδίου γαυριῶν καὶ ἀπολακτίζων: ταῦτα γὰρ οὐκ εἰκασίαις ἔτι ἔοικεν, ἀλλὰ παραβολαῖς ποιητικαῖς: τὰς δὲ παραβολὰς ταύτας, οὔτε ῥᾳδίως ἐν τοῖς πεζοῖς λόγοις τιθέναι δεῖ, οὔτε ἄνευ πλείστης φυλακῆς.

Postquam autem imaginem e translatione fecerimus, vt prædictum est, proponere nobis ante oculos debemus breuitatem, et ne nihil plus quam ὥσπερ adiungamus: quia tunc pro imagine collatio esset poetica. ceu illud Xenophontis.

phonis. Ὥσπερ δὲ κύων γενναῖος ἀπρονοήτως ἐπὶ κάπρον φέρεται. & Ὥσπερ ἵππος λυθεὶς διὰ πεδίου γαυριῶν καὶ ἀπολακτίζων: *hæc enim non imaginibus amplius similes sunt, sed collationibus poeticis: collationes autem has, neq; facile in pedestri oratione ponere oportet, neque sine summa cautione.*

Cum auctor oobis supra fuisset Demetrius, vt si quaodo translatio durior inuerecundiorque visa fuerit, immutemus ipsam: ex eaque faciamus imaginem, quam εἰκασίας vocat quomodo cooformetur hæc imago docet. oam hic quoque peccari posset: & noo minus fortasse periculum crearetur ei, qui fingere ipsam nesciret, quàm illi, qui non ratione transferrrt. Admonet igitur, vt cum visum nobis fuerit è translatione imagioem facere, studeamus breuitati: nihilque amplius adiungamus ei verbo translato, quàm particulam, qua similitudo significetur: multo enim minus peccare possunt: tutioresque suot ab omni prolapsione, qui aliquam rem alicui similem esse dicunt, quàm qui illam ipsam esse affirmant. quod faciunt qui vtuntur imaginibus. ὥσπερ autem ipse adponi debere ostendit, quod valet quasi, tanquam, velut. Narrat Longinus quoque, de hac & ipse re sedulo disserens, Aristotelem ac Theophrastum existimasse non nulla adhiberi oportere ad leniendas audaciores translationes: & esse illa tanquam remedia quædam ac medicamenta huius mali; μειλίγματα ipse vocat. qui tamen in illis non tantum ὥσπερ ponit, vt hic & supra Demetrius, sed alia præterea quædam, quæ vim saoè eaodem habent, quamuis non sint omnino similia huic. illa vero sunt. εἰ χρὴ τοῦτον εἰπεῖν τὸν τρόπον. & εἰ δεῖ παρακινδυνευτικώτερον λέγειν. Nam cum alterutrum horum fit, non arbitror amplius illas appellari posse imagioes, sed tantum liberare periculo ac culpa confessionem hanc rei lubricæ, quam attingit, oratorem. quare similitudinem noo paruam habent posteriora hæc cum eo, quod præcipit alter eorum in III. libro de arte dicendi: ac communi peruulgataque voce confirmat. Verbis autem ipsorum vtar in exponenda ratione, quam illos Longiuus dicit reddidisse sui cousilii. ἡ γὰρ ὑποτίμησις ἰᾶται τὰ τολμηρά. Eodem pacto Cicero translatiooem muniuit, cum inquit. Ego itaq; pacis, vt ita dicam, alumnus. Cum autem supra exempla non nulla imaginum posuerim & Græca, & Latina, nunc locos quosdam. T. Liuii adiuogam. quibus iotelligatur & ipsum hoc pacto munire voluisse periculosiores translationes, simulq; res illas illustrare. in XXXIX. igitur libro cum inquit (sunt autem verba ex oratiooe Lycortæ ad Ap. Claudium,) Vestræ enim illę deformes veluti cicatrices seruitutis erant. & post in eadem oratione. Muris velut compedibus circundatis vincti per c. annos fuistis. & alio item loco. Cuius residua quædam velut semina ex prioribus malis item priore anno apparuerunt. Eiusdem generis est illud è XXXX. libro: Huius atrocitas facinoris nouam velut flammam regis iouidiæ adiecit. Quid autem mali gignatur illis, qui in simili explicando prolixiores, accuratioresq; fuerint, declarat Demetrius hoc pacto. Quia nisi breues admodum fuerimus: contraq; diutius in imagine illa fingenda commorati erimus, pro imagioe collatio poetica erit. poetica autem addens, apertius viuum ipsius demonstrauit: nec aptam eam esse illi personę ac tempori vllo modo significauit. Vtitur autem exemplo collatioois loco Xenophontis è primo libro παιδείας. cum enim Cyrum, puerum adhuc magno impetu in Assyrios incurrisse narraret: plusque studii in hoste sauciaodo, quàm in semet ipso tegendo posuisse, rei declarandæ causa simili generosi canis vsus est. qui & ipse rudis adhuc temere irruit in aprum sine vlla cura proprię saluuis: Sed aliud etiam statim Demetrius ponit. concise vt superius. illud tamen illustri loco positum ad quid explanandum adhibitum sit, fallere non potuit: cum posterius hoc inuentum à me apud auctorem non sit. videtur autem alicuius spiritus magnos declarare, qui toto corpore gestiret. Simile igitur est. Veluti equus solutus vinculis per campum fertur erecta ceruice exultans ac calcitrans. Addit autem Phalereus huiuscemodi locos noo esse pares imaginibus, sed collationibus poeticis: atque earum speciem habere. has autem collatioues non facile in prosam pedestremque orationem recipi oportere affirmat: nec sine magna animi prouisione. locum enim ipsas quoq; illic habere ali-

quando exemplis etiam Ciceronis intelligimns. in oratione enim pro L. Muręna inquit, Vt aiunt in Græcis artificibus eos auledos esse, qui citharœdi fieri non potuerint, sic non nullos videmus, qui oratores euadere non potuerunt, eos ad iuris studium deuenire. & in eadem post. Nam vt tempestates sæpe certo aliquo cęli signo commouentur, sępe improuiso, nulla ex certa ratione, obscura aliqua ex causa excitantur, sic in hac comitiorum tempestate populari sępe intelligas quo signo commota sit, sępe ita obscura est, vt casu excitata esse videatur. Sed non longe etiam à principio huius orationis tertia hæc collatio est. Quod si è portu soluentibus, ij qui iam in portum ex alto inuehuntur præcipere summo studio solent, & tempestatum rationem, & prædonum, & locorum. qnod natura fert, vt eis faueamus, qui eadem pericula, quibus nos perfuncti sumus, ingrediantur. & quæ sequuntur. Quibus exemplis vsus est etiam Quintilianus. qui tamen non animaduertit huiuscemodi collationes timide attrectandas esse ab oratoribus: omnibusque auctoribus, qui soluta oratione aliquid scribunt. quia vsus earum sit proprius poetarum. Vidisse autem hoc prius Aristotelem constat. vnde etiam existimare licet Demetrium id accepisse: hæc enim ipsius verba sunt in III. libro de ratione dicendi. χρήσιμον δὲ ἡ εἰκὼν καὶ ἐν λόγῳ ὀλιγάκις δὲ· ποιητικὸν γάρ: ambo igitur vsum illarnm concedunt oratori: modicum tamen eum & rarum: causamque eandem affernut sui iudicii. Cum autem non nulli fuerint ingeniosi viri, quos offenderit longa illa similitudo, ac collatio denique, posita à Ioanne Casa initio illius orationis, quam ad Carolum Quintum Imp. Hetrusco nostro sermone scripsit, non sine causa illi (vt apparet) suspectum eum locum habuerunt: timuereque ne vitio affinis esset: qui tamen contra pręcepta magnorum huius artis doctorum commissum id nesciebant: sed naturæ habitu in eam opinionem venerant, ac nullo modo, eo maxime loco positum, probabant. putandum autem est in hanc fraudem ipsum incidisse (si hoc nomine factum illud appellari debet,) quia toto animo ille semper in ornamentis poetarum conquirendis occupatus fuit. quo studio in primis tenebatur: in eoque ad summam laudem peruenit, cum perfectum, omniq; virtute cumulatum & sua & Latina lingua carmen condiderit non enim vnam solum hanc imaginem illic, sed alias etiam longius productas inueniri certum est. Auctoritatem vero Ciceronis ipsum sequutum fecisse quod fecit, liberat doctissimum virum, ac singulari ingenio præditum omni culpa. qui Cicero sanè non in ea tantum oratione libere ac sine vllo metu offensionis eas adhibuit, sed in aliis quoq; non nullis. Quin etiam in secunda, quam contra M. Antonium habuit, cum res maximas tractaret: in grauissimoqne senatu verba faceret, non veritus est simile adhibere; imaginemque illius rei, quam exprimere volebat, ante oculos eorum collocare: inquit enim. Vt igitur in seminibus est causa arborum & stirpium, sic huius luctuosissimi belli semen tu fuisti: Et paulo post iterum, cum eidem rei auxilio alius similis lucem afferre vellet. Vt Helena Troianis, sic iste huic reip. causa belli, causa pestis atque exitii fuit. Nam T. quoque Liuius narrat Leontem legatum Atheniensium, cum purgaret gentem Ætolorum Romæ auxilio collationis mouisse senatum: causamque illam multum adiuuisse. quare non possunt illæ penitus alienæ existimari ab eo genere dicendi, cum tantos illic aliquando fructus tulerint. Restat igitur considerandum, an locus ille eam ferat: tectumque sit à similitudine orationem talem ordiri. Hoc etiam accurate hoc in loco animaduertendum est, cum & Aristoteles & Demetrius longas plenasque imagines ac collationes assignent poetis: propriasque ipsas esse velint studii ipsorum: contra autem breues & concisas conuenire oratoribus dicant, non esse ita accipiendum hoc, vt non putemus vllo pacto licere poetis breui etiam, cum velint, imagine vti: plures enim quoq; illius generis apud optimos poetas inueniuntur, vt illa est, qua declarauit Homerus quomodo Thetis emersisset ex aquis, audiris filii precibus: qui euocauit illam è profundo maris, vt si vllo pacto posset, præsidio sibi esset, pelleretque ab ipso contumeliam eam, quam acceperat ab Agamemnone. ponere enim volens ante oculos celerem aduentum Thetidis Homerus inquit ipsam veluti caliginem exisse è cano mari. Cum igitur vno penè verbo rem conficiat: inquit enim. ἠύτ' ὀμίχλη, dubitari non potest, quin hæc imago breuis sit, sed aliæ etiam huiuscemodi apud ipsum reperiuntur. Καὶ πάλ.

Καὶ περὶ μεταφορᾶς μὲν, ὡς τύπῳ εἰπεῖν ληπτέον δὲ καὶ σύνθετα ὀνόματα, οὐ τὰ διθυραμβικῶς συγκείμενα, οἷον Θεοτεράτους πλαίας: οὐδὲ. Ἄστρων δορύπυρον στρατὸν, ἀλλ' ἐοικότα τοῖς ὑπὸ τῆς ἀληθείας συγκειμένοις: καθόλου γὰρ τοῦτον κανόνα ποιοῦμαι πάσης ὀνομασίας, νομοθέτας λέγουσιν καὶ ἀρχιτέκτονας, καὶ τοιαῦτα πολλὰ ἕτερα ἀσφαλῶς συντιθεῖσιν.

Et de translatione quidem, quantum crasso modo dicere licuit. Sumere autem oportet & iuncta nomina, non tamen dithyramborum more concreta, veluti Θεοτεράτους πλαίας, *neque*, Ἄστρων δορύπυρον στρατὸν, *sed similia illis quæ à veritate componuntur: in vniuersum enim hanc normam facio omnis nominum conformationis,* νομοθέτας *dicentem &* ἀρχιτέκτονας, *& huiuscemodi alia multa tuto componentem.*

Repetit breoi qoid proxime egerit: ostenditque qnid seqnatur. de translationibus enim absolutum esse sermonem docet: non illum quidem exquisitum. nam de illis disputari potuisse subtilius fatetur. sed tamen qui proposito soo satis esse debeat. quod autem nihil se præcepisse de imaginibus eodem tempore refert, translatiooes sont, quæ io freqoenti vsu oratorum sunt, tuoc solum imagioes vsurpantur, cum corrigendis translationibus adhibentur. Adiungit autem oportere etiam somere ad grandem, amplamqoe orationem efficiendam verba iuncta: è duobusq; nominibus concreta. σύνθετα ipse vocat. Cicero iuncta, qoem seqnotus sum, coosueuit appellare, vt in oratore cum ait. Itaque tralata, aut facta, aut iuncta verba facile suot cognita, qnia sumebantur è consuetudine, cotidianoqoe sermooe. & in topicis, vbi quærit etymon verbi postliminium. Intelligens tamen Demetrius poetas libere solere verba iungere: præsertimqoe illos, qui vocantur dithyrambici, statim nos admonet, ne imitemur eos: nec vllo pacto orationi admisceamus verba ita audacter concreta. exempla duo ipse ponit dithyrambicæ verborum iuoctioois. prius eorum est. Θεοπεράτους πλαίας: ita enim io omnibos, qoos vidi, calamo scriptis libris legitur, cum excusi antea baberent, voa littera immntata, Θεοτεράτους. sumptum autem id verbum esse arbitror ex aliquo eius generis poëta, nam ita remotas res ille iungere voluit vt vix eius oominis notio appareat: eadem ratio est posterioris exempli δορύπυρον. Catullus vno eodemque verso duo iuncta nomina complexus est, vt aliena consuetudinis, ita (oisi fallor) non omnino similia dithyrambicis: neqne tantopere dura. videntur enim lepida: plenaq; venustatis. is autem est io carmine de Atride. Vbi cerua siluicultrix: vbi aper nemoriuagus. Sed idem etiam eadem licentia finxit Herifugos Fluentisonum & alia noonulla buiuscemodi. Cum autem osteodisset Phalereus quid fugiendum sit io hac re: exemplisq; valde aptis ad vitium declarandum id coofirmasset, præcipit quid seqoi debeamus: & cuiusmodi verba ita conformare oporteat, quę scilicet similia sint iis, quæ à veritate ipsa componuntur, non quæ studio poetarum: vel libidini potios coocedontur. Veritatem verò videtur appellasse consuetudioem sermoois, quæ labi noo potest: ac rem deniqoe ipsam. Cicero cootra videtur vocasse verum, quod ab arte pręcipitor: certamq; illius rationem refert: quamuis repugnet consuetudini. vt cum io oratore ioquit. Quid verum sit intelligo. & iofra. Nec vero reprehenderim. Scripsere alii rem, & scripserunt esse verius sentio. Sed coosoedini, auribus indulgenti, libenter obsequor. apparet autem veritatem Phalereum appellasse coosuetudinem ex iis, quæ sequuotur. cum dixerit. In vniuersum enim hanc normam esse volo ac statuo omnis vsus verborum: potoque omnia dirigenda ad eam esse, quæ vsurpat oomina iuncta. dicitqoe νομοθέτας & ἀρχιτέκτονας: aliaque huiuscemodi multa verba componit, tutò longeq; ab omni metu offensionis.

Ἕξει μέντοι τὸ σύνθετον ὄνομα ὁμοῦ καὶ ποικιλίαν τινὰ ἐκ τῆς συνθέσεως καὶ μέγεθος, καὶ ἅμα καὶ συντομίαν τινά: ὄνομα γὰρ τεθήσεται ἀντὶ ὅλου τοῦ λόγου. οἷον ἂν τὴν τοῦ σίτου κομιδὴν, σιτοπομπίαν λέγῃς: πολὺ γὰρ οὕτως μεῖζον. τάχα δ' ἂν καὶ λυθέντος ὀνόματος εἰς λόγον, ἕτερον τρόπον μεῖζον γένοιτο. οἷον σίτου πομπὴ, ἀντὶ σιτοπομπίας.

Habebit sane iunctum nomen simul & varietatem quandam ex compositione & magnitudinem, & simul etiam breuitatem quandam: nomen enim ponetur pro tota oratione. ceu si τοῦ σίτου κομιδὴν, dixeris σιτοπομπίαν; multo enim sic maius. Fortasse autem & soluto nomine in rationem suam, alio modo maius fiet. ut, σίτου πομπὴ pro σιτοπομπία.

Postquam & quę fugienda essent, & quæ sequenda iuncta verba demonstrauit, bona ipsorum dotesque nunc enumerat: & cur valde apta sint notæ dicendi ampliori declarat. Inquit igitur iunctum verbum habiturum simul & varietatem quandam, natam ex compositione ipsa: cum enim duo diuersa verba simul conglutinata sunt, quis non intelligit inesse illic varietatem: fit enim tunc tanquam vestimentum quoddam è variis coloribus. Sed etiam magnitudinem illud habiturum dicit: eodemque tempore non nihil breuitatis: cuius breuitatis ortum aperit, rationemque eius ita reddit. Verbum enim ponetur pro tota oratione. Statim autem exemplo confirmat fieri illo modo rem grandiorem, aitque. ceu si τὴν τοῦ σίτου κομιδὴν, quibus verbis frumenti comportatio significatur, dixeris σιτοπομπίαν. quod sanè verbum iunctum est. quamuis non ex illis ipsis, sed altero tantum eorum & alio quodam: πομπὴ scilicet. Cum hoc præcepisset Demetrius, subito ipsi venit in mentem, contra quandoq; contingere atque vsu videri venire. quare id testatur adiungens his, quæ iam dixerat. Fortasse etiam dissoluto verbo: ex illoque oratione facta alio modo, diuersaque ratione cresceret res, exempli causa si σίτου πομπὴ, quę dissolutio est verbi concreti, pro σιτοπομπία dicatur. Ne putentur autem repugnare omnino inter se duo hæc præcepta, ita locum accipiendum puto. Quandoque dicendi genus grandius fieri, si pro seiunctis nominibus iunctum aliquod ponatur: quandoq; contra, si verbum ipsum, iunctum dissoluatur, atque in ea, ex quibus concretum est, redigatur. atque id pro ut est natura, visque illorum. quædam enim iuncta verba granditatem magnam habent: dissolutio etiam ipsa non parum amplitudinis habere videtur, si quod ceteri vno verbo dicunt, tu duobus proferas: contraque si consuetudo distinctis separatisque verbis vtatur, tu ab ipsa discedens, nomina idem significantia iungas. Animaduertendum autem quid vocet hic λόγον: neque enim arbitror vere posse orationem illam appellari, cum sententia sine verbo plena perfectaque non sit. quin autem duo nomina diremptа: sine quæ adhoc concreta non sint, illa sint, dubitare non possumus. valet igitur vt opinor, quiddam quod similitudinem habeat definitionis: euoluitur enim illo pacto quod in illo iuncto nomine tanquam inuolutum erat. Et sanè Aristoteles quoque ita aliquando cepit λόγον; vt sine vlla dubitatione in III. libro de arte dicendi bis, cum inquit; idem ferè tradens, quod hic Demetrius. εἰς ὄγκον δὲ τῆς λέξεως συμβάλλεται τάδε. τὸ λόγῳ χρῆσθαι ἀντ' ὀνόματος. οἷον μὴ κύκλον, ἀλλ' ἐπίπεδον τὸ ἐκ τοῦ μέσου ἴσον. εἰς δὲ συντομίαν τὸ ἐναντίον ἀντὶ τοῦ λόγου ὄνομα. & si ille, cum exemplum illic posuit eo vtitur, quod veram integramque rationem ac definitionem refert. Sed etiam Theon sophistes, quo loco de narratione sedulo præcipit: in aliis enim multis, quæ docet seruari oportere, vt illa suas virtutes habeat, admonet ne hoc faciamus, quod Demetrius docet nunc accommodatum sępe esse huic notę amplę, id est è nomine orationem: ac ne notionem denique nominis euoluamus. Verba ipsius hæc sunt. μήτι λόγῳ ἀντὶ ὀνόματος ποιεῖν. nam exemplum etiam hoc posuit, vt totam rem magis aperiret.

aperiret. ἣν αὐτὶ τῷ ἀπίδωκεν, ἐξέλιπε τὸν βίον. Sed cum idem accuratus scriptor eodem loco docuerit quid sit συντομία: cuius verbi, reique ab ipso significatæ, meminit hic quoque Demetrius: nec non superiore in exemplo Aristoteles, non alienum puto sententiam illius hic testificari. ita igitur ille definiit breuitatem hanc: dixitq; συντομίαν esse orationem, quæ maxime oportunas res ostendit: nec adiungit quod minime necessarium est. quod sane & in verbis & in rebus manet, vt ipse diligenter illic tradit, de tota hac re copiose: exemplis quoque positis, disputans.

Ονομα δ' ἀντὶ λόγου τίθεται, οἷον ὡς ὁ ξενοφῶν φησιν. Ὅτι οὐκ ἦν λαβεῖν ὄνον ἄγριον, εἰ μὴ οἱ ἱππεῖς διαστάντες θηρῷεν διαδεχόμενοι. ὀνόματι. οἷον ὅτι οἱ μὲν ὄπισθεν ἐδίωκον: οἱ δ' ἀπάντων, ὑπελαύνοντες πρόσω, ὥστε τὸν ὄναγρον ἐν μέσῳ ἀπολαμβάνεσθαι. φυλακτέον μέντοι διπλᾶ τιθέναι τὰ διπλᾶ ὀνόματα; τοῦτο γὰρ ἔξεισι λόγου πεζοῦ τὸ εἶδος.

Nomen autem pro ratione ponitur, quemadmodum Xenophon inquit, quod οὐκ ἦν λαβεῖν ὄνον ἄγριον, εἰ μὴ οἱ ἱππεῖς διαστάντες θηρῷεν διαδεχόμενοι: *nomine, ceu quod.* οἱ μὲν ὄπισθεν ἐδίωκον: οἱ δ' ἀπάντων, ὑπελαύνοντες πρόσω ὥστε τὸν ὄναγρον ἐν μέσῳ ἀπολαμβάνεσθαι. *cauere tamen oportet duplicia ponere duplicia nomina: hoc enim migrat è forma pedestris orationis.*

Longiore exemplo rem explicat, illustrem locum capiens elegantissimi scriptoris: Xenophon enim in primo libro ἀναβάσεως, cum narraret Cyrum cum exercitu in Arabiam venisse: naturamq; eius regionis describeret, in aliis etiam tradidit magnam vim onagrorum ibi repertam fuisse, quos aliquando soliti essent equites venari, vt reliquas feras. cumque miram illorum celeritatem esse affirmasset: superabant enim illi cursu equum, quam rationem excogitassent equites, ne effugere possent, docuit, nunquam autem Xenophon iuncto illo nomine vsus est: cum enim bis eos appellet, primum ὄνους ἀγρίους vocauit, deinde non addito epitheto simpliciter ὄνους: non enim in mediis verbis, quæ inde sumit Demetrius id verbum apud auctorem positum est; Sed è superiore oratione eo translatum ab ipso est: sic enim scripsit Xenophon. θηρία δὲ, πλεῖστοι μὲν οἱ ἄγριοι ὄνοι. & quæ sequuntur. ταῦτα δὲ τὰ θηρία οἱ ἱππεῖς ἐδίωκον ἐνίοτε. καὶ οἱ μὲν ὄνοι ἐπεί τις διώκοι, προδραμόντες ἂν εἱστήκεσαν: πολὺ γὰρ τοῦ ἵππου θᾶττον ἔτρεχον, καὶ πάλιν ἐπεὶ πλησιάζοι ὁ ἵππος ταυτὰ ἐποίουν. ὥστε οὐκ ἦν λαβεῖν, εἰ μὴ διαστάντες οἱ ἱππεῖς θηρῷεν διαδεχόμενοι τοῖς ἵπποις. τὰ δὲ κρέα τῶν ἁλισκομένων ἦν παραπλήσια τοῖς ἐλαφείοις: ἁπαλώτερα δὲ. Dissoluit igitur illic Xeophon verbum, quo consuetudo iuncto vtebatur. nam M. etiam Varro onagros eos vulgo vocatos docet in II. libro rerum rusticarum, dicens. Asinorum genera duo. vnum ferum, quos vocant onagros. & Virgilius noto carmine eodem pacto ipsos appellat. quod autem ille dixerat oratione, nomine, iuncto scilicet, exponi posse Demetrius docet: conformat enim ipse exemplum hoc pacto, simul autem verba interpretabor. Equitum pars à tergo sequebantur: alii verò occurebant. agitantes ante, vt onager ita in medio interciperetur. Admonet autem in extremo huius præceptionis Phalereus, vt caueamus ne frequentemus hęc iuncta nomina: dupliciaque hęc ipsa duplicia verba ponamus: nunc enim διπλᾶ vocat hoius culpæ magis declarandæ causa, quæ supra semper σύνθετα vocatat: rationemq; eo reddit huius animaduersionis hoc pacto. hoc enim egreditur formam pedestris orationis ac solutæ, & tanquam exit migratque è terminis ipsius. vnde meritò ab Antigono rege insimulatus est sophistes ille, qui cum eo agens & crebris & duriter audacterque formatis duplicibus nominibus vtebatur: Vocem illius ineptis nominibus inclusam; meritoque à potentissimo rege explosam, recitaui in commentariis in artem dicendi

dicendi Aristotelis, eo loco, quo & ipse docet, cauendum esse nimium vsum horum iunctorum verborum: atque id, vt restatur, quia proprium id est studii poetarum: nec tamen omnium poetarum, sed eorum maxime, qui vocabantur dithyrambici.

Τὰ δὲ πεποιημένα ὀνόματα ὁρίζονται μὲν τὰ κατὰ μίμησιν ἐκφερόμενα πάθους ἢ πράγματος. οἷον ὡς τὸ Σίζε, καὶ τὸ, Λάπτοντες.

Facta autem nomina definiunt quidem quæ imitatione alicuius rei quam aut patiatur aliquis aut faciat, eduntur. ceu illud. Σίζε, & illud: Λάπτοντες.

Explicatis nominibus iunctis aggreditur nomina facta, quæ & ipsa orationi granditatem afferunt. primum autem naturam eorum, vimque euoluit: quomodoque definirent ipsa grammatici docet hoc pacto. πεποιημένα idest facta vocabula, definiunt, quæ imitatione alicuius affectionis aut rei edunt. cuiusmodi est inquit σίζε. & λάπτοντες ab Homero facta verba, ad sonores quosdam exprimendos. priore ille vsus est, cum stridorem exprimere vellet editum ab oculo Polyphemi, præusta sude illi impacta ab Vlysse & sociis. simili nanque iam exposito: contulit enim eam rem cum ratione fabrorum ferrariorum, in frigidam aquam mergentium securim: aliudve quid candens ferrum vnde sonus grandis excitatur, addit. ὣς τοῦ σίζ' ὀφθαλμὸς ἐλαϊνέῳ περὶ μοχλῷ. quare videndum est, an apud Quintilianum mendum sit in primo libro, vbi de hac ipsa re disserit: ita enim in omnibus, quos vidi, ipsius libris, legitur. Sed minime nobis concessa est ὀνοματοποιία. quis enim ferat, si quid simile illis merito laudatis. λίγξε βιός, & σίζει ὀφθαλμός, fingere audeamus? vereor enim ne scribi debeat. σίζ' ὀφθαλμός. posteriore facto verbo poeta est vsus in collatione exponenda. cum ostendere vellet alacritatem animi: ardoremque ingentem pugnæ, quo flagrabant copię Achillis commissæ tunc Patroclo, cum ille adhuc se abstineret à bello, & ipsæ quoque multum cessassent: similes enim fecit Myrmidonum principes lupis, qui ceruo in siluis deuorato ad fontem accedunt, vt sitim expleant: rationem enim, qua in bibendo lupi vtuntur: sonitumque, quem linguis edunt, significare volens, ita locutus est. ἀπὸ κρήνης μελανύδρου λάψοντες γλώσσῃσιν ἀραιῇσι μέλαν ὕδωρ. Plutarchus quoque in Homeri vita de studio poetæ fingendi noua nomina ac verba disseruit: ingeniumque ipsius in ea re multum celebrauit: nec posse à quopiam excogitari tradidit vocabula clarius res illas ostendentia. nam & δοῦπον, & ἄραβον, & βόμβον: nec non ῥοχθεῖ, & ἀμφὶ βράχε & σίζε: huiuscemodique alia fabricasse illum affirmauit. Quintilianus similia Græcis his non nulla Latina, ab iis, qui primi nomina rebus imposuerunt conformata indicauit his verbis. Et sunt plurima ita posita ab iis, qui sermonem primi fecerunt, aptantes affectibus vocem, nam mugitus, & sibilus, & murmur inde venerunt. queriturque non licere ętati suæ, quod priscis illis concessum fuit.

Ποιεῖ δὲ μάλιστα μεγαλοπρέπειαν, διὰ τὸ οἷον ψόφοις ἐοικέναι, καὶ μάλιστα τῷ ξένῳ: οὐ γὰρ ὄντα ὀνόματα λέγει, ἀλλὰ τότε γινόμενα, καὶ ἅμα σοφόν τι φαίνεται ὀνόματος καινοῦ γένεσις, οἷον συνηθείας. ἔοικε γοῦν ὀνοματουργῶν τοῖς πρώτοις θεμένοις τὰ ὀνόματα.

Efficiunt autem maxime amplitudinem, quia tanquam strepitibus similia sunt, & maxime ob peregrinitatem: non enim nomina quæ sunt dicunt, sed quæ tunc gignuntur. & simul sapiens quiddam videtur noui nominis fabricatio, ceu consuetudinis. similis sane est qui nomina nouat illis, qui primi nomina rebus imposuerunt.

Cum

Cum docuisset cuiusmodi sint facta nomina: duoque ipsorum exempla protulisset, declarat nunc cur potissimum illa apta sint huic formæ grandiori his verbis. Efficiunt autem maxime amplitudinem, quia tanquam strepitibus, sonitibusque similia sunt: in primisque nouitate ipsa, subitoque aduentu: sunt enim (vt ait) peregrina. cuius rei rationem subtiliter reddit: vt sane facere debuit: neque enim vere peregrina erant: proprie nanque peregrina sunt, quæ in vsu alius gentis sunt: hæc autem neq; alius, neque illius ipsius gentis in vsu vllo prius erant: non enim inquit, quę iam sint nomina edit, sed eo tempore nascentia. quare non sine causa externa dici possunt, ac vim prorsus eandem, quam illa habent. externas autem res omnes vt homines, magis suspicere consueuimus. Aliud etiam addit, quod ad dignitatem afferendam orationi non nihil valet. est autem hoc. Simulque sapientiam redolet: & acutum quiddam esse apparet, noui nominis generatio tanquam consuetudinis alicuius, ac moris: qui enim nouam consuetudinem inducunt, acutiores putantur. cum ea viderint, quę reliquos fallebant: si nanque aut ornatus ille, aut fructus cognitus fuisset, multo prius receptus fuisset. Qui igitur inquit nomina fabricatur similis est illis, qui primi rebus nomina imposuerunt. quin autem id plenum honoris, & opus proprium sapientię fuerit, dubitari non potest.

Στοχαστέον πρῶτον μὲν τοῦ σαφοῦς ἐν τῷ ποιουμένῳ ὀνόματι καὶ συνήθους· ἔπειτα τῆς ὁμοιότητος πρὸς τὰ κείμενα ὀνόματα. ὡς μὴ φρυγίζειν, ἢ σκυθίζειν τις δόξει μεταξὺ ἑλληνικοῖς ὀνόμασι.

Proponere sibi oportet primum in nouando nomine vt planum sit, & ex consuetudine: deinde similitudinem ad ea nomina quæ in vsu sunt. ne aliquis videatur Phrygium aut Scythicum sermonem adhibere in medio Græcorum vocabulorum.

Ostendit nunc quid proponere nobis ac sequi in hac nouorum verborum conformatione debeamus: sunt enim non nulla diligenter seruanda, si laudem in illis fingendis adipisci volumus. primum igitur quod præcipit est, vt primum videamus vt nomen quod fingimus apertum planumque sit, atq; vnum aliquod ex consuetudine videatur. Deinde vt similitudinem habeat cum receptis, atque vsitatis nominibus. ne Græco sermoni videamur barbaram vocem inculcare: linguamque Phrygum, aut Scytharum cum Græca miscere. hunc autem tanquam scopulum vitabimus, si magno adhibito studio consuetudinem imitabimur.

Ποιητέον μέντοι ἤτοι τὰ μὴ ὠνομασμένα. οἷον ὁ τὰ τύμπανα καὶ τὰ ἄλλα τῶν μαλθακῶν ὄργανα, κιναιδείας εἰπὼν, καὶ ἀριστοτέλης τὸν ἐλεφαντιστήν· ἢ παρὰ τὰ κείμενα παρονομάζοντα αὐτόν. οἷον ὡς τὸν σκαφίτην τις ἔφη τὸν τὴν σκάφην ἐρέσσοντα· καὶ ἀριστοτέλης τὸν αὐτίτην, οἷον τὸν μόνον αὐτὸν ὄντα.

Fabricare sane oportet siue quæ nominata non sunt. ceu qui tympana & alia mollium hominum instrumenta, κιναιδείας vocauit: & Aristoteles ἐλεφαντιστήν. siue à positis iam nominibus deriuantem ipsum. ceu σκαφίτην quidam vocauit, qui remo ageret scapham: & Aristoteles αὐτίτην, tanquam solum ipsum existentem.

Duobus modis fingi noua nomina docet: factorumque horum verborum geminam esse rationem. potest enim aliquis totum aliquod nomen fabricari, quod antea inauditum

tinauditum sit: potest etiam à peruulgata receptaque voce id conformare: ac vestigiis hærere vsitati verbi: n rexemplis etiam declarare uoluit. Idem igitur in hac verborum fabricatione fit, quod uulgo fieri videmus in domibus ędificandis: sunt enim qui, dam qui nouum penitus ædificium construunt: sunt etiam qui addunt aliquid veteri ædificio, atq; ita ædium forma immutata, melius laxiusque habitant. quod sane cum frequens sit atq; oculis aspiciatur, lucis aliquid affert huic μεταφορικῶν appellatę nominum fabricationi. Idem autem, aut certe non valde dissimile pręcepit Cic. de hac verborum nouatione in iij. de oratore, & ipse enim quoq; duplicem rationem huius rei efficiendæ tradit. priorem modum μὲν ὀνοματοποιΐα Demetrius vocat: eiusq; exemplum hoc ponit. uelut inquit. qui tympana & alia mollium tenerorumq; hominum instrumenta κιναίδεια vocauit. intelligit autem cymbala & crotala, quę omnia musica instrumenta in epigrammate in custodem hortorum ea de causa appellantur. legitur enim illic. Cymbala cum crotalis, pruriginis arma, Priapo Ponit & adducta tympana pulsa manu. Cicero etiam in L. Pisonem de Gabinio dixit: Quos neq; hercule ego: neq; supercilium tuum: neq; collegæ tui cymbala, ac crotalia fugi. vnde etiam perspicitur illum ratione vocasse instrumenta hæc eo pacto: sunt enim testimonio quoq; Ciceronis, & auctoris eius carminis propria impudicorum atque effeminatorum hominum arma.

Quærendum autem quomodo κιναίδεια nouum nomen & inauditum antea auribus Græcorum dixerit Demetrius, cum passim vocentur eo sermone κίναιδοι teneri homines, & qui pudorem abiecerunt. quare videtur aut posterioris modi potius exemplum id esse debuisse: aut ne illius quidem. quod in Græco itidem sermone, vt cinædi vocarentur, ita etiam κιναιδίαι, mores eorum impuri ac flagitii plena instituta. non video igitur quomodo hoc aptum exemplnm hic esse possit: nisi aliquis putet nomen hoc, quo vocarentur molles homines eo tempore in consuetudine non fuisse: posteaque id verbum vsurpari cœptum, quod omnino absurdum non esset, veterem Græciam, cum adhuc integra ac seuera esset, nomen huic vitio non imposuisse, quod adhuc in eius mores non irrepserat: Sed hoc verum non esse facile intelligitur, quia vt alios veteres scriptores omittam, Æschines contra Timarchum vtrunq; nomen vsurpat: Demosthenem enim notans: cognomenque quo ab inimicis appellabatur, batalum, inquit, ἐξ ἀνανδρίας τινὸς καὶ κιναιδίας ἐνεγκάμενος τοὔνομα. Sed eundem etiam infra κίναιδον appellat. Non contentus autem eo exemplo Demetrius alterum summi doctoris profert. traditque eodem pacto Aristotelem finxisse nouum verbum ἐλεφαντιστὴν: ita enim ille appellauit rectorem elephantis. est autem illud in 11. libro de natura animantium, vbi inquit. ἔχει δὲ μυκτῆρα: τοιοῦτον καὶ τηλικοῦτον, ὥστε ἀντὶ χειρῶν ἔχειν αὐτόν: πίνει γὰρ καὶ ἐσθίει ὀρέγων τούτῳ εἰς τὸ στόμα καὶ τῷ ἐλεφαντιστῇ ἄνω ὀρέγει. Sed in hoc etiam difficultas non parua est: neque enim videtur hoc nomen eius generis esse, quod nouum funditus, ac pręter consuetudinem est: ab elephante enim conformatum esse apparet: verbumq; id in Græco sermone cotidianum, ac receptum erat: magisque vt videtur, quadrasset alteri huic rationi. nam superiore exposita, posteriorem aggreditur. Siue cum tu ipse ab nominibus, quæ in vsu sint, deducas, ac denomines, cuiusmodi est inquit illud. Scaphiten quidam appellauit, à scapha deriuato nomine, quod genus nauiculæ est, eum qui remo illam agebat. nec non Aristoteles αὐτίτην, eum qui ipse solus erat, ac comitem nullum secum habebat, manifesto a pronomine αὐτὸς, conformato deductoque nomine. Huius etiam tunc ficti verbi meminit infra Demetrius, quo loco de lepore venustateque orationis disserit. Plautus quoque in Trinumo eodem pacto fabricatus est, quod omnibus partibus huic respondet, ipsissimus: cum enim sycophantes ille sæpe iam è Charmide quæsisset, an ipse ille Charmides esset, respondit tandem cum stomacho, fastidiiq; plenus, ipsissimus. Cui simile est, vt opinor, illud ab eodem comico ab vsitata itidem voce deductum quod in Persa prolatum est, geminissimus.

Ξενοφῶν δὲ Ἠλέλιξέ φησιν ὁ στρατηγός, τὴν τοῦ ἐλελεῦ ἀναβόησιν, ἣν ἀνεβόα ὁ στρατηγὸς συνεχῶς, παραποιήσας ὄνομα. ἐπισφαλὲς μέντοι τοὔργον ὡς ἔφην, καὶ αὐτοῖς τοῖς ποιηταῖς, καὶ τὸ διπλοῦν μέντοι ὄνομα, εἶδος ἂν εἴη πεποιημένου

νου ὀνόματος: πᾶν γὰρ τὸ συντιθέμενον ἔκ τινων γέγονεν δηλονότι.

Xenophon autem Ηλέλιξε *inquit dux, clamorem illum* ἐλελεῦ, *quem clamabat dux sine intermissione, deriuato inde nomine exprimens. Lubricum sane opus vt dixi, & ipsis poetis. Et duplex sane nomen, species esse potest facti nominis: omne enim quod componitur ex aliquibus profecto extitit.*

Xenophontem verbum finxisse ostendit à militari clamore: cum enim exercitus aliquando clamaret ἐλελεῦ, inde ipse conformauit ἐλελίζειν: quod uerbum exprimeret vocem illam. cum autem in cunctis, quos vidi libris, mendose prius legeretur ἤλλαξε: neque enim ἀλλάζειν verbum factum est, ausus sum, rem ipsam, veritatemque sequutus, corrigere ἠλέλιξε: videtur enim aut hoc modo, aut ἠλάλαξε legi debere: superius verbum magis exprimit clamorem illum, apertiusque intelligitur ad imitationem eius ipsum conformatum esse: inferius hoc magis vicinum est corruptę lectioni: littera enim in medium duorum illorum λ inserta: sonoque è prima in secundam syllabam translato, ἠλάλαξε fit. ambobus autem vtitur Xenophon, in eodem clamore (vt videtur) ostendendo in III. libro κύρου παιδείας. inquit. τῶν δὲ Χαλδαίων οἱ παρόντες ὡς ἐπλησίαζον οἱ ἀρμένιοι, ταχὺ ἀλαλάξαντες ἵεντο, ὥσπερ εἰώθεσαν, ἐπ᾽ αὐτούς. In primo verò Anabasis. καὶ ἅμα ἐφθέγξαντο πάντες ὥσπερ τῷ ἐνυαλίῳ ἐλελίζουσι. in III. autem. ἐπεὶ δὲ ἐπαιάνισαν καὶ ἡ σάλπιγξ ἐφθέγξατο καὶ ἅμα γε τῷ ἐνυαλίῳ ἠλάλαξαν. Παραποιήσας vero ὀνόματι quod inquit, studium Xenophontis ostendens in conformando eo verbo positum, intellexit eum immutato aliquantulum variatoque illo clamore, inde verbum finxisse. Addit autem in extremo huius disputationis, lubricam esse hanc nouorum nominum fabricationem, plenamque periculi rem: non oratoribus tantum: hisque omnibus, qui soluta oratione vtuntur: verum etiam poetis. quibus maior omnium rerum licentia datur: illi enim quoque, si intemperanter hoc facerent & incaute, laberentur, atque offenderent apud eos, qui audiunt. Molestum autem est quod affirmat se de periculo huius rei supra disputasse, cum tamen in his, quæ nunc habemus huius scriptoris verbum antea de hoc factum non sit. dixit sanè Platonem, qui frequentius vtitur translationibus, quàm imaginibus, sæpe in lubrico versari. qua in re exponenda eodem quo hic uerbo utitur. nihil tamen id uidetur facere ad hanc, de qua precipit, verborum nouationem. ostendit autem duplicia iunctaque verba aliquo modo dici posse facta: redigique ad illa: cuius rei rationem etiam reddens, inquit. Omne enim quod iunctum, concretumque est ex aliquibus rebus, dubitare non possumus quin generatum sit, atque illo tempore, cum partes componuntur, factum.

Μεγαλεῖον δὲ τί ἐστιν καὶ ἡ ἀλληγορία, καὶ μάλιστα ἐν ταῖς ἀπειλαῖς. οἷον ὡς ὁ διονύσιος. Ὅτι οἱ τέττιγες αὐτοῖς ᾄσονται χαμόθεν.

Amplum autem quiddam est & allegoria, & maxime in minis. ceu Dionysius. quod cicadæ ipsis humo canent.

Adfert aliud, quod adiuuat orationis granditatem: id autem est ratio quædam uocata à Græcis ἀλληγορία. quæ non est in uno uerbo translato, sed ex pluribus continuatis connectitur. ut inquit Cicero, uim ipsius exprimens. ut aliud dicatur: aliud intelligendum sit. inde enim appellata est. cum autem in singulis uerbis translatis amplitudo quędam sit, quanto magis in ea oratione, quæ plura continuata habet? quamuis alia potius de causa uideatur ἀλληγορία formæ huic dicendi inseruire: obscuritatem enim potius puto gignere granditatem eam, causamque esse quod illa maiora uideantur. Pręcipue autem accommodatam ipsam esse dicit, cum minamur alicui graue aliquod

quod

quod malum, quod probat exemplo Dionysii Syracusani, qui cum iratus esset Locrensibus, Italiæ populis: absterrereque eos uellet ab aliquo incepto: aut ostendere pœnas ipsos daturos suę improbitatis, se facturum dixit ut cicadę ipsis humo canant. Significauit autem obscure se agros ipsorum uastaturum. Non est igitur tam pusilla minutaque res, vnde non possit uir prudens, cognita ipsius natura, certis quibusdam temporibus fructum aliquem in dicendo capere: ipsaq; uti ad comprobandum quod uult. quemadmodum etiam Brasidas Spartiates traditus est exemplo uilissimę bestiolæ, quam monstrauit se acriter morsu defendisse, cum à se manu pressa esset, atque ita salutem adeptam, ciues suos ad fortitudinem hortatus fuisse. certoque docuisse nihil esse, quod non effici ab homine posset, si uiribus experiri uoluisset, & uim ui depellere conatus esset. Quod autem arripuit acutissimus homo ad perterrefaciendos inimicos: consiliumque suum operiendum, de natura cicadarum, memoriæ quoque proditum est ab Aristotele in v. eorum librorum, quibus historiam omnem animantium persecutus est: affirmauit enim non nasci cicadas in illis terris, in quibus nullæ arbores sunt,

Εἰ δ᾽ οὕτως ἁπλῶς εἶπεν, ὅτι τέμνει τὴν Λοκρίδα χώραν, καὶ ὀργιλώτερος ἂν ἐφαίνετο, καὶ εὐτελέστερος. νῦν δὲ ὥσπερ συγκαλύμματι τοῦ λόγου, τῇ ἀλληγορίᾳ κέχρηται: πᾶν γὰρ τὸ ὑπονοούμενον φοβερώτερον, καὶ ἄλλος εἰκάζει ἄλλο τι: ὁ δὲ σαφὲς καὶ φοβερὸν, καταφρονεῖσθαι εἰκός, ὥσπερ τοὺς ἀποδεδυμένους.

Si autem sic simpliciter dixisset; quod excidet Locrensem agrum; & iracundior visus esset, & humilior. nunc autem tanquam operimento orationis, allegoria vsus est: omne enim quod suspicione tantum attingitur terribilius est: et alius aliud quippiam ariolatur: quod autem planum est, quamuis formidolosum sua ui sit, verisimile est contemptum iri, quemadmodum vestimentis nudatos.

Vim eius uocis, & quam utilis tunc illa fuerit consilio Dionysii, declarat Demetrius his uerbis. Quod si aperte, simpliciterque dixisset, se arbores omnes in eorum finibus & cuncta, quæ oriuntur è terra excisurum esse, & iracundior uisus esset, & humilior: contemnique ab illis facile potuisset: nunc autem mutata ratione, utitur ἀλληγορίᾳ tanquam uelo quodam, & integumento orationis. omne enim inquit quod cogitatur animo: nec manifesto percipitur, terribilius est. magisq; aptum ad pauorem iniiciendum, & ut sunt diuersa hominum ingenia, alii aliud suspicantur: pluraque mala non unum tantum, statu mentis eos mouent. contra autem ait, quod apertum explicitumque est, quamuis sua ui formidolosum sit, uerisimile est contemptum iri. morem autem fuisse priscorum regum ac populorum, ut ratione hac uterentur cum perturbare aliquos uellent, literis mandatum est. multaque exempla ipsius a me facile proferri possent. nam, quod in ea etiam Demetrius dixit: multum ad consternandum ualere, quod alii aliter uoces illas accipiunt, declaratur hoc quoque testimonio Herodoti, qui de donis à principibus Scytharum missis ad Darium agens (erant autem illa auis, mus, rana, & sagittæ) cum rex ipse, ut commodum ipsi fuisset, interpretatus ea esset, narrat Gobryam magnæ uirum auctoritatis, longe alium sensum inde duxisse, qua etiam in re tota narranda politissimus ille scriptor utitur iterum eodem uerbo, quo hic Demetrius usus est, εἰκάζειν: qui studens rem patefacere: rationemque, quam attulerat confirmare, simili etiam hoc utitur. Eadem ratione, qua uidemus detractis uestibus homines, nudosque, despici, qui antea timebantur: nam uestimenta etiam corporibus dignitatem adportant. Huc igitur aliquo modo facit, quod memoriæ proditum est de Agesilao rege Spartiatarum, bellum gerente in Asia, qui man

dauit iis, qui in exercitu prædas vendebant, vt captos ex hostibus nudos venderent: ostendere enim voluit Laconibus suis, non esse valde in acie pertimescendos illos, quamuis magnum nomen virtutis haberent, qui tam tenero & candido corpore forent. & si non simplex ratio illa fuit: aliter enim quoque illo facto incendere suos potuit ad fortiter prœliandum.

Διὸ καὶ τὰ μυστήρια ἐν ἀλληγορίαις λέγεται πρὸς ἔκπληξιν καὶ φρίκην, ὥσπερ ἐν σκότῳ καὶ νυκτί. ἔοικε δὲ καὶ ἡ ἀλληγορία τῷ σκότῳ καὶ τῇ νυκτί.

Unde & mysteria in allegoriis dicuntur, ad pauorem gignendum & horrorem, quemadmodum in tenebris & nocte. similis autem est & allegoria tenebris & nocti.

b

Adiungit Demetrius, idem declarare volens, ἀλληγορίαν scilicet valere ad perturbandum, hanc causam fuisse cur sacra Atheniensium, mysteria vocata, exponerentur obscure, genere hoc adhibito orationis, ad statu scilicet mentis mouendos eos, qui audiunt: horroreque demum ipsos perfundendos. post quam sententiam hoc etiam addit ὥσπερ ἐν αὐτῷ καὶ νυκτί: ἔοικε δὲ καὶ ἡ ἀλληγορία τῷ αὐτῷ καὶ νυκτί, vt nunc legitur in omnibus, quos vidi, libris. verba enim Græca posui, quia in illis macula vitiumq; prorsus esset. Ostendere autem voluit Demetrius (vt opinor) alias etiam rationes illic quæsitas, quæ idem efficerent: ac dignitatem sacris illis adportarent, omnes profectas ab eadem re. nam tenebris ea noctuque agebantur. & secretis vt existimare licet, abditisque locis: quibus etiam rebus similis est ἀλληγορία. Mysteria noctu tractari solita constat. Vnde Cicero in II. de legibus. Quid ergo aget Iacchus, Eumolpidæque nostri & augusta illa mysteria, si quidem sacra nocturna tollimus? In altero illo hæreo. idest in voce αὐτῷ. quæ manifesto corrupta est. Non insulse quidam putarunt, iniecta in medium illud nomen littera, emendari posse ἀδύτῳ: sic enim vocant Græci occultas & remotas templorum partes: sententiaque procedit ea parte qua mysteria in adyto & nocte agi solita traduntur: non tamen apte, in quo tota res manet, allegoria adyto similis esse diceretur: neque enim necesse est loca in templis, quo profanis adire fas non est, obscura & tenebricosa esse. multo igitur melius corrigeretur σκότῳ: ita enim syllabarum numerus seruaretur, quamuis maior litterarum primarum mutatio sic fieret. Nec est quod existimet aliquis, cum ope duorum similium rem explanare voluerit Demetrius, vsum fuisse ipsum iis rebus quę ita similes inter se sunt, vt nihil pęne discriminis inter ipsas existat, cum tenebræ sine nocte induci aliquò possint: contraque nox auxilio candelarum luminosa fieri. nam quod ad alterum horum facit, nos quoq; vulgo cum aliquas res penitus nobis ignotas esse ob vetustatem significare volumus, ea voce qua σκότος appellamus, vtentes, dicimus supra id tempus nobis tenebras esse: vt Cicero quoque locutus est in epistola quadam de re, quæ quamuis tunc fieret, erat tamen ita noua & incredibilis, vt stupore ipsum impleret, ac pæne lumen mentis ipsi eriperet. Quæso quid hoc est, aut quid agitur? mihi enim tenebræ sunt. Hucvsque autem scripseram, cum per litteras mihi significauit Christophorus Rufus, iuuenis doctus & Græcis litteris, & Latinis: meique amantissimus, cuius vtriusque rei vno eodemque facto clarum documentum dedit, se in libro calamo exarato, cum quo à me editum illum contulit, vt laborem hunc meum adiuuaret, inuenisse σκότῳ. quare statim putaui ita legi oportere, & omnem dubitationem ex animo meo sustuli: quod consilium meum cupio eruditis uiris, & qui iudicare possunt probari. Allegoriam igitur similem esse propter obscuritatem nocti ac tenebris, exploratum est, quod consilium etiam sacerdotum illorum qui instituerant vt mysteria noctu agerentur, confirmat. Idem quoque secuti sunt superiore ętate principes quidam uiri, qui ut facilius maiestatem tuerentur: seq; vndique formidabiliores redderent, instituerunt noctu causas audire; nec nisi cum funalibus sui vnquam potestatem fecerunt.

Φυλάττεσθαι μέντοι κἀπὶ ταύτης τὸ συνεχὲς, ὡς μὴ αἴνιγμα ὁ λόγος ἡμῖν γένηται. οἷον τὸ ἐπὶ τῆς συκίας τῆς ἰατρικῆς, Ἄνδρ' εἶδον πυρὶ χαλκὸν ἐπ' ἀνδρὶ κολλήσαντα. καὶ οἱ λάκωνες πολλὰ ἐν ἀλληγορίαις ἔλεγον ἐκφοβοῦντες. οἷον τὸ, Διονύσιος ἐν κορίνθῳ, πρὸς φίλιππον: καὶ ἄλλα τοιαῦτα οὐκ ὀλίγα.

Cauere sane & in hac oportet continuationem, ne oratio nobis euadat ænigma, ceu quod in cucurbitula medicorum, Ἄνδρ' εἶδον πυρὶ χαλκὸν ἐπ' ἀνέρι κολλήσαντα. *Et Lacones multa in allegorijs dicebant metum inycientes. vt illud. Dionysius Corinthi, ad Philippum: & alia huiuscemodi non pauca.*

Indicato bono allegoriæ, admonet vt modice vtamur hoc genere orationis, ostendens uicinum ipsi esse graue malum. si quis enim inquit aliud dicens: aliud verò accipi volens, diutius in ea ratione permanserit, incidet in ænigma: quod genus quàm alienum sit ab officio oratoris nullo negotio intelligitur. Dicit igitur cauere nos oportere, & fugere tanquam scopulum, in allegoria etiam continuationem, ac longam moram: ne quæ oratio debet esse, repentè imprudentibus nobis fiat ænigma: quod protsus eueniret, nisi temperanter id faceremus. Idem etiam in III. de oratore præcepit Cicero, cum supra & ipse de allegotia disseruisset: inquit enim. Est hoc magnum ornamentum orationis, in quo obscuritas fugienda est: etenim ex hoc genere fiunt ea, quæ dicuntur ænigmata. Videtur tamen potius ille putare nasci ænigmata, si captauerimus verba nimis remota, & à re longinqua ducta, quàm à copia, & continuatione illorum, cum manifesto Demetrius tradat proficisci id malum à frequentiore alienorum, translatorumque verborum vsu: vtrunque autem fontem originemque esse posse huius mali facile intelligimus. Exemplum vero illustre ac peruulgatum ænigmatis ponit Demetrius, quo vsus etiam fuerat Aristoteles & in libro, qui reliquus est de arte poetarum, & in III. de artificio dicendi. cuius vim illic accurate, copioseque explicui. constabat autem duobus versibus: sequitur enim posthunc pentameter, vt indicio Athenæi è x. libro δειπνοσοφιστῶν cognoscimus. aptum vero mirifice illud est Phalerei sententiæ constituendæ: cunctæ enim voces in eo translatæ sunt. Addit post ænigma breui declaratum, rediens ad vtilitatem allegoriæ explicandam, Laconas etiam consuesse multa obscure dicere: occultosque quosdam sensus in verbis eorum sæpè fuisse, atque id eos sequutos vt perterefacerent aduersarios, vt cum illo modo cum Philippo macedone egerunt scribentes in epistola ad eum Διονύσιος ἐν κορίνθῳ, & alia huiuscemodi plura in sermone ipsorum, grandi ac pleno dignitatis, frequentia. Prouerbii autem loco iactari solita verba illa testimoniis multis veterum constat. Supra verò etiam eadem voce vsum fuisse Demetrium, non longe à principio libri, vbi exemplum breuis compositionis verborum protulit, notum est.

Ἡ συντομία δὲ τῇ μὲν μεγαλοπρεπὴς, καὶ μάλιστα ἡ ἀποσιώπησις: ἔνια γὰρ μὴ ῥηθέντα μείζονα φαίνεται, καὶ ὑπονοηθέντα μᾶλλον. τῇ δὲ μικροπρεπής: καὶ γὰρ ἐν διλογίαις γίνεται μέγεθος. οἷον ὡς ξενοφῶν. Τὰ δὲ ἅρματα ἐφέρετο φησι, τὰ μὲν δι' αὐτῶν τῶν φιλίων: τὰ δὲ καὶ δι' αὐτῶν τῶν πολεμίων: πολὺ γὰρ οὕτω μεῖζον, ἢ εἴπερ ὧδ' εἶπε: καὶ διὰ τῶν φιλίων, καὶ διὰ τῶν πολεμίων αὐτῶν.

Concisio autem partim quidem magnifica est, & maxime reticentia: quædam enim non dicta maiora videntur, & suspicione potius cognita. partim autem tenuis: etenim in iterationibus exoritur magnitudo. veluti Xenophon inquit. Τὰ δὲ ἅρματα ἐφέρετο, τὰ μὲν δι' αὐτῶν τῶν φιλίων, τὰ δὲ

καὶ

καὶ διὰ τῶν τῶν πολεμίων : *multo enim sic maius, quàm si sic dixisset:* καὶ διὰ τῶν φιλίων, καὶ διὰ τῶν πολεμίων αὐτῶν.

Concisam breuemq; orationem non idem semper efficere declarat: est enim cum ratio illa grandis & ampla est: est contra cum humilis, & pusilla. Amplam cum aliis quibusdam modis: tum maxime reticentia, quam ἀποσιώπησιν vocant, fieri dicit. cuius rei rationem reddit hoc pacto. Quædam enim non dicta maiora videntur: potiusque in animo existimatione eorum, qui audiunt, relicta quàm prolata. valere autem hoc ἀποσιώπησιν certum est: nisi enim hoc pacto rem augere vellent, non reticerent quod intelligi volunt, sed ederent. exempla ipsius multa inueniuntur, & apud oratores, & apud poetas. vt illa valde laudata, qua vsus est Demosthenes initio orationis pro Ctesiphonte. Cicero quoque cum in epistola ad Atticum inquit. O celeritatem incredibilem: huius autem nostri. Sed non possum sine dolore accusare eum, de quo angor & crucior. reticens vitium Pompeii, contrarium laudi Cæsaris, plus dixit, quàm si omnium simul vitiorum, quæ illi virtuti repugnabant, nomina posuisset. tenuem contra orationem fieri, minutamque aliquando concidendis sententiis probat à contrario: repetitis enim atque iteratis vocibus (quæ ratio διλογία vocatur) gignitur inquit amplitudo. id autem probat exemplo Xenophontis, qui in primo libro ἀναβάσεως sine necessitate repetiuit quędam verba vt ostendit: narrabat autem ille currus falcatos Artoxerxis partim per medias copias suorum: partim per acies Grę corum, nudatos rectoribus, delatos esse in principio pugnæ: statimque affirmat Demetrius eo pacto multo maiorem rem factam esse, quàm si relictis illis verbis, quibus sine damno sententiæ supersedere poterat, vt demonstrat, fecisset.

Πολλαχοῦ δὲ καὶ τὸ πλάγιον μεῖζον τοῦ εὐθέος, οἷον. Η δὲ γνώμη ἦν, ὡς εἰς τὰς τάξεις τῶν ἑλλήνων ἐλώντων, καὶ διακοψάντων: ἀντὶ τοῦ διενοοῦντο ἐλάσαι, καὶ διακόψαι.

Multis autem locis & obliqui casus maius in oratione moliuntur, quàm recti, ceu. Η δὲ γνώμη ἦν, ὡς εἰς τὰς τάξεις τῶν ἑλλήνων ἐλώντων καὶ διακοψάντων: *pro* διενοοῦντο ἐλάσαι, καὶ διακόψαι.

Adiungit Demetrius, multis locis, quod prolatum est casibus obliquis maius esse, quàm si rectis casibus dictum foret. quod item constituit auctoritate eiusdem diligentis scriptoris. docens quo consilio Persarum rex parasset quadrigas illas falcatas, vt scilicet ageret eas in acies Græcorum atq; ipsorum ordines frangeret ac perturbaret: hæc enim sententia est eius loci. exemplum autem in eo manet, quod generandi casu ἐλώντων inquit & διακοψάντων. Vocat autem Xenophon ipsa ἅρματα δρεπανηφόρα. T. Liuius in XXXVII. ab vrbe condita quadrigas falcatas vocauit. nam Antiochus quoque in prælio genere hoc auxilii vsus est: idem autem pæne illi contigit, vt narrat Latinus scriptor, quod Artoxerxi. Lucretius currus falciferos appellauit. Declarat autem Demetrius vim eius locutionis: simulque aperit quomodo recto casu idem proferre commode potuisset: non fuisset tamen tam grandis & amplus, si id fecisset: valere enim inquit. Habebant in animo impellere eas in Gręcorum acies, & disiicere dissipareque ordines. Hermogenes quoque in iis, quæ scripsit de variis formis dicendi, meminit multis locis contrariæ huius rem aliquam narrandi rationis. quod autem noster hic πλάγιον & εὐθὺ vocat, ipse πλαγιασμὸν & ὀρθότητα appellat. vt illa ipsa, quæ nominibus his declarantur, facere, πλαγιάσαι & ὀρθῶσαι: exemplis verò fere Demosthenis quod tradit illustrat: cum enim ὀρθότητα, idest rectis casibus vti, doceat efficere puram claramque orationem, in aliis hoc Demosthenis profert. Σκαιὸν ἴσως ἐστὶ τις ὦ ἄνδρες τεχνικοὺς χορὸς ἀθηναῖοι: exemplum verò πλαγιασμοῦ hoc eiusdem oratoris est. τοῦ γὰρ φωκικοῦ συστάντος πολέμου οὐ δι' ἐμέ. & quæ sequuntur. nam quin illud Ciceronis eius

dem huius generis sit, dubitari non potest. Cogitanti mihi sæpe numero, & memoria vetera repetenti perbeati fuisse Q. frater illi videri solent, qui in optima rep. & quæ sequuntur. Quamuis autem exemplum quod posuit Demetrius πλαγιασμοῦ à recto casu incipiat, non importune tamen ad illud demonstrandum collocatum est, propter multitudinem casuum obliquorum, qui sequuntur: illi enim faciunt, vt non sine causa ita vocari possit. eiusmodi etiam est illud Demosthenis, quo aliquando Hermogenes, vt idem ostenderet, vsus est. ὑμεῖς τοίνυν Λακεδαιμονίων γῆς καὶ θαλάττης ἀρχόντων: καὶ τὰ κύκλῳ τῆς Ἀττικῆς κατεχόντων ἁρμοσταῖς καὶ φρουραῖς Εὔβοιαν, Τάναγραν, τὴν Βοιωτίαν ἅπασαν. & quæ sequuntur. conuenire vero notæ grandi & amplæ, quam adiuuari omni genere obscuritatis declaratum est, intelligitur etiam quia gignere rationem hanc περιβολὴν, quam vocat formam, docet Hermogenes: nec non quia videmus aliquando aliquos, qui voluerint ipsam in dicendo imitari, labi: nec respondere in iis, quæ necessario illa secum trahit, superiori illi casui. vnde meritò exploduntur.

Συμβέβληται δὲ καὶ ἡ ὁμοιότης τῶν ὀνομάτων, καὶ ἡ δυσφωνία, ἡ φαινομένη: καὶ γὰρ τὸ δύσφωνον πολλαχοῦ ὀγκηρόν. ὥσπερ. Αἴας δ' ὁ μέγας αἰὲν ἐφ' Ἕκτορι: πολὺ γὰρ μᾶλλον τὸν αἴαντα μέγαν ἐνέφηνεν ἡ τῶν δύο σύμπληξις τῆς ἑπταβοείου ἀσπίδος.

Contulit autem et similitudo nominum, et asperitas vocis, quæ apparet: est nanque asperum multis locis tumidum. ceu. Αἴας δ' ὁ μέγας αἰὲν ἐφ' Ἕκτορι: multo enim magis Aiacem magnum effecit duarum concursus, quàm clipeus septemplex.

Tradit præterea adiuuisse aliquando notam hanc amplam, similitudinem nominum: multumque granditatis ei allatum fuisse ab eorum asperitate: multis enim locis inquit quod ægre profertur molestiamque aliquam in voce habet, cognitum est esse tumidum atq; inflatum: ità enim appello quod ipse vocauit ὀγκηρὸν. quo etiam verbo vsus est multo infra, vbi narrat quædam vocabula dicta esse à peritis cantus ὀγκηρὰ: vt alia etiam aliis nominibus distincta. Exemplum autem huius magnitudinis, profectæ à sono duriore, ponere volens, vsus est versu Homeri, quo supra itidem vsus fuerat, differens de compositione apta huic formæ dicendi, atque idem pænè præcipiens, nisi quod illic iuncturam tantum verborum: sonumque asperum, qui inde nasceretur, animaduertit: hic autem nomina ipsa ita conformata, vt sonum eundem habeant, cogitat: quæ nomina, vt res, quas ostendunt asperæ sunt, ita ipsa eandem asperitatem retineant. Cum autem versus Homericus sit. Αἴας δ' αἰὲν ἐφ' Ἕκτορι χαλκοκορυστῇ: sintque in primis duobus verbis duo concursus vocalium, affirmat, rem ad immensum augens Phalereus, multo magis ingentem Heroem illum videri fecisse duos illos insignes concursus, quàm scutum septemplex: quod ille in pugna gerebat. Erat sanè clipeus ille talis, vt appareret eum non posse vtilem esse in bello nisi Aiaci: & ponebat ante oculos robur fortissimi viri, plus tamen tradit noster hic valuisse ad illud declarandum industriam adhibitam à poeta in verbis illis, quibus factum ipsius exposuit, exasperandis.

Τὸ δὲ ἐπιφώνημα καλούμενον δείξαιτο μὲν ἄν τις, λέξιν ἐπικοσμοῦσαν: ἔστι δὲ τὸ μεγαλοπρεπέστατον ἐν τοῖς λόγοις: τῆς γὰρ λέξεως ἡ μὲν, ὑπηρετεῖ: ἡ δὲ, ἐπικοσμεῖ: ὑπηρετεῖ μὲν ἡ τοιάδε. Οἵαν τὰν ὑάκινθον ἐν οὔρεσι ποιμένες ἄνδρες Ποσσὶ καταστείβουσι: ἐπικοσμεῖ δὲ τὸ ἐπιφερόμενον. τὸ, Χαμαὶ δέ τε πορφύρεον ἄνθος: ἐπενήνεκται γὰρ τοῦτο τοῖς προειρημένοις, κόσμος σαφῶς καὶ κάλλος.

Epiphonema

Epiphonema autem vocatum definiret quidem aliquis, locutionem quæ ornatum affert: est autem magnificentissimum in oratione: locutionis nanque hæc quidem, inseruit: hæc autem, exornat: inseruit quidem huiuscemodi omnis. Οἵαν τὰν ὑάκινθον ἐν οὔρεσι ποιμένες ἄνδρες Ποσσὶ καταστείβουσι. *exornat autem quod adiungitur.* χαμαὶ δέ τε πορφύρεον ἄνθος: *adiunctum enim hoc est antea prolatis, ornatus aperte & pulchritudo.*

Adfert aliud, quod & ipsum plurimum valet ad amplificandam orationem: vocatur autem à magistris huius artis ἐπιφώνημα: poniturque in his σχήμασι, luminibusq; dicendi, quæ manent in sententiis: hoc enim ipsum videtur Rufinianus intellexisse, cum inquit. Hæc sententia in fine expositæ rei cum affectu enuntiatur. Cicero in Verrinis. Non vitam liberûm, sed mortis celeritatem precabantur. Non sine stomacho autem & indignatione plurima; pretereaque clamore sublato hęc sententia pronuntiata est, quæ quod iam expositum fuerat quasi concludit & atrocitatem illius crudelissimi facti auget. & si non nullis falso videretur, superiorem partem: & id, quod antecedit, verius potuisse appellari ἐπιφώνημα: omnis enim locus ita illic tractatus est. O magnum, atque intolerandum dolorem. O grauem acerbamque fortunam. Non vitam liberûm, sed mortis celeritatem pretio redimere cogebantur parentes. Demetrius tradit posse quempiam ita illud definire epiphonema dictionem esse, quæ rem iam prolatam ornet: ipsumque valde amplum esse in dicendo, atq, in omni oratione affirmat. Cum antem adnecti orationi ad ornatum epiphonema ostenderit, vt explicet quód dixit: quædamq́ne ea de causa solum adhibert doceat, partitur orationem: atqne inquit. locutionis duplex genus esse: eiusque alterum genus seruire intelligentiæ eorum, qui audiunt: consumique in ostendenda re: alterum verò expoliendę rei iam narratæ adhiberi. Exemplis autem vtrunq; explanare volens, ponit duos versus hexametros: quorum priorem, dimidiamq́ue partem posterioris, exponere, quod significare in animo habuit poeta, docet: reliquam verò partem, & quæ infertur, ornare atque expolire illud ipsum testatur: manifesto autem tenetur in collatione, id prolatum fuisse: suauisque est in primis, & lepida omnis illa sententia: simile enim sumptum videtur ad deplorandum interitum, casnmque aliquem acerbum honestæ rei: ac par est illi loco illud Catulli, cum in epithalamio cecinit. Vt flos in septis secretus nascitur hortis, Ignotus pecori, & quę seqnuntur: notio nanque eorum verborum hęc est. Qualem hyacinthum in montibus saltibusque pastores pedibus calcant: humi autem sternitur purpureus flos. postremam igitur hanc partem ornare iudicauit, cum primam commemorare affirmasset. ambabus præterea partibus declaratis, iudicinm suum confirmans: idque valere asseuerans, quod dixit totum hoc, quod tanquam adcantatum est addit, adiunctumq́ue rebus antea prolatis, ornatus sinę dubio, ac pulchritudo fuit.

Μεστὴ δὲ τούτων καὶ ἡ ὁμήρου ποίησις. οἷον Ἐκ καπνοῦ κατέθηκ᾽, ἐπεὶ οὐκέτι τοῖσιν ἐῴκει Οἷς τὸ πάρος τροίηνδε κιὼν κατέλειπεν ὀδυσσεύς. Πρὸς δ᾽ ἔτι καὶ τόδε μεῖζον ἐπὶ φρεσὶν ἔμβαλε δαίμων. Μήπως οἰνωθέντες ἔριν στήσαντες ἐν ὑμῖν Ἀλλήλους τρώσητε. εἶτα ἐπιφωνεῖ: Αὐτὸς γὰρ ἐφέλκεται ἄνδρα σίδηρος.

Plena autem horum & Homeri poesis. ceu Ἐκ καπνοῦ κατέθηκ᾽, ἐπεὶ οὐκέτι τοῖσιν ἐῴκει Οἷς τὸ πάρος τροίηνδε κιὼν κατέλειπεν ὀδυσσεύς. Πρὸς δ᾽ ἔτι καὶ τόδε μεῖζον ἐπὶ φρεσὶν ἔμβαλε δαίμων. Μήπως οἰνωθέντες ἔριν στήσαντες ἐν ὑμῖν Ἀλλήλους τρώσητε. *deinde exclamat.* Αὐτὸς γὰρ ἐφέλκεται ἄνδρα σίδηρος.

Plenum esse Homeri poema huius epiphonematis, splendorisq; tradit: nam duo su

periores versus Homeri non sunt: nec è quo poemate sumpti sint iudicare possum. re-ferta vero esse hac elegantia præclara Homeri opera declarare volens, locum è multis vnum citat, in quo perspicuum, illustreq; epiphonema est, vt exemplo illo cetera faci-le cognoscantur. est autem vbi Vlysses, deliberata in animo suo nece procorum, parat ea, quę illi tempori necessaria videbantur: pręcipitq; Telemacho, vt arma remoueat ex aperto loco: parteq; domus ea, in qua delicata illa iuuentus manebat. verum quia intelligebat rem illam suspectam ipsis futuram, instruit filium quid dicere debeat ad suspicionem ex animis eorum euellendam. primum te inde ipsa sustulisse, quia cor-rumpebantur fumo: deinde quod maioris momenti est, à diis immortalibus tibi hanc mentem datam, ne illi forte cum largius bibissent, vt consuerant, exorta inter ipsos concertatione: armisq; arreptis, mutuo se vulnerarent: sanguineque ac cęde omnia complerent. quæ autem adhuc dicta sunt narrationi satisfecerunt. vnde Phalereus inquit. ἀπὸ ἐπιφέρων: αὐτὸς γὰρ ἐφέλκεται ἄνδρα σίδηρος, declarans, quod sequitur: adiun-ctumque illis est à poeta, fuisse epiphonema; speciemque afferre ac magnitudinem ei narrationi. sensus autem est ἐπιφώνημα. Ferrum sua vi rapere ad se ac trahere viros. Occurrere autem posset aliquis Demetrio: dicereque epiphonema id non esse, quia afferatur causa illis verbis eius, quod poeta dixerat, & non tantum ornatus quæratur, aliquidque, quod extra rem sit: indicareq; id particulam γὰρ, quæ certa nota eius rei est. cum enim monstrasset quid mali parere aliquando possent arma eo loco posita: ne id reiceretur: potuissent enim magis illa nocere, si cincti ipsis tunc fuissent illi iuue-nes, adiungit in propinquo etiam loco illa uisa creare periculum magnum valere. fer-rum enim vocat ad se, rapitque non omnino lentos & ignauos homines. Non nul-la verò immutata esse in verbis poetæ: nec legi nunc eum apud Homerum omni ex parte, vt citat illum Demetrius, constat. præterea integrum versum reliquit, qui ter-tius est in ea expositione. Sunt etiam & apud Latinos poetas, & apud oratores, cla-ra exempla huius concinnitatis, veluti cum Virgilius, voce sublata, augere superio-rem expositionem volens, cecinit. Tantę molis erat Romanam condere gentem. & Lucretius. Tantum religio potuit suadere malorum. Sed hoc quoque Ciceronis in C. Verrem elegans in primis est: atq; id prorsus facit, quod proprium ipsius esse de-clarauit Demetrius. Vna atque eadem nox erat, qua prætor amoris turpissimi flam-ma: ac classis populi R. prædonum incendio conflagrabat.

Καὶ καθόλου τὸ ἐπιφώνημα τοῖς τῶν πλουσίων ἔοικεν ἐπιδείγμασι: γείσοις λέ-γω, καὶ τριγλύφοις, καὶ πορφύραις πλατείαις. οἷον γάρ τι καὶ αὐτὸ τοῦ ἐν λόγοις πλούτου σημεῖον ἐστιν.

Et ad summam epiphonema diuitum pompis simile est, intelligo gesis & triglyphis, & purpuris laxis: tanquam enim quoddam & ipsum diui-tiarum orationis indicium est.

Quam uim habeat in oratione epiphonema hoc melius explicare volens, & vt pæ-nè oculis perspiciatur efficere, simili vtitur, quod rem multum declarat: aitque i-psum similitudinem magnam habere cum iis rebus, quæ & in domibus diuitum, for-tunatorumque hominum, & in vestitu reliquaque vita ad speciem ac pompam adhi-bentur: indeque ἐπιδείγματα Græco sermone vocantur. quod vocabulum, vt ipse de-clarat, plures res complectitur, omnes ad ostendendas diuitias factas. appellat autem ipse illas: dicitque se intelligere γεῖσα, & triglypha, & purpuras latas. Nam quin γεῖ-σα, & triglypha domorum ornamenta sint dubitari non potest. Sunt enim γεῖσα te-cti partes, in viam prominentes, quæ pluuiam aquam depellunt à parietibus, nec ta-men in tenuiorum hominum casis construi erant solitæ, cum, quamuis vtilitatem ali-quam afferant, magis tamen pompæ seruiant. τρίγλυφα autem sunt ornamenta ipsa-rum illarum partium: insculptaque non nulla illic delectationis causa. vt amplæ ro-sæ, vnde

sæ. vnde etiam ipsa nunc patrio nostro sermone ab opificibus vocantur. Purpuras, vt opiuos, vocanię vestes colore illo infectas: latas autem, quia amplę illæ vestes & pretiosę forent. . Non sine causa autem se simile fecisse epiphonema iis rebus ostendere volens, ait, vt illæ amplitudinem, copiamq; patrimonii præ se ferunt, ita etiam ipsum notam indiciumque esse diuitiarum orationis. nam Cicero etiam μ. πορφυρᾶς diuitias orationis propter similitudinem appellauit.

Δόξει δ' ἂν καὶ τὸ ἐνθύμημα ἐπιφωνήματος εἶδός τι εἶν, οὐκ ὂν μέν· οὐ γὰρ κόσμου ἕνεκεν, ἀλλὰ ἀποδείξεως παραλαμβάνεται, πλὴν ἐπιλεγόμενόν γε ἐπιφωνηματικῶς.

Videri etiam posset enthymema epiphonematis species quædam, quæ tamen non est: non enim ornatus causa, sed probationis adhibetur, nisi cum in extremo ponitur more epiphonematis.

Succurrit nunc imbecillitati quorundam Demetrius: nec sinit parum peritos huius rei labi ac peccare: cum enim enthymema paruam quandam similitudinem habeat epiphonematis; indeque illud ipsum videri possit, ne quis putet idem omnino esse cum illo, quid discriminis sit inter illa ostendit: vel potius diuerso illorum vsu declarato, diuersa quoque ipsa esse demostrat. inquit igitur non delectationis, neq; ornatus causa, sed vt probetur aliquid, demonstreturq; vsurpari enthymema, cum initio, in euoluenda natura epiphonematis, comparari illud ad expoliendam exornandamque expositionem aliquam docuisset. addit autem conuenire tantum ipsis in hoc, quod enthymema aliquando in sede epiphonematis ponitur, & tanquam epiphonema, in extremo editur. neque tamen hoc facit, vt protsus illa idem sint. Huiuscemodi autem plura loca apud Ciceronem quoque reperiuntur: quæ cum sanè ad ornandum adhibeantur, quia tamen illic contraria contrariis opposita sunt, speciem simul habent enthymematum. cuiusmodi (nisi fallor) sunt duo exempla, quę supra posui è Verrinis. nam hoc è II. Philippica, cum magno stomacho ac clamore in extremo longioris narrationis, qua vehementius insectatus est Antonium, prolatum, cum enthymema sit, ea de causa videri potest epiphonema: Quid indignius? quam viuere eum, qui imposuerit diadema? cum omnes fateantur iure interfectum esse, qui abiecerit.

Ὡσαύτως δὲ καὶ ἡ γνώμη ἐπιφωνουμένῳ τινὶ ἔοικεν ἐπὶ προειρημένοις. ἀλλ' οὐδ' αὕτη ἐπιφώνημά ἐστι· καὶ γὰρ προλέγεται πολλάκις. λαμβάνει μέντοι χώραν ποτὲ ἐπιφωνήματος.

Eodem pacto & sententia similis cuidam quod exclametur post ea quæ dicta iam sunt. Sed neque hæc epiphonema est: etenim antea ipsa sæpe dicitur. occupat tamen sedem aliquando epiphonematis.

Vt enthymema imponere non nullis posse significauit, credi eum idem omnino esse quod epiphonema, ac quomodo distingui deberet ab epiphonemate docuit, ita sententiam illam, quam γνώμην Gręci vocant, fallere posse declarat: non esseq; ipsam, vt aliquando videtur, epiphonema ostendit, cuius rei rationem reddit à loco. Sententia enim inquit sępenumero initio ponitur, & antequam aliud aliquid editum sit, dicitur, cum contra semper epiphonema, vt nomen etiam ipsum testatur, aliquid ante se narratum habeat, occupare tamen ipsam quandoque sedem epiphonematis fatetur.

tur, cum scilicet illa in extremo profertur. quod in errorem quosdam inducit, cum etiam tunc natura ab ipsa discrepet. Commode autem in ambabus illis, oppositis inter se sedibus, collocari sententias, docuit Aristoteles in II. libro de arte dicendi: ferè enim clausulam enthymematum, & initia, demptis ceteris partibus, quæ ratione concludunt, esse inquit sententias. Theon sophistes, qui & ipse subtiliter de epiphonemate disseruit, & si non omnino idem putat esse ἐπιφώνημα & γνώμην, videtur tamen existimare maiorem affinitatem habere ipsam cum altero illo, quàm Demetrius: vocat enim epiphonema, cum statim aliqua re narrata, exponitur quid inde elici possit, ad vitam nostram excolendam aptum: appellatque illud ipsum γνώμην. quod si semper custoditum sit, perspicueque fiat, arbitratur alienum esse à vera ratione scribendæ historiæ. quemadmodum etiam valde remotum à ciuili genere dicendi. proprium autem esse vult theatri ac scenæ. vnde testatur fabulas Menandri refertas fuisse hoc epiphonemate. Si vero contra temperata fuerit narratio huiuscemodi sententiis: atque id clam & arte quadam tractetur, itaque demum vt fallat tantum studium scriptoris in hac re positum, affirmat fore eo pacto vt venusta & lepida fiat narratio: quod probat duobus exemplis Herodoti. Sed etiam loco illo Demosthenis. qui locus grauis in primis est, & de rebus ad remp. pertinentibus agit. quando scilicet ille Philippi vitam & instituta criminatur. commemorans ipsum mimos secum habere: poetasque turpium argumentorum ac tenerorum cantuum. demumque omnes illos quos Atheniensium ciuitas, vt impuros & consceleratos, eiecerit. nam quod Philippus, cum tam nequam sit, fallat ceteros mortales, nasci illud inde, quia in bello felix est: ventique ipsius secundi. Post quæ magister ille dicendi tradit summum oratorem vti epiphonemate. quod sane hoc est. αἱ γὰρ εὐπραξίαι δειναὶ συγκρύψαι καὶ συσκιάσαι τὰ τοιαῦτα ὀνείδη. idest: Res enim prosperæ plurimum valent ad huiuscemodi flagitia operienda; & quasi vmbram ipsis, ne aspici possint, inducunt. Sine dubio autem hæc est γνώμη, facitque extremum hoc ad vitam hominum expoliendam: & non tantum ornat narrationem illam in fine positum: cum Demetrius tradat assumi epiphonema tantum ad ornandum.

Τὸ δὲ. Νήπιος οὐδ' ἄρ' ἔμελλε κακὰς ὑπὸ κῆρας ἀλύξειν, οὐδ' αὐτὸ ἐπιφώνημα ἂν εἴη: οὐ γὰρ ἐπιλέγεται, οὐδὲ ἐπικοσμεῖ, οὐδ' ὅλως ἐπιφωνήματι ἔοικεν, ἀλλὰ προσφωνήματι, ἢ ἐπικερτομήματι.

Illud autem. Νήπιος οὐδ' ἄρ' ἔμελλε κακὰς ὑπὸ κῆρας ἀλύξειν, *neque ipsum epiphonema existimari debet: non enim post dicitur, neque exornat, neque demum exclamationi est simile, sed acclamationi, uel increpationi.*

Locum Homeri diligenter expendit, qui & ipse deciperet parum acutos: viderique posset epiphonema, cum tamen non sit. Est autem cum Asius, Hyrtaci filius, sapiens consilium Polydamantis spreuit, qui auctor fuerat Troianis, in naues impetum facturis, vt equos relinquerent: ipse enim id facere recusauit, vectusque in quadriga eò se contulit. vnde poeta insimulat ipsum: stultumq; vocat, quod contumacia sua mortem sibi quæsiuerit. Hoc igitur, quo altiore voce Asium accusat: stultitiamq; ipsius exagitat, neque ipsum etiam, vt ne superiora quidem esse epiphonema affirmat. cuius rei statim rationem reddit his verbis. Neque enim ad extremum, aliqua re iam narrata, editur: neq; ornatum affert orationi. nec omnino speciem habet vllam epiphonematis, sed potius acclamationem reddit vel increpationem, ac conuicium. προσφώνημα nanque videtur hic appellare reprehensionem illam, quia sermo quasi ad eum conuersus est. Quomodo etiam accepit verbum ipsum Homerus, cum de præconibus ab Agamemnone missis ad Achillem, vt auferrent ab eo amicam, loqueretur: significans enim eos tunc timuisse, ac tanquam mutos stetisse, reueritos conspectum fortissimi herois, inquit. οὐδέ μιν προσεφώνεον οὐδ' ἐρέοντο. cum προσφωνεῖν, etiam va-

leat

leat librum, opusque aliquod ad aliquem mittere, ac tanqnam nomini ipsius dicare. Plenum vero προσφώνημα, vel potius ἐπικερτόμημα esset, si prorsus ille appellatus foret, errorque animi magnus, quo teneretur, ipsi planè demonstratus: cuiusmodi est locus ille Lucretii. vbi induxit naturam stultos accusare, quod recusent mori. Quid tibi tantopere est mortalis, quod nimis ægris Luctibus indulges? quid mortem congemis, ac fles: & quæ sequuntur.

Τὸ δὲ ποιητικὸν ἐν λόγοις, ὅτι μὲν μεγαλοπρεπὲς, καὶ τυφλῷ δῆλόν φασι. πλὴν οἱ μὲν γυμνῇ πάνυ χρῶνται τῇ μιμήσει τῶν ποιητῶν: μᾶλλον δὲ οὐ μιμήσει, ἀλλὰ μεταθέσει, καθάπερ ἡρόδοτος.

Poeticum autem in oratione, quod amplum est, & cæco apparet vt aiunt. nisi quod hi quidem valde nuda vtuntur imitatione poetarum: & quæ potius quàm imitatio, transpositio debeat vocari, quemadmodum Herodotus.

Explicato epiphonemate: non nullisque rebus, quę similitudinem aliqnam cum eo habent, inde reiectis, affert aliud, quod & ipsum loco positum: egregieque tractatum, valde illustrat orationem: grandemque ac magnificam illam reddit. id autem est inserere locos aliquos poetarum in solutam orationem. nam quin hoc granditatem illi acquirat dubitari non posse inquit: vtensque prouerbio celebri, apparere id etiam cæco affirmat. Non tamen simplicem esse rationem hanc, sed duas partes habere testatur: cum alii vt narrat, valde nuda apertaque imitatione poetarum vtantur: neque artificio vllo tecta. quæque verius transpositio quàm imitatio vocari debeat: tanquam enim castigat se ipsum, qui illam imitationem, non suo proprioque nomine appellarit. Herodotum autem hoc sequutum fuisse commemorat, non indicatis sanè locis ipsis, in quos verba poetarum transtulisset: cum id frequens apud eum, sit: notumque ea ætate magnopere fuerit. sed ne nunc quoque obscurum esse potest illis qui accurate ambos legerint. Cum autem imitationem verborum ex iis quæ infra de Thucydidis studio diuerso, rationeque tradit, appareat ipsum intelligere, quis non fateatur, cum de Cleomene rege Spartiatarum: eiusque insanię origine loquens, quam putabant quidam ipsum è consuetudine Scytharum traxisse, inquit. ἐκ τοῦ δὲ ὡς αὐτοὶ λέγουσι ἐπεὰν ζωρότερον βούλωνται πίνειν, ἐπισκύθισον λέγουσι. hoc ipsum accepisse ab Homero, ipsiusque illustri loco ac claro: cuius tamen sensus negotium facesserit multum grammaticis: Achilles enim quoque, cum legatos amicissimos sibi viros bene accipere vellet, mandauit sodali suo vt illo modo vinum ipsis ingereret, atque inqnit. ζωρότερον δὲ κέραιε. & verbum igitur idem est: & tempus sententiaque nulla re dissentiens. Idem etiam vere dici potest de verbo hoc quod poeticum est, quo vsus est Herodotus statim in principio historiæ ἀπαγινέοντας δὲ φορτία αἰγύπτιά τε καὶ ἀσσύρια: Homerus enim quoque ipsum vsurpauit & hoc loco. ἄστυ δ' ἀφ' ὑψηλῶν ὀρέων καταγίνεον ὕλην & aliis etiam. vt ἀτάσθαλα quoque, quod crebrum est apud poetam. cum narrat stultissimum regem ponte dissipato mandasse suis vt plagas mari infligerent: verbaq; adderent conuicii plena & dedecoris, ad ipsius factum illud insimulandum, sed finem exemplorum faciamus. Herodotum vero maximum amatorem Homeri fuisse affirmauit etiam Dionysius Longinus, quo loco & ipse de imitatione subtiliter differit: docet enim hanc quoq; viam esse satis certam perueniendi ad summam laudem in scribendo: excelsumque illum gradum, quem veteres illi eximii oratores obtinuerint assequendi: si quis scripta optimorum poetarum, ceterorumque scriptorum accurate legerit, atque exprimere conatus fuerit, quod narrat fecisse & Herodotum & Stesichorum & Archilochum, & in primis Platonem, qui ex Homeri perenni fonte in suos nitidissimos sermones plures riuulos deduxerit. Ex his paucis Demetrii verbis intelligere licet quid ipse, grauis & probatus in primis auctor, senserit de imitatione: cognosciturque nullo negotio non paucos, qui se eximie imitari putant mo-

nimenta

nimenta ingenii veterum illorum magnopere laudatorum scriptorum, non dignos esse qui imitatores appellentur: cum integras sententias parum, aut nihil immutatis verbis inde sumant: fures enim & expilatores potius vocandos existimat. Quomodo autem cum laude hoc tractari possit, ipse accurate docet: proponitque nobis imitandum Thucydidem.

Θουκυδίδης μέντοι κἂν λάβῃ παρὰ ποιητοῦ τι, ἰδίως αὐτῷ χρώμενος, ἴδιον τὸ ληφθὲν ποιεῖ. οἷον ὁ μὲν ποιητὴς ἐπὶ τῆς κρήτης ἔφη. Κρήτη τις γαῖ' ἐστι μέσῳ ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ Καλὴ καὶ πίειρα περιῤῥέοντος. ὁ μὲν δὴ ἐπὶ τοῦ μεγέθους ἐχρήσατο τῷ περιῤῥέοντος: ὁ δὲ Θουκυδίδης ὁμονοεῖν τοὺς σικελιώτας καλὸν οἴεται εἶν, γῆς ὄντας μιᾶς καὶ περιῤῥέοντου, καὶ ταυτὰ πάντα εἰπὼν, γῆν τε αὐτὴ νῆσον καὶ περιῤῥέοντον ὡσαύτως, ὅμως ἕτερον λέγειν δοκεῖ: διότι οὐχ ὡς πρὸς μέγεθος, ἀλλὰ πρὸς ὁμόνοιαν αὐτοῖς ἐχρήσατο. περὶ μὲν δὴ μεγαλοπρεπείας τοσαῦτα.

Thucydides sane quamuis ceperit aliquid à poeta, cum in suum aliquem vsum ipsum conuertat, proprium id quod sumptum est, facit. ceu poeta de Creta inquit. Κρήτη τις γαῖ' ἐστι μέσῳ ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ Καλὴ καὶ πίειρα, περιῤῥέοντος. *hic igitur in magnitudine ostendenda vtitur illo* περιῤῥέοντος. *Thucydides autem concordia coniungi Sicehotas putat pulchrum esse, cum sint unius telluris &* περιῤῥέοντου. *& cum eadem omnia dixisset, telluremq́; pro insula &* περιῤῥέοντον *eodem pacto, tamen aliud dicere videtur: quia non ad magnitudinem, sed ad concordiam ipsis vsus est. de magnificentia igitur tot.*

Diuersam viam sequutum fuisse Thucydidem docet, quamuis in eodem studio scribendæ historiæ versatus sit: summaque industria sententias ab Homero acceptas occultasse ipsum significat. Cum enim (inquit) sumpserit aliquid à poeta: sua quadam, propriaque ratione illo vtens; quod alienum est, suum facit. Exemplo id confirmat hoc pacto. Ceu poeta de Creta dixit. est autem locus, vbi in Odyssea, situm Cretæ, naturamque telluris eius, ac fertilitatem describit: edidit vero id ex persona Vlyssis, cum Penelope ficte loquentis. Κρήτη τις γαῖ' ἐστι μέσῳ ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ καλὴ καὶ πίειρα, περιῤῥέοντος. extremum autem in primis verbum notat Demetrius atque inquit. Homerus in magnitudine illius insulæ ostendenda vsus est verbo περιῤῥέοντος. Thucydides autem ait oportere Grecos, qui in Sicilia habitabant, concordia coniungi, cum sint incolæ eiusdem telluris & περιῤῥέοντον idest circumfluæ, & vndique mari cinctæ. & tamen addit. cum Thucydides eadem omnia dixerit nam, vt ante Homerus fecerat, insulam non appellauit: & si non eodem omnino nomine est vsus in ea significanda: quam enim γαῖαν Homerus, ipse χώραν vocauit, cum tamen commune ambobus fuerit insulam eam ipsam, siue tellurem, siue regionem, non nominare: & περιῤῥέοντον, ne verbo quidem immutato, tamen aliud Thucydides dicere videtur, quia in alia longeque diuersa re ostendenda illis vsus est: neque enim ad magnitudinem eius regionis declarandam, sed ad confirmandum requiri merito ab illis, vt consentiant inter se cum eandem terram habitent, & illam quidem distinctam à ceteris gentibus tam vasto ac spatioso mari. Locus Thucydidis, quem intelligit, apud ipsum est in quarto historiarū, sententiaq; ea ab Hermocrate Syracusano edita est his verbis, cum ad concordiam Græcos illos hortaretur: atque aliis iam argumentis vsus foret. τὸ δὲ ξύμπαν γείτονας ὄντας καὶ ξυνοίκους μιᾶς χώρας καὶ περιῤῥύτου, καὶ ὄνομα ἓν κεκλημένους σικελιώτας. Cum valeat autem, vt dictum est, περιῤῥυτος undique aquis cincta: unde etiam grammatici, notionem eius verbi aperire uolentes, affirmant par illi esse ἀμφίαλος ut uerum fatear,

non

non penitus uideo quomodo Demetrius tradat ostendi ipso magnitudinem eius telluris apud Homerum. Si nanq; ea uis est, notioq; eius nominis, quam ostendi, pusilla etiam quęlibet insula, ac scopulus περίῤῥυτος non sine causa uocari potest: & ipsæ enim quoque aquis undiq; cinguntur. Nec tamen non, quod testatur doctissimus hic noster auctor, nescio quomodo, intelligitur magnitudo quædam in ea uoce, &, ut quid suspicer, aperiam, illa particula περὶ indicat non solum extremas partes eius telluris; sed longum etiam tractum eius oræ. Hermogenes, qui & ipse quæsiuit quot modis pedestris oratio reciperet uersus poetarum; duas rationes attulit, non ualde à superioribus his discrepantes: priorem scilicet cum orator integrum uersum apte in orationem incluserit, ut sententia ipsius conueniat reliquæ orationi, quem modum ipse vocat κόλλησιν, quia versus ille tanquam glutine quodam illic adnexus est. exemplo autem Æschinis docet eum vsurpari aliquando ab oratoribus: vt opinor autem locus hic Ciceronis in L. Pisonem ita conformatus est. Quanquam, quod ad me attinet, Nunquam istam imminuam curam inficiando tibi. nisi enim indicio Asconii versus esse L. Accii proditus esset, vix intelligeretur. Posterior autem ratio est, cum parte tantum versus sumpta, reliquam sententiam suis verbis absoluerit orator: rursusq; ad alteram versus partem redit. vtque apud poetam ipsum est, exponit. quod, vt ostendit, facit Demosthenes in oratione, quam habuit de falsa legatione.

Ὥσπερ δὲ παράκειται φαῦλα τινὰ ἀστείοις τισὶν. οἷον θαῤῥεῖ μὲν, τὸ θράσος: ἡ δ' αἰσχύνη, τῇ αἰδοῖ: τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τῆς ἑρμηνείας τοῖς χαρακτῆρσι παράκεινται διημαρτημένοι τινές. πρῶτα δὲ περὶ τοῦ γειτνιῶντος τῷ μεγαλοπρεπεῖ λέξωμεν. ὄνομα μὲν οὖν αὐτῷ ψυχρόν: ὁρίζεται δὲ τὸ ψυχρὸν θεόφραστος οὕτω. Ψυχρόν ἐστι τὸ ὑπερβάλλον τὴν οἰκείαν ἀπαγγελίαν, οἷον Ἀπυνδάκωτος οὐ τραπεζοῦται κύλιξ, ἀντὶ τοῦ ἀπύθμενος ἐπὶ τράπεζαν κύλιξ οὐ τίθεται: τὸ γὰρ πρᾶγμα μικρὸν ὄν, οὐ δέχεται ὄγκον τοσοῦτον λέξεως.

Quemadmodum autem propinqua sunt improba quædam quibusdam probis, ac laude dignis. ceu fidentiæ quidem, audacia: verecundia autem, pudori: eodem pacto & locutionis notis vicinæ sunt vitiosæ quædam. Primum autem de ea quæ vicina est magnificæ dicamus. nomen igitur ipsi impositum est frigidum; definit autem frigidum Theophrastus hoc pacto. frigidum est quod excedit suam propriamque enuntiationem, ceu Ἀπυνδάκωτος οὐ τραπεζοῦται κύλιξ*: pro illo vsurpatum. sine fundo calix in mensa non collocatur; res enim quæ parua est, non sustinet tumorem tantum locutionis.*

Descripta nota magnifica, vicinam ipsius vitiosam explicare aggreditur: quod enim in reliquis quoque formis dicendi verum esse declarabit (est enim hoc commune omnium) nunc in hac ampla, quam iam exposuit, contingere docet: ac ne mirum absurdumque aliquibus videatur, exemplo aliarum bonarum, laudatarumq; rerum, in moribus sitarum, & ad vitam pertinentium, id confirmat: quę & ipsæ propinquas habent res non nullas malas, ipsis partibus aliquibus similes. inquit igitur. Ceu res quędam malæ, ac quæ vitiorum naturam habent, sunt vicinę rebus quibusdam bonis, & quæ meritò probantur, vt audacia fidentiæ: nec non nimia verecundia pudori, sic notis veris locutionis propinquę sunt notæ non nullæ deprauatæ, ac quæ laude, fineque deiectæ sunt. Animaduertendum autem cum pudorem, quem vocat αἰδῶ, virtutis vim habere: reique probatæ velit, αἰσχύνην ipsum pro re vitiosa ponere: & quæ quamuis propinqua illi sit, reprehendi merito possit. Idem tamen vtrunque verbum apud Græcos multos auctores valet. vt Aristotelem in primo libro de moribus

bus ad Nicomachum. illo autem tradito, communiter ad omnes notas pertinente, ceteris posthabitis, primum de nota illa corrupta, quę vicina est integræ perfectęque magnificę notæ, pollicetur se dicturum. atque inquit. nomen ipsi esse ψυχρόν. cui Grę co verbo respondet frigus. quod & ipsum hoc transfertur, ac vitium idem ostendit apud Latinos bonos auctores. Cum autem naturam huius vitiosæ formæ aperire vellet, vtitur definitione Theophrasti, qui antea quid verbo illo contineretur, euoluerat: dixeratque frigidum esse id quod superat suam propriamque eius rei, quam ostendit, expositionem. culpam autem huius rei demonstrat vtens versu Sophoclis, in quo res minuta, pusillaque admodum, verbis grandibus exponitur: hoc enim significat, superare: ac sine modo transire aptam illi rei, propriamque expositionem. nam Sophoclis versum hunc esse è Triptolemo testimonio veterum grammaticorum cognoscitur. & Pollux enim in Onomastico, & Hesychius id ostendunt, docentes valere in eo ἀπυνδάκωτον, ἀπύθμενον. idest sine fundo. cum πύνδαξ sit πυθμὴν alio vocabulo ab ipsis vocatus, idest fundus: & ima pars vasis: grandius tamen id verbum est. nam altero hoc vsus est Hesiodus, cum seram esse in fundo parsimoniam affirmauit. quis enim nescit hunc uersum ipsius esse è rusticis operibus; cum admoneret: quo pręcipue tempore oporteret parce è dolio haurire. μεσσόθι φείδεσθαι: δειλὴ δ' ἐνὶ πυθμένι φειδώ. Verbum etiam τραπεζοῦται, quod à τράπεζα conformatum est, quæ est mensa: valetque in mensa collocatur ac stat, amplius est quàm tam tenuis res patiatur. vt testatur quoque Demetrius: non enim sustinere illam tantum tumorem uerborum affirmat.

Γίνεται μέντοι καὶ τὸ ψυχρὸν ἐν τρισίν, ὥσπερ καὶ τὸ μεγαλοπρεπές. ἢ γὰρ ἐν διανοίᾳ, καθάπερ ἐπὶ τοῦ κύκλωπος λιθοβολοῦντος τὴν ναῦν τοῦ ὀδυσσέως, ἔφη τις, φερομένου τοῦ λίθου αἶγες ἐνέμοντο ἐν αὐτῷ: ἐκ γὰρ τοῦ ὑπερβεβλημένου τῆς διανοίας καὶ ἀδυνάτου, ἡ ψυχρότης.

Nascitur sanè frigidum in tribus, ueluti & magnificum: siue enim in sententia, quemadmodum de Cyclope qui lapidem iecit in nauem Vlyßis, quidam dixit, cum lapis ferretur capræ in ipso pascebantur. ex eo nanque quod superat modum in sententia, quodque uem effici non potest, exoritur frigus.

Quibus in rebus oriatur frigus hoc, quod inquit, ostendit: nascique ipsum ait, eadem ratione, qua forma, quam explicuit, magnifica, in tribus, quæ statim exponit. siue enim in sententia ipsa. ceu inquit de Cyclope, lapidem conicientę in nauem Vlyssis, quidam dixit. Cum lapis ille per aërem ferretur capræ in ipso pasceban tur. Quin autem frigus, insulsitasq; in eo loco appareat, non dubitans Demetrius, ortum eius declarat dicens. Existit enim frigus, quia res, quæ narratur, superat omnem veritatem. atque effici id, quod dicitur nullo modo potest. sicq; sententia ipsa affinis huic culpæ est. In hoc vitium manifesto inciderunt quidam è numero etiam eorum poetarum, qui nostra aut superiore ætate, quod similitudinem epici carminis haberet, poema scripserunt. dum enim nimis studuere rem augere, & admirationem in animis eorum, qui audiunt, gignere, res attigere. & quę omnem ueri similitudinem superarent: & præterea humiles nimis, & sæpe fœdę forent.

Ἐν δὲ λέξει ὁ ἀριστοτέλης φησὶ γίνεσθαι τετραχῶς. ὡς ἀλκιδάμας, Ὑγρὸν ἱδρῶτα: ἢ ἐν συνθέτῳ, ὅταν διθυραμβώδης συντεθῇ ἡ διπλωσις τοῦ ὀνόματος, ὡς τὸ Ἐρημόπλανος ἔφη τις, καί τι ἄλλο οὕτως ὑπέρογκον. Γίνεται δὲ καὶ ἐν μεταφορᾷ τὸ ψυχρόν. Τρέμοντα καὶ ὠχρὰ τὰ γράμματα. Τετραχῶς μὲν οὖν κατὰ τὴν λέξιν οὕτως ἂν γίγνοιτο.

In

*In locutione autem Aristoteles inquit nasci quattuor modis *. vt Alcidamas, humidum sudorem: vel in iuncto verbo, quando more dithyramborum iuncta fuerit duplicatio nominis. vt ἐρημόπλανος dixit quidam, & quidquid aliud ita præter modum tumidum. nascitur autem & in translatione frigidum. Τρέμοντα καὶ ὠχρὰ τὰ γράμματα. quattuor igitur modis in locutione hoc pacto fieret.*

Quomodo idem vitium in verbis consletur tradere volens Demetrius, vtitur explicatione Aristotelis, qui in III. libro de arte dicendi subtiliter de hoc disseruit: docuitque quattuor modis frigus oriri in verbis, exemplis diligenter positis omnium illarum prauarum exornandæ orationis vitiosarumq; rationum: desiderantur tamen hic manifesto non nulla. idest vna è quattuor illis rationibus, qua traditur à summo illo scriptore nasci vitium hoc à linguis, peregrinisque vocibus, in dicendo vsurpatis, quod probat ille exemplis Lycophronis sophistę, qui studio augendæ orationis in hanc culpam inciderat. nec tantum integer modus ille defecit apud Demetrium, verum etiam initium alterius, quo tradidit Aristoteles vsum etiam epithetorum aut prolixorum, aut intempestiuorum, aut crebrorum, parere eandem insulsitatem: cum enim exemplum Alcidamantis, hoc vitio laborans, hic legatur, existimari debet ante narratum diligenter fuisse, ansam hanc quoque esse peccandi: multosque, qui nescirent vti epithetis, in hoc lapsos esse. quare arbitror culpa librariorum totum hoc defecisse post aduerbium, quo quattuor modis oriri frigus in locutione ab Aristotele dictum esse affirmauit. Alcidamas autem, qui humidum sudorem vocauit, vsus est epitheto intempestiuo & superuacaneo: quis enim nescit eam esse naturam omnis sudoris? quare merito explosus est. Videtur autem Boccacius quoque noster non satis potuisse huoc scopulum vitare in illo etiam eximio, pręclaroque opere, quod à numero dierum appellauit: in partibus enim illis, quę in medio positæ sunt fabellarum: pręcipueque cum describit aliquid adhibito studio plurimo in ea ἐκφράσει, vestigia quædam apparent huius propriæ poetarum exornationis. nam alios quosdam ipsius libros, non valde, prudentibus & eruditis viris probatos, refertos esse hoc vitio, notum omnibus est: illic enim penitus se ad poeticam locutionem errore magno animi contulit. Pergit autem Demetrius tertium modum, ab Aristotele ante traditum, commemorare, qui originem suam habet prauam iuncturam verborum: esseque inquit, cum vocabulum concretum complicatumq; fuerit more dithyramborum: genus enim id poetarum in primis iungere, geminareq; verba audacter consueuerat, vt ipse quoque supra, cum de vtilitate horum duplicium nominum disputauit, accurate docuit: huius autem vitii exemplum esse posse inquit affectationem illius, qui ἐρημόπλανος inquit, iuncto è duobus duriter nomine, cum ostendere vellet quempiam per deserta, & inculta loca vagari solitum: ac si quid aliud inquit huiuscemodi est, hoc pacto inflatum ac tumidum. Nasci etiam dicit frigus hoc in translationibus, quæ quarta ratio est procreandi hoc malum, ex iis rationibus, quæ in verbis collocatæ sunt. exemplo autem tantum illud confirmat, quod à Gorgia sumptum videtur: Aristoteles enim quoque eodem vsus est, nisi quod ἔναιμα idest cruenta, pro τρέμοντα, quod trementia horrentiave valet, apud eum est. ipse autem Leontini sophistæ illud esse testatur, affirmans, quia translationibus longinquis vsus est cum appellarit res pallidas cruentasque, inde redditam esse orationem obscuram. Sed, vt accuratius de illo loco dissseram, nactus occasionem hanc: scrupulumque, quem tunc inieci, conet euellere, non tantum cruentam pecuniam Cicero [illegible] aliquando appellauit, quod videtur Aristoteles improbare, & putare insulsum ac frigidum, quia inuerecunde translatum est, sed orationem etiam cruentare dixit, quum quasi incisis omnibus alicuius venis, sanguine totum ipsum impleret. hęc certe verba ipsius sunt eo loco, quo maxime M. Antonium omni dedecore ac turpitudine aspersit. Num expectas, dum te stimulis

fodiam? hæc te, si vllam partem habes sensus, lacerat: hæc cruentat oratio. nullo autem pacto locus hic huic vitio, quod exagitat Aristoteles, affinis videtur: & si translationes hæ liberiores sunt; & sine dubio longe ductæ: quarum tamen prior nescio quo modo non tam dura videtur: quamuis id ipsum etiam vere efficere non possit oratio: posterior vero hæc, de qua loquor, audacior. Dicemus igitur translationem hanc Latina in lingua non fuisse ita nouam & inauditam, vt ea de causa respui deberet. Siue minore periculo dici potuisse Antonium, quam res inanimas cruentari: in cuius viui corpore cruor certe existebat: cum contra ab illis omnino abesset. & si non illum ipsum, sed vitam eius & existimationem intellexit illo tempore Cicero. Vel ita purgabimus Ciceronem & à culpa remotum fuisse significabimus, vt ipse aliquando defendit Demosthenem, quem Æschines eosdem nomine insimularat; affirmauit enim concedi tunc Demostheni debuisse, vt illo modo loqueretur, cum inflammatus animo esset ob atrocitatem earum rerum, & inflammare etiam iudices, auditoresque magnopere cuperet. inquit igitur Cicero. Facile est enim verbum aliquod ardens (vt ita dicam) notare: idque restinctis iam animorum incendiis, irridere. Quod si locus vllus vnquam fuit, in quo Cicero tractando valde commotus esset, studeretque animos optimorum ciuium exacerbare, hic ipse profecto fuit. quare seruiuit mirifice illi tempori, non aliquid quod reprehensionem iustam in se haberet, commisit. Verba vero in primis dure translata in aduersario irrisisse Æschinem ipse met testatur: hic enim præcipue locus est, quem Cicero intellexit. Οὐ μέμνησθε αὐτοῦ τὰ μιαρὰ καὶ ἀπίθανα ῥήματα; ἃ πῶς ποθ' ὑμεῖς ὦ σιδήρεοι ἐκαρτερεῖτε ἀκροώμενοι; ὅτ' ἔφη παρελθών, ἀμπελουργοῦσί τινες τὴν πόλιν. ἀνατετμήκασί τινες τὰ κλήματα τοῦ δήμου. ὑποτέτμηται τὰ νεῦρα τῶν πραγμάτων: φορμορραφούμεθα ἐπὶ τὰ στενά. τινὲς πρῶτον ὥσπερ τὰς βελόνας διείρουσι; Ταῦτα δὲ τίνες ἐστίν ὦ κίναδος; ῥήματα, ἢ θαύματα. Aristoteles eo loco diligenter de hoc vitio disputans, tradidit non nullas translationes carere omni decore, partim quia ridiculæ sint: partim quia nimis grandes ac tragicæ, quare vtraque de causa exploduntur. Addit autem in extremo Demetrius quattuor modis nasci posse frigus in locutione ex præceptione illa intelligi, quod initio indicarat.

Σύνθεσις δὲ ψυχρὰ ἡ μὴ εὔρυθμος, ἀλλὰ ἄρυθμος οὖσα, καὶ διὰ πάντων μακρὸν ἔχουσα, ὥσπερ ἡ τοιάδε. Ἥκων ἡμῶν εἰς τὴν χώραν. Πάσης ἡμῶν ὀρθῆς οὔσης: οὐδὲν γὰρ ἔχει λογικόν, οὐδὲ ἀσφαλές, διὰ τὴν συνέχειαν τῶν μακρῶν συλλαβῶν.

Compositio autem frigida, quæ non numerosa, sed extra numerum est: & omnibus in partibus longum habet, veluti talis. Ἥκων ἡμῶν εἰς τὴν χώραν. Πάσης ἡμῶν ὀρθῆς οὔσης: *nihil enim habet aptum orationi, neque in tuto positum, propter continuationem longarum syllabarum.*

Quod restabat tertium, vbi maneret aliquando frigus, exponit. idest quæ compositio verborum affinis sit huic uitio: diuersa autem hæc est compositio à superiore: illic enim σύνθεσιν vocauit iuncturam, concretionemque verborum, cum è duobus scilicet, uel pluribus uerbis unum factum est: hic uero σύνθεσιν appellat constructionem, texturamque ipsorum. Compositionem igitur frigidam esse inquit illam, quę idoneis sibique aptis numeris temperata non est, sed numero caret, ac per omnia longum sonum habet. cuius compositionis frigidæ: omnibusque sui partibus productas syllabas habentis, exemplum esse dicit uerba hæc ueteris scriptoris. in quibus quattuor continentes spondei sunt, Ἥκων ἡμῶν εἰς τὴν χώραν, nec non alium etiam hunc locum, qui itidem constat iisdem pedibus, cum quattuor dictiones, quę in eo sunt, terminatæ sint quattuor spondeis: in superiore enim exemplo tertium spondeum duo monosyllaba constituębant. quæ tamen sedes ita quoque seiuncta est à reliquis partibus, ac

pæne uocem unam conficit. nam nisi singuli pedes suis uocibus distinctisque constarent, non tam appareret (vt opinor) vitium illius structuræ: nec ita illa odiosa, molestaque auribus foret: omnis enim offensio uidetur inde nasci. Sententia amborum locorum plena non est: quid tamen significatum illis sit, apparet. nam in posteriore ὀρθῶς videtur sumptum eodem sensu, quo apud Isocratem, cum inquit. αἰσθάνομαι δὲ τὴν παῖδα πάντας ὀρθὴν οὖσαν: erectum enim animo, non corpore intellexit: auideq; expectantem exitum aliquarum rerum. sed hoc nihil ad rem pertinet: neque enim sensus horum verborum attendendus, sed exemplis his cognoscendum orationem, quæ extra numerum est, insulsam esse ac frigidam. cuius rei ipse statim rationem reddit, dicens. Nihil enim habet aptum orationi: vacuumque à periculo lapsionis, quia continentes illic sunt plures, quàm aures ferant, syllabæ longę. συνέχειαν enim μακρῶν συλλαβῶν dicens, hoc prorsus significauit, idest continuationem illarum, & cum in oratione plures fuerint productæ syllabæ, quæ nulla correpta interruptæ sint. multo etiam supra, vbi de concursu vocalium disputauit, vsus est eodem hoc verbo: appellauitque συνέχειαν τῶν γραμμάτων, cum litteræ sibi ipsis hærent, & nullo tanquam hiatu, diuulsæ sunt.

Ψυχρὸν δὲ καὶ τὸ μέτρα τιθέναι συνεχῆ, καθάπερ τινές, καὶ μὴ κλεπτόμενα ὑπὸ τῆς συνεχείας: ποίημα γὰρ ἄκαιρον, ψυχρόν: ὥσπερ καὶ τὸ ὑπέρμετρον.

Frigidum autem est & uersus continuos ponere, quod faciunt non nulli: & qui non tegantur à continuatione: poema enim intempestiuum, frigidum est: quemadmodum & quod superat mensuram.

Ostendit aliud, quod gignit hoc vitium: frigidumque esse inquit collocare in soluta oratione metra continentia: in quam tamen culpam tradit non nullos incidere, quos; vt consueuit, cum aliquorum vitia notat, nomine non appellat, parcens eorum dignitati. Quærendum autem est, an versus aliorum poetarum intelligat, siue ab illo ipso, qui dicit, in dicendo conflatos: vtrunque enim reprehensionem in se habet. Si nanque posterius hoc significatum ab eo foret, aptum esset id à proximè vicino pręcepto, vt duo contraria inter se vitia caueri debere admonuerit. vt Cicero quoq; in Oratore fecit, cum inquit. Quia nec numerosa esse, vt poema: neque extra numerum, vt sermo vulgi est, debet oratio. Si vero intellexit aliorum carmina, inserta in orationem, responderet illi præcepto, quo docuit loco positos versus poetarum adiungere granditatem lumenq; orationi: vt enim raro hoc facere, modiceque laudem inuenit, ac dignitatem adfert orationi, ita plures versus continuatos ponere culpam in se sustinet: ipse sanè arbitror potius hoc verum esse, quod etiam videtur ostendere verbum id, quo ipse vsus est, τιθέναι: non enim, vt arbitror, ita locutus fuisset de versibus ab oratore ipso, dum diceret, factis. Non esse autem collocanda in oratione metra continentia, cum dixisset, addidit. Et quæ non tegantur, ita vt perspici nequeant, à solutæ orationis continuatione: tunc enim recte vtiliterq; includuntur versus in solutam orationem, cum facile non apparent: latere autem nullo modo possunt plures eodem loco positi ac continuati versus. Ratione vero confirmans superius præceptum Demetrius inquit. Poema enim intempestiuum res frigida est. quemadmodum etiam id, quod superat mensuram. intempestiuum autem & inopportunum appellat, cum minime requiritur, nec suo loco positum est: ὑπέρμετρον vero (vt opinor) quod iustam mensuram superat, ac sine modo est. vt cum continentes plures versus in soluta oratione sunt. nam contra si modice id factum esset, non solum vitio caruisset, sed laudem etiam meruisset.

Καὶ καθόλου ὁποῖόν ἐστιν ἡ ἀλαζονεία, τοιοῦτον καὶ ἡ ψυχρότης: ὅ, τε γὰρ ἀλαζὼν, τὰ μὴ προσόντα αὐτῷ αὐχεῖ ὅμως, ὡς προσόντα: ὅ: τε μικροῖς πρά-

γμασι περιβάλλων ὄγκον, καὶ αὐτὸς ἐν μικροῖς ἀλαζονευομένῳ ἔοικε, καὶ ὅπερ δοίδυξ ἐν τῇ παροιμίᾳ, κοσμούμενον ὕπερον, τοιοῦτόν τί ἐστι καὶ τὸ ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ ἐξηρμένον ἐν μικροῖς πράγμασι.

Et ad summam quale est ostentatio, tale & frigus: qui enim homo gloriosus est, quæ sibi bona non adsunt, iactat tamen se habere, et qui paruis rebus adiungit tumorem, & ipse in paruis ostentanti se similis est: & demum quale est, quod in prouerbio est, ornatum pistillum, tale est & quod in locutione elatum est in paruis rebus.

Similibus nunc duobus cuiusmodi sit hoc vitium explanat eorum autem prius est. Quale enim in vita hominum, ac moribus est iactantia, inanisq; gloriæ causa rerum suarum amplificatio: ἀλαζονεία vocata à Græcis, tale in oratione esse hoc, quod frigus appellat. constituit autem statim similitudinem harum rerum, dicens. Nam & gloriosus homo ea bona, quæ non habet, habere se & ample possidere prędicat, & ille, qui pusillis rebus tumorem uerbis adiungit, & ipse par similisque est alicui tenuibus in rebus idem studium ostentanti. Ambo autem nostri comici mores studiaque huiuscemodi hominis ostendunt, ac qualis sit gloriosus miles, describunt: ut accurate etiam, qui scripsit de arte dicendi ad Herennium Cornificius, in quarto ponit nobis ante oculos instituta talis viri: vbi docet, quid sit notatio ab ipso uocata. Posterius vero est. Quale est pistillum exornatum: magnaque cura expolitum, quod prouerbio ferebatur, tale est, quod in locutione inflatum est, ac supra modum elatum, in tenui materia exponenda. Prouerbium autem hoc usurpabatur ab illis, qui male positam operam aliquorum ostendere uolebant, res nullius ornatus participes, expolire, atque in honorem adducere studentium: qui enim instrumentum id culinę summo studio exornaret, & corollam ipsi imponeret, aut huiuscemodi aliquid faceret, frustra laboraret: neque enim illud, cum quotiescunque usus ipsius est, inquinetur: vileque admodum instrumentum sit, recipit vllum ornatum.

Καίτοι τινές φασι δεῖν τὰ μικρὰ μεγάλως λέγειν, καὶ σημεῖον τοῦτο ἡγοῦνται ὑπερβαλλούσης δυνάμεως. ἐγὼ δὲ Πολυκράτει μὲν τῷ ῥήτορι συγχωρῶ, ἐγκωμιάζοντι, ὡς Ἀγαμέμνονα, ἐν ἀντιθέτοις καὶ μεταφοραῖς, καὶ πᾶσι τοῖς ἐγκωμιαστικοῖς τρόποις: ἔπαιζε γάρ, οὐκ ἐσπούδαζε, καὶ αὐτὸς τῆς γραφῆς ὁ ὄγκος παίγνιόν ἐστι. παίζειν μὲν δὴ ἐξέστω, ὥς φημι: τὸ δὲ πρέπον ἐν παντὶ πράγματι φυλακτέον. τουτέστι, προσφόρως ἑρμηνευτέον· τὰ μὲν μικρά, μικρῶς: τὰ μεγάλα δέ, μεγάλως.

Atqui aiunt quidam oportere res paruas ample dicere, & signum hoc esse putant eximiæ facultatis dicendi. ego autem Polycrati quidem oratori concedo, laudanti, ut Agamemnonem, in antithetis, & translationibus, & omnibus tropis aptis laudationibus: ludebat enim, non serio agebat: & ipse ille eius scriptionis tumor lusus est. ludere igitur liceat, vt aio: quod verò decet in omni re seruandum est. hoc est, apte & accommodate ipsis, singulæ res sunt uerbis exponendæ. exiles, exiliter: & ample ample.

Cum docuisset iam quantopere peccaret, qui rem pusillam ualde ornaret: & inani sonit[o]

ni sonitu uerborum ipsam augeret, irridet illos, qui aiebant, oportere paruas res ample dicere: &, ut magnæ tractari debent, exponere: atque, ut ipse narrat, arbitrabantur hoc esse signum facultatis dicendi incredibilis: initium enim huius disputationis, qua errorem illorum refellit, cum contemptu ipsorum pronunciatum esse apparet: recta nanque uia illi, ut ostendit, errabant. Cum intelligeret autem Demetrius hoc aliquando fecisse magnos habitos sophistas, qui tenuia argumenta, omni adhibito uerborum ornatu, expoliuerunt, ut Polycratem Atheniensem, purgat illum, declaratque se contra ipsius studium non disserere. inquit igitur. Ego sanè Polycrati rhetori do ueniam, laudanti ignobilem quempiam, tenuemque hominem, ut illustrem aliquam, claramque personam, adhibitis antithetis, translationibus, atque omnibus aliis modis propriis uerarum laudationum. ioco nanque ille, non serio agebat: ac prorsus ludebat: illeque ipse scriptionis eius tumor pompaque ludus est. liceat autem inquit unicuique ludere cum uult: neque enim hoc mea præcepta uetant. remoto uerò ludo exploratum sit id quod decet in omni re seruandum esse, quod ualet hic, apte oportere: & ut natura eius requirit, omnem materiam uerbis explicare, idest paruas res parua humilique oratione: magnas autem magna atque ampla. Animaduertendum autem, an supra, ubi in omnibus libris est, [illegible], aliquid desideretur, negligentia librariorum omissum, idest nomen aliquod tenuis hominis, aut rei denique abiectæ, quem tamen hominem ut opulentum & clarum uirum, ornamentis omnibus in eum effusis, celebrarit Polycrates. Scripsit autem ille laudationem in mures, ut indicio Aristotelis cognoscimus: & iusto odio dignas, importunasque personas, Busiridem, & Clytemnestram, omni uerborum honore affecit. potuitque huiuscemodi aliud argumentum ostentandi ingenii eloquentiæq; causa capessere. Cum autem non uideatur consilium ipsius omnino improbare Demetrius, qui iocari uolens adhibuit eximium ornatum in rem humilem, Dionysio Alicarnasseo ille nulla in parte eius studii placuit, ut ipse ostendit in uita, quam scripsit, Isæi oratoris, ubi quid sentiat de ingenio ipsius paucis testatur: nam quod facit ad genus hoc dicendi, narrat Polycratem in eo fuisse frigidum & ineptum. Sed illo relicto ut admonui, suspectum hunc locum habeo: timeoque ne mendi aliquid subsit, quia Agamemnonis persona sustinet omnem ornatum; nec ullum est tantum lumen orationis, quod non præclare ipsi conueniat.

Καθάπερ Ξενοφῶν ἐπὶ τοῦ Τηλεβόα ποταμοῦ, μικροῦ ὄντος, καὶ καλοῦ φησί. Οὗτος δὲ ποταμὸς ἦν, μέγας μὲν οὔ: καλὸς δέ: τῇ γὰρ βραχύτητι τῆς συνθέσεως, καὶ τῇ ἀπολήξει τῇ εἰς τὸ δὲ, μονονουχὶ ἐπέδειξεν ἡμῖν μικρὸν ποταμόν. ἕτερος δέ τις ἑρμηνεύων ὅμοιον τῷ Τηλεβόᾳ ποταμῷ ἔφη, Ὃς ἀπὸ τῶν Λαυρεντικῶν ὀρέων ὁρμώμενος, ἐκδιδοῖ εἰς θάλασσαν. καθάπερ τὸν Νεῖλον ἑρμηνεύων καταῤῥιπτόμενον, ἢ τὸν Ἴστρον ἐμβάλλοντα: πάντα οὖν τὰ τοιαῦτα, ψυχρότης καλεῖται.

Quemadmodum Xenophon de Teleboa amne, qui paruus et pulcher est, inquit. Οὗτος δὲ ποταμὸς ἦν, μέγας μὲν οὔ, καλὸς δέ: *breuitate enim compositionis, & terminatione in* δὲ*, tantum non monstrauit nobis paruum eum amnem esse. Alius autem quidam, loquens de fluuio simili Teleboæ, inquit.* Ὃς ἀπὸ τῶν Λαυρεντικῶν ὀρέων ὁρμώμενος ἐκδιδοῖ εἰς θάλασσαν*, tanquam de Nilo loqueretur præcipitante, aut de Istro cum irrumpit in mare: omnia igitur hæc, frigus uocantur.*

Vidisse id, quod præcepit, Xenophontem: & in scriptis suis accurate custodisse, declarat Demetrius: auctoritate enim politissimi scriptoris iudicium suum contra so-

phistarum quorundam opinionem, qui aliter de eo senserant, corroborat: adducit autem locum ipsius è quarto libro Anabaseos, quo etiam exemplo supra, non longe à principio libri, vsus fuerat. cum vero ipse, quod ad eum explanandum faciebat illic tradiderim, non ero nunc in eadem re explicanda longior. Artificium autem Xenophontis hic quoque diligenter exponit Demetrius, addens statim. Breuitate namque compositionis, & terminatione in particulam δὲ, tantum non monstrauit nobis exiguum esse eum amnem. nam præterquam quod in conspectum illum nobis non adduxit, non potuit melius pingere. vere autem Demetrius breuem constructionem illam dixit, quæ non plenis membris, sed incisis constat. cum vero veritatem sui pręcepti, testimonio grauis auctoris; vtilitateq; rei ipsius confirmasset, ponens nunc ante oculos vitium contrariæ sententię: malumque, quod pareret declarans, vires maiores acquirit suæ præceptioni. inquit igitur. Alius autem quidam verba faciens de fluuio simili Teleboę illi, idest tenui ac placido, ita locutus est. Ος ἀπὸ τῆς λαυρικῆς ὀρῶν ὁρμώμενος ἐκδιδοῖ ἐς θάλασσαν. multis autem modis intelligitur ille rem augere voluisse. nam quod eum impetu quodam à Lauricis montibus deferri dicit, studium hoc eius declarat. prætereа quod addit irrumpere illum in mare, aptum fuit id amplioris fluminis cursui demostrando. vnde merito Demetrius exagitat illum dicens: Tanquam de Nilo loqueretur, qui ex altissimis rupibus in præceps deuoluitur: aut de Istro, qui magna vi irrumpit in mare. In extremo autem, redigens in memoriam iis, qui legunt quod ipsi propositum fuit, adiungit omnia hęc vitia, cum variis modis id, quod decet in rebus verbis exponendis non seruatur, vocari frigus.

Γίνεται μέντοι τὰ μικρὰ μεγάλα ἕτερον τρόπον. οὐ διὰ τοῦ ἀπρεποῦς. ἀλλ' ἐνίοτε ὑπ' ἀνάγκης. οἷον ὅταν μικρὰ κατορθώσαντά τινα στρατηγὸν, ἐξαίρειν βουλώμεθα, ὡς μεγάλα κατορθωκότα. οἷον ὅτι ἔφορος ἐν λακεδαίμονι τὸν περιέργως, καὶ οὐκ ἐπιχωρίως σφαιρίσαντα, ἐμαστίγωσεν: τοῦτο γὰρ αὐτόθεν μικρὸν ἀκουσθῆναι ὂν, ἐπιτραγῳδοῦμεν, ὡς οἱ τὰ μικρὰ πονηρὰ ἔθη ἐῶντες, ὁδὸν τοῖς μείζοσι πονηροῖς ἀνοιγνύουσιν. καὶ ὅτι ἐπὶ τοῖς μικροῖς παρανομήμασι χρὴ κολάζειν μᾶλλον, οὐκ ἐπὶ τοῖς μεγάλοις. καὶ τὴν παροιμίαν ἐποιήσαμεν: ἀρχὴ δέ τοι ἥμισυ παντός, ὡς ἐοικυῖαν τούτῳ τῷ σμικρῷ κακῷ. ἢ καὶ ὅτι οὐδὲν κακὸν μικρόν ἐστιν.

Fiunt sane parua magna alio modo, non ope eius quod minime decet: sed aliquando necessario. ut cum imperatorem aliquem, qui res paruas ex sententia confecerit, efferre uolumus, tanquam magnas res feliciter administrarit. ceu quod ephorus Lacedæmone eum qui delicate. & non ex institutis illius telluris pila luserat, uirgis cecidit: huic enim sua ui paruo auditu existenti, granditatem acquirimus hoc pacto. Ut qui pusillos prauos mores impunitos relinquunt, uiam maioribus sceleribus aperiunt: & quod ob paruas res contra leges commissas oportet punire magis, non ob magnas: & prouerbium fecimus. principium utique dimidium totius, tanquam simile illud sit paruo malo. vel quod nullum malum paruum est.

Vt rationem illam augendi res improbauit Demetrius: inutilemq;, ac ridiculam esse demonstrauit, ita nunc aliam, quæ idem illud sine culpa efficit, inueniri ostendit: quam explicare volens, inquit. Fiunt autem res sua ui paruæ, artificio quodam magnæ, alio modo, & quo nihil gerere cogaris, quod minime deceat: contraque potius necessitate quadam ducaris, quæ iubet id facere, si ad exitum perducere consi-

lium

lium tuum velis. Quod autem tempus hoc quasi postulet, indicat dicens. Ceu cum ducem aliquem exercitus, qui pusillas aliquas res ex sententia confecerit: minutaq; prœlia vicerit, laudibus efferre voluerimus: ornareque tanquam auctorem magnæ victorię: confectoremque amplorum commodorum. Exempli causa inquit si propositum nobis est laudare Laconem illum, qui cum vnus ex ephoris esset, ciuem suum, qui pilę ludum exquisite, ac contra patrios mores luserat, verberauit: in hoc enim, quod per se: suaque ex natura pusillum est, tragœdias agimus, vocemque tollimus, affirmantes eos, qui æquo animo ferunt, prauos aliquos mores, quamuis parui pondetis res videatur, penetrare in ciuitatem, viam maioribus flagitiis aperire: & præterea addentes, officium esse prudentium uirorum animaduertere in auctores pusillorum peccatorum, cum aliquid ab ipsis contra leges commissum est: non in eos, qui magnis in rebus leges contempserint. nec non declarantes probatam à multitudine vocem, qua fertur. Principium dimidium esse totius, hanc vim habere: similemque esse huic pusillo malo, siue etiam contendentes nullum improbum factum paruum esse: falsoque illud ita haberi. nam quod inquit multis iam rationibus expositis, ἢ. id est siue, seu vel, ea de causa facit, quia superiores amplificandi rem paruam rationes, paruam illam esse vt erat, concedebant, magni tamen momenti, ac quæ negligi sine magno damno non posset: extrema verò hæc contra paruam eam esse negat: nouo igitur modo argumentans, necessario inquit siue, distinguens à superiore ratione.

Οὕτω μὲν δὴ ἐξέστω καὶ τὸ μικρὸν κατόρθωμα ἐξαίρειν μέγα. οὐ μὴν ὥστε ἀπρεπές τι ποιεῖν, ἀλλ' ὥσπερ καὶ τὸ μέγα κατασμικρύνεται χρησίμως πολλάκις, οὕτως ἂν καὶ τὸ μικρὸν ἐξαίροιτο.

Sic quidem liceat paruam victoriam magnam facere uerbis, non tamen ut geras aliquid quod minime deceat, sed quemadmodum, quod magnum est conteritur utiliter sæpe numero, sic utique & paruum extolli poterit.

Omnibus iam modis expositis, concludens disputationem hanc inquit. Sic igitur liceat, vt pusillam laudem ephori istius auximus, augere etiam minutam victoriam alicuius imperatoris, & è parua illam magnam uerbis facere. non tamen vt ea de causa committamus aliquid contra id, quod decet: cui culpę affines sunt, qui alteram illam, meritò a nobis supra damnatam rationem sequuntur. Exemplum sanè quod posuit Demetrius, planum est. præclareque facit quod oportuit: nihil tamen vetat alia quędam non minus clara, & illustria adferre. Eodem enim pacto videtur aliquis posse amplificare iudicium illud Areopagitarum, qui puerum damnarunt coturnicibus oculos eruentem: uisum est enim id ipsis signum malefici ingenii, & quod si adoleuisset, & non mature castigatum esset, maiora detrimenta importare posset: neq; enim in illa re maius aliquod damnum factum erat, vt necesse esset in auctorem eius legibus animaduertere. Idem etiam secuti videntur Carthaginienses, qui Hannonem clarissimum ciuem, damnarunt, quia leonem mansuefecerat, itaque factum illud eorum iudicium constitui potest, cum alioqui durum visum esset. nam Plinius quoque, qui rem diligenter narrauit, eo argumento illos vsos affirmat. Idem etiam pęne à Maximo Tyrio, qui & ipse id memoriæ prodidit, traditum. Qui prœlium præterea secundum M. Marcelli ad Nolam ornare volunt: & quanti momenti parua ea victoria fuerit, ostendere, eandem rationem sequuntur. quod etiam arripuit T. Liuius, incensus desiderio clarissimum illum imperatorem celebrandi. Sed exemplis relictis, adiungit Demetrius, quod non parum valet ad iudicium suum confirmandum, docendumque, sine periculo incidendi in indecorum, licere nobis ita amplificare aliquid, argumentum à simili ducens. Eodem pacto, vt magnum factum sæpe numero vtiliter conteritur, atq; extenuatur, sic etiam posse paruum augeri, atq; extolli.

Μάλιστα δὲ ἡ ὑπερβολὴ ψυχρότατον πάντων. τριττὴ δέ ἐστι: ἢ γὰρ καθ' ὁμοιότητα ἐκφέρεται. ὡς τό. Θέειν δ' ἀνέμοισιν ὁμοῖοι: ἢ καθ' ὑπεροχὴν ὡς τό. Λευκότεροι χιόνος. ἢ κατὰ τὸ ἀδύνατον. ὡς τό. Οὐρανῷ ἐστήριξε κάρη.

In primis autem hyperbole frigidissimum omnium. triplex autem est: aut enim per similitudinem editur, ut illud, Θέειν δ' ἀνέμοισιν ὁμοῖοι: aut per exuperantiam. vt illud, Λευκότεροι χιόνος. aut per id quod effici non potest. vt illud. Οὐρανῷ ἐστήριξε κάρη.

Quod gignit in primis hoc vitium: maximamq; vim habet ad frigus excitandum, nisi aptę tractetur, nunc explicat. idest vocatam Græco vocabulo ὑπερβολὴν. cum scilicet aliquis in augenda vel minuenda re quapiam nullum modum tenet. eam Quintilianus esse dicit dementientem superlationem. tria ipsius genera inueniri narrat Demetrius, quæ etiam exemplis confirmat. Aut enim per similitudinem proferri. vt cum Homerus equos Rhesi similes in cursu ventis esse cecinit. Aut per comparationem. vt cum idem de iisdem dixit candidiores eos esse niue. vno autem eodemque versu ambę hæ hyperbolæ continentur. hoc pacto. λευκότεροι χιόνος: θέειν δ' ἀνέμοισιν ὁμοῖοι. eadem quoque tribuit ipsis illis equis Catullus. sine vlla tamen contentione. Tertium genus esse inquit Demetrius, cum id quod effici non potest, exponitur, vt cum Homerus de simultate, & concertatione inquit, cum primo illa ortu pusilla sit, postea auctam capite cælum attingere. respondet autem hoc generi illi, quod vocauit Quintilianus, qui & ipse diuisit hyperbolem in plura genera, plus facto dicere. nam superiora duo his nominibus exponit, quæ Græca Demetrii exprimunt. Huius verò generis esse videtur, quod T. Liuius commemorat in historia dictum esse à Cælio. vnde etiam perspicitur quomodo ipse Latinis verbis exposuerit, quod Græca voce significatur. inquit enim. Cœlius ad immensum multitudinis speciem auget. Volucres ad terram delapsas clamore militum ait.

Πᾶσα μὲν οὖν ὑπερβολὴ ἀδύνατός ἐστιν: οὔτε γὰρ ἂν χιόνος λευκότερον γένοιτο, οὔτ' ἂν ἀνέμῳ θέειν ὅμοιον: αὕτη μέν τοι ἡ ὑπερβολὴ ἡ εἰρημένη, ἐξαιρέτως ὀνομάζεται ἀδύνατος. διὸ δὴ καὶ μάλιστα ψυχρὰ δοκεῖ πᾶσα ὑπερβολὴ, διότι ἀδυνάτῳ ἔοικε.

Omnis igitur hyperbole, impossibilis est: neque enim niue candidius quicquam esse potest; neque vento in cursu simile: hæc tamen hyperbole quæ dicta est, eximie nominatur impossibilis. quam potissimum ob causam maxime frigida uidetur omnis hyperbole, quia ei quod effici non potest similis est.

Adiungit Demetrius, quod scrupulum non paruum euellit: non sine causa enim aliquis miraretur vocatam hanc potissimum fuisse hyperbolem κατὰ τὸ ἀδύνατον, cum commune id ipsi videatur esse cum omni alia: cunctæ nanque id exponunt, quod fieri non potest: neque enim (vt narrat) niue aliquid candidius esse potest: neque par in cursu ventis. hæc tamen inquit, quę nunc tradita est, præter ceteras vocata est ἀδύνατος: & hoc nomine consensu eorum, qui hæc tradiderunt, donata. Addit etiam hanc causam esse, cur omnis hyperbole insulsa frigidaque videatur. quia scilicet speciem habeat rei, quæ fieri non possit: abhorremus autem natura omnes à vanitate: despicimusque statim, quod similitudinem illius habet. Impositum verò fuisse huic figurę nomen ab hac ipsa re apparet, quia qui ipsa vtuntur multo plus dicunt, quam ve-

ritas

titas patiatur, est autem illud sumptum à studio sagittariorum, & qui telum aliquò iaciunt: ipsis enim quandoque contingit vt, multo supra destinatum locum, υπερτερ- que iaculum mittant. vnde etiam patrio in nostro sermone, qui dum aliquid exponunt in hanc culpam incidunt, ac res supra omnem modum augent, & ipsi ab eadem arte accepto nomine insimulantur: cum quo tamen coniunctum non est, quod ostendat eos super locum, quem volebant iacere, vt in Græco, sed simpliciter quasi lanceam, aut lapidem aliquo mittere dicitur; duobus enim verbis ab eodem studio tractis idem vitium significamus,

Διὰ τοῦτο δὲ μάλιστα καὶ οἱ κωμῳδοποιοὶ χρῶνται αὐτῇ: ὅτι ἐκ τοῦ ἀδυνάτου ἐφέλκονται τὸ γελοῖον. ὥσπερ ἐπὶ τῶν περσῶν τῆς ἀπληστίας ὑπερβαλλόμενός τις ἔφη. Ὅτι πεδία ἐξέχεζον ὅλα. καὶ Ὅτι βοῦς ἐν ταῖς γνάθοις ἔφερον.

Propter hoc autem maxime & comici poetæ vtuntur ipsa, quia ex eo quod fieri non potest trahunt ridiculum.. Quemadmodum de Persarum voracitate quidam dixit, rem sine modo augens, quod campos totos reliquijs uentris implebant. & quod boues in malis gestabant.

Id vero videntes (inquit) comici poetę libenter illam vsurpant, quia ducunt visum, cuius monendi ipsi studiosi in primis sunt, ex eo quod effici non potest, incluso in hyperbolis ipsis. ceu ait. (nam exemplis verum id esse: abundareque fabulas veterum comicorum hyperbolis declarare voluit) de Persarum voracitate quidam dixit, sine modo rem augens, ipsos campos totos stercore implesse. nec non eosdem in malis integros boues gestasse. Arbitror sanè priscos in primis comicos intellexisse Demetrium, vt Aristophanem, Eupolin, ac reliquos: præcipue nanque illi rationem hanc coluerunt. nec tamen hoc penitus alienum fuit à consuetudine nouæ comœdiæ: ipsi enim quoque risum captabant, sed alia plerunque, ac magis acuta ratione. Apud Plautum certè reperiuntur vestigia non parua harum hyperbolarum: ipse enim quoque aliquando aliquid ad immensum auxit. vt cum gloriosum illum militem fecit res suas preclaras, ac pulcherrima facta prædicantem: cuncta nanque illa, quæ falsò narrat se fecisse, hyperbolę sunt, nec fieri ab homine vllo pacto possunt. vt etiam illud, quod statim in principio famulis suis imperauit. Curate vt splendor meo sit clipeo clarior, Quam solis radii esse olim, cum sudum est, solent.

Τοῦ δὲ αὐτοῦ εἴδους ἐστὶ, καὶ τό. Φαλακρότερος εὐδίας. καὶ τό. Κολοκύντης ὑγιέστερος. τὸ δὲ Χρυσοῦ χρυσοτέρα, τὸ σαπφικὸν, ἐν ὑπερβολῇ λέγεται καὶ αὐτὸ καὶ ἀδυνάτως, πλὴν αὐτῷ γε τῷ ἀδυνάτῳ, χάριν ἔχει, οὐ ψυχρότητα. ὃ δὴ καὶ μάλιστα θαυμάσειεν ἄν τις Σαπφοῦς τῆς θείας, ὅτι φύσει κινδυνώδει πράγματι καὶ δυσκατορθώτῳ, ἐχρήσατο ἐπιχαρίτως. καὶ περὶ μὲν ψυχρότητος καὶ ὑπερβολῆς τοσαῦτα. νῦν δὲ περὶ τοῦ γλαφυροῦ χαρακτῆρος λέξομεν.

Eiusdem formæ est, & illud. Magis caluus quàm serenitas, &. Magis sanus quàm coloquinta. illud vero. Auro magis aurea, quod Sapphonis est, in hyperbole & ipsum dicitur: nec effici potest. nisi quod ex eo ipso quod effici non potest, venustatem in se habet, non frigus. quapropter maxime aliquis admiraretur diuinam Sapphonem, quod re, quæ natura periculi plena est, & uix potest cum laude tractari, vsa fuit eleganter. Et de

frigore

frigore quidem & hyperbole hæc: nunc vero de eleganti nota dicemus.

Cum iam explanasset vim omnem hyperbolarum, locosq; non nullos indicasset, in quibus excitandi risus gratia quod fieri nequit, factum fuisse dictum est, prouerbia non nulla docet idem solum ac fundamentum habere inquit igitur. Eiusdem formæ est, & illud, quod vulgo fertur. Magis caluus serenitate, &. Cucurbitula sanior. Apud Latinos huius generis videtur illud Plautinum cum ait. Lubentiorem te faciam quàm lubentia est. necnon Terentianum fortasse hoc. Ipsa si cupiat salus, seruare prorsus non potest hanc familiam. Animaduertit autem simul, ponderatque Demetrius parem his vocem Sapphonis, nisi quod inde lepos exoritur, non frigus, insulsitasque, quamuis hyperbole in ea contineatur: dictumque illic sit, quod plane falsum est, ac fieri non potest. cum scilicet illa mulieris speciem laudans, magis auream auro eam esse in carmine quodam affirmauit. ex eo igitur ipso, quod effici non potest, venustatem trahere ipsam inquit, quod nouum est. Delectatus vero mirifice elegantia huius vocis Phalereus, fert in cælum ingenium Sapphonis, dicens. Qua de causa meritò admiraretur aliquis diuinam hanc mulierem. diuinam enim ipsam vocat, quam Plato pulchram appellauit, magis tamen & ipse animi bona, quàm corporis spectans: memoriæ namq; proditum est deformem illam fuisse: diuinam autem quod vti potuit re, sua natura lubrica ac periculosa quæq; vix cum laude attingi potest, lepide ac venuste. Commendato acumine eius mulieris ostendit se explicasse, quæ ad vitium hoc, quod appellatur frigus, & ad hyperbolem declarandam pertinebant. quare alteram notam aggredi velle. in qua concinnitas omnis, & elegantia abundat.

Ὁ γλαφυρὸς λόγος, χαριεντισμὸς καὶ ἱλαρὸς λόγος ἐστί. τῶν δὲ χαρίτων, αἱ μὲν εἰσι μείζονες καὶ σεμνότεραι, αἱ τῶν ποιητῶν: αἱ δὲ, εὐτελεῖς μᾶλλον καὶ κωμικώτεραι, σκώμμασιν ἐοικυῖαι. οἷον αἱ ἀριστοτέλους χάριτες, καὶ σώφρονος, καὶ λυσίου: τὸ γάρ. Ἧς ῥᾷον ἄν τις ἀριθμήσειε τοὺς ὀδόντας ἢ τοὺς δακτύλους, τὸ τῆς πρεσβύτιδος. καὶ τὸ, Ὅσας ἄξιος ἦν λαβεῖν πληγὰς, τοσαύτας εἴληφε δραχμάς. οἱ τοιοῦτοι ἀστεϊσμοὶ, οὐδὲν διαφέρουσι σκωμμάτων, οὐδὲ πόρρω γελωτοποιΐας εἰσί.

Elegans oratio Venere omni referta et salsa oratio est. Venustatum autem, hæ quidem sunt maiores & grandiores, quæ sunt venustates poetarum: hæ autem, humiles magis & magis comicæ, quæ sunt illæ, quæ similes sunt dicacibus vocibus, ceu Aristotelis uenustates, & Sophronis, & Lysiæ: illud enim cuius facilius aliquis dentes numeraret quàm digitos, de anu prolatum. & illud: Quot dignus erat accipere plagas, tot accepit drachmas. huiuscemodi urbanitates, non sunt discrepantes à uocibus dicacibus, neque longe absunt à scurrilitate.

Initio huius disputationis, vbi tradidit quot essent notæ dicendi, γλαφυρὸν χαρακτῆρα formam hanc vocauit: vt sane hic supra, cum absoluta prima nota, quid aggredi vellet, ostenderet: in antiquissimo tamen libro: vt in alio etiam manu scripto, legitur hoc loco, χαριεντισμὸς ἐν λόγοις ἱλαρός: τῶν δὲ χαρίτων, & quę sequuntur. quamuis in eiusdem margine è regione verborum illorum scriptum sit, vt in excusis nunc est: quam lectionem inueni etiam in aliquibus calamo exaratis libris. & sane durum videtur alio nomine hic appellatam formam hanc, quàm illo, quo ipsam vocauit, cum proposuit, quæ in hoc libro explicaturus esset. nec tamen non suspectam quoque habeo

beo alio nomine lectionem hanc: vereorque ne ita concinnata ab aliquo sit, qui diffi cultati huic remedium adhibere voluerit: in mentemque mihi quandoq; venit, posse priora duo verba declarationem esse illius χαριεντισμὸς: sed quoniam nihil certi de hoc statui potest, omissa quæstione hac, singulas sen ten tias, verbaq; interpretemur.

χαριεντισμὸς autem hic vocata est oratio plena elegantiæ, ac suauitatis. quo verbo vsus quoq; est pro lepore & venustate non semel Dionysius in vita Isocratis. ipse quo que infra, vbi docet duci etiam è figuris quibusdam mirificas suauitates, χαριεντίζεται vsurpat pro veneres atq; vrbanitates elicit, dicens. χαριεντίζεται δ᾽ ἐνίοτε καὶ ἐξ ἀσαφείας. Idem etiam hic existimari potest explicare voluisse nonomem eius, cum subito adiun xit. καὶ ἱλαρὸς λόγος ἐστίν. vt intelligat hilaritate respersam & omni lepôre orationem. Statim autem partitur suauitates has, quas vocat χάριτας: aitque alterum ipsarum ge nus conficere quasdam, quæ maiores sunt plenioresq; dignitatis, cuiusmodi manifestò esse intelligantur quæ in vsu sunt poetarum. cum alteræ sint tenues, & humiliores, speciem habentes dictorum illorum, quę σκώμματα vocantur à Græcis: cuius generis esse inquit, nisi macula in primo nomine est, Aristotelis venustates, & Sophronis, qui scripsit mimos, & Lysię oratoris. Exempla autem duo ponit, quę vim illorum exprimant: quorum prius est Lysiæ, prolatum ab ipso in Æschinem Socraticum, vt in dicio Athenæi cognoscimus, in extremo XIII. libro Δειπνοσοφιστῶν memorię hoc prodentis. cum eum philosophum narraret amore captum mulieris fuisse iam vetulę: ætatem enim eius ostendere volens ait procliuius fuisse dentes oris ipsius enumerare, quam digitos manus, tanto pauciores erant: posterius verò cuius sit incertum est, facile autem in eam opinionem venio, vt credam eiusdem esse. qui dum improbum hominem ob improbum factum donatum esse magna pecunia diceret, lusit illo modo: aitque quot plagis dignus erat, tot ornatum eum fuisse drachmis. Addit statim Demetrius, vim explicans earum vocum, sales illos nulla in re differre à scommatibus: neque valde remotos esse à scurrarum ratione, qui propositum habentes risum excitare, vt id consequantur, acuta sanè, sed maledica dicta libere in omnes effundunt: nec suæ etiam, siqua in illis hominibus extat, dignitati parcunt. Quin autem huiusce modi quoque fuerint Sophronis facetiæ, quamuis exemplum ipsius non ponat, dubitare non possumus: cum enim poeta mimorum fuerit, mimica dicta male audiebant: quod testimoniis etiam pluribus Ciceronis planum fit. Animaduertendum autem cum supra in pluribus libris legatur κωμικώτεραι, in aliis tamen quibusdam scriptum esse μικρότεραι, nam scrupulus etiam in illa lectione est. cum affirmet grandiores sales & honestiores eos esse, qui celebrantur à poetis, addatque humiles esse quales plerunque vsurpantur à comicis, qui & ipsi poetæ sint. nisi poetas illic intellexit (vt opinor) qui grandius sonabant, & heroicum carmen condebant, vt exemplis quoque, quæ adiungit perspicitur, cum præsertim comicorum senarii, vt testatus est Cicero, sic sępe abiecti sint, vt non nunquam vix in ipsis numerus & versus intelligatur, vt, possint ea de causa pęnè eximi è numero poetarum. Cum verò fideliter narrauerim, quod in antiquis exemplaribus inueni, de loco, qui videtur coniectura emendari posse, nunc disputabo: venit enim in mentem Francisco Maslouio, qui quattuor ab hinc annis librum hunc Demetrii in Latinum vertit, pro Aristotele legi hic debere Aristophanem, quam eius suspicionem non improbo: facilis enim lapsus est, præsertim cum hæc auctorum nomina, qui citabantur, librarii superiores, quod etiam nunc seruant qui aliquid exscribunt, solerent corripere & primis tantum partibus eorum nominum expressis, extremas notis indicare. Quin autem antiquus ille comicus facetissimus fuerit, iocique ipsius scurriles extiterint ac pleni dicacitatis, dubitari non potest: mouet autem in primis me quod, cum iocos hos non probet Demetrius: nec conuenire vllo modo velit graui personæ, non dixisset vnquam eos frequentatos fuisse ab Aristotele: nec inde ipsorum exemplum capi posse. nam summum etiam hunc philosophum loco temporeque potuisse multa lepide festiueque dicere, constat, sed infra etiam, in hac ipsa forma explicanda hoc aperte tradit Demetrius. quid igitur sen tirem de coniectura hac testari volui: nec tamen ausus sum lectionem receptam immutare.

Τὸ δέ. Τῇ δέ θ' ἅμα νύμφαι παίζουσι· γέγηθε δέ τε φρένα Λητώ. καὶ. Ῥεῖα δ' ἀριγνώτη πέλεται· καλαὶ δέ τε πᾶσαι. καὶ αὗταί εἰσιν αἱ λεγόμεναι σεμναὶ χάριτες καὶ μεγάλαι.

Illud autem. Τῇ δέ θ' ἅμα νύμφαι παίζουσι· γέγηθε δέ τε φρένα Λητώ. *&* Ῥεῖα δ' ἀριγνώτη πέλεται· καλαὶ δέ τε πᾶσαι. *& hæ sunt quæ uocantur dignitatis plenæ venustates & amplæ.*

Explicatis elegantiis humilioribus, ad alterum genus earum transit, quod plenum dignitatis est ac perfundit animos nihilominus suauitate non parua. posito igitur illustri loco Homeri, in quo ille Dianę studia, formamq; describit: nympharumque itidem, comitum ipsius, speciem, quamuis versus ipsi fracti hic & dissipati sint, tradit has esse, quæ vocantur graues et amplæ venustates. Versus verò hos Homeri expressisse Virgilium magis notum est, quàm vt indicare oporteat: & eximie sanè suauiterque expressisse. quare lepos ille ac venustas, quæ sentitur ex Græcis, ex Latinis, etiam subito percipietur. Erunt igitur hi quoq; eiusdem virtutis certum exemplum. Illa pharetram Fert humero: gradiensque deas super eminet omnes Latonæ tacitum pertentant gaudia pectus.

Χρῆται δὲ αὐταῖς Ὅμηρος, καὶ πρὸς δείνωσιν ἐνίοτε, καὶ ἔμφασιν· καὶ παίζων φοβερώτερός ἐστι· πρῶτός τε εὑρηκέναι δοκεῖ φοβερὰς χάριτας. ὥσπερ τὸ ἐπὶ τοῦ ἀχαριστοτάτου προσώπου, τὸ ἐπὶ τοῦ κύκλωπος. τὸ τὸ. Οὖτιν ἐγὼ πύματον ἔδομαι· τοὺς δὲ λοιποὺς πρώτους, τὸ τοῦ κύκλωπος ξένιον· οὐ γάρ πως αὐτὸν ἐνέφηνεν δεινὸν ἐκ τῶν ἄλλων, ὅταν δύο δειπνῇ ἑταίρους, οὐδ' ἀπὸ τοῦ θυρεοῦ, ἢ ἐκ τοῦ ῥοπάλου, ὡς ἐκ τούτου τοῦ ἀστεϊσμοῦ.

Vtitur autem ipsis Homerus aliquando, & ad exacerbandum, ac vim rebus addendam: & ludens terribilior est. primusque ipse videtur inuenisse terribiles lepores, ceu illud de maxime remota ab omni lepore persona, de Cyclope inquam. Οὖτιν ἐγὼ πύματον ἔδομαι· *reliquos autem primos. quod fertur scilicet Cyclopis munus: non enim ita ipsum reddidit dirum ope aliorum, cum duos Vlyssis socios deuorarit; neque ex ingenti illo lapide, quo pro foribus vtebatur: neque è baculo, vt ex hac urbanitate.*

Cum frequens eorum vsus sit apud poetam ipsum in animis exhilarandis, ac voluptate afficiendis, vti etiam ipsis narrat Homerum aliquando in animis commouendis & exacerbandis. nec non in aliqua re augenda, & ante conspectum ponenda. Ingenii autem ipsius magnitudinem magis adhuc declarare volens, addit illum ludentem terribiliorem esse, ac maiorem metum iniicere his qui audiunt, quàm alii facerent, qui illi ipsi rei toto animo incumberent. præterea adiungit videri ipsum primum inuenisse genus hoc leporum ad perterrefaciendum aptum, quod etiam claro exemplo demonstrat. dicens. ceu illud in persona maxime aliena ac vacua ab omni lepore & vrbanitate, prolatum, e Cyclope inquam expressum, cum ab illo dictum cecinit. Vtim ego postremum comedam: deuoratisque iam omnibus ipsius sodalibus: quod in prouerbium venit, ac decantatum est, xenium munusque Cyclopis. vim autem lepidę huius vocis explicans Demetrius: & quantum valeat ad animum illius ferum & immanem declarandum, ostendens ait. Neque enim adeò dirum ipsum esse; atque horribilem declarauit aliis multis sæuis factis, vt cum fecit ipsum duos Vlys-

sis

ſis ſocios vno prandio abſumpſiſſe. & lapidis illius magnitudinem, quo pro foribus antrum ſuum claudebat, deſcripſit: vel etiam baculum ipſius, quod gerebat pinxit, vt ope huius ipſius ſalis, & vrbanitatis fecit.

Χρῆται δὲ τῷ τοιούτῳ εἴδει καὶ ξενοφῶν. καὶ αὐτὸς δεινότητας εἰσάγει ἐκ χαρίτων, οἷον ἐπὶ τῆς ἐνόπλου ὀρχηστρίδος. ἐρωτηθεὶς ὑπὸ τοῦ παφλαγόνος, εἰ καὶ αἱ γυναῖκες αὐτοῖς συνεπολέμουν, ἔφη. Αὗται γὰρ καὶ ἔτρεψαν τὸν βασιλέα: διττὴ γὰρ ἐμφαίνεται ἡ δεινότης ἐκ τῆς χάριτος. ἡ μὲν, ὅτι οὐ γυναῖκες αὐτοῖς εἵποντο, ἀλλ' ἀμαζόνες: ἡ δὲ, κατὰ βασιλέως, εἰ οὕτως ἦν ἀσθενὴς, ὡς ὑπὸ γυναικῶν φυγεῖν. Τὰ μὲν οὖν εἴδη τῶν χαρίτων τοσάδε, καὶ τοιάδε.

Vtitur autem huiuscemodi forma & Xenophon. & ipſe quoq; acerbitates inducit è leporibus. ceu de armata ſaltatrice. interrogatus à Paphlagone, num etiam mulieres ſociæ ipſorum fuerint in bello. ſane inquit: hæ nanque & regem fugarunt: duplex enim grauitas apparet ex ea venuſtate. una quidem, quod non mulieres ſecutæ ſunt ipſos in bellum, ſed Amazones: altera vero, in regem, ſi adeo imbecillus erat, vt à mulieribus in fugam verteretur. Species igitur leporum tot, taleſq; ſunt.

Cum Homerum inueniſſe dixerit genus hoc leporum ad perturbandum, ac ſtatu mentis deiiciendum, aptum, nunc tradit vſum etiam aliquando ipſo eſſe Xenophontem, qui & ipſe inducit in ſua ſcripta, poſtulante hoc materia, locos quoſdam graues, ac terroris plenos, quos Græci vocant δεινότητας, profectos ab vrbanitatibus ac lepidis dictis. cuiuſmodi eſt inquit ille de Orcheſtride muliere, quæ armata ſaltauit voluntate, ac ſtudio Myſi hominis, Paphlagonas oblectare cupientis. Cum enim quæſitum eſſet à quopiam illorum, an mulierum auxilio Græci in bello, vnde redibant, vſi eſſent, aſſenſus eſt ille, addiditque acute. hę nanque regem veſtrum fugauerunt: in prœlioque terga dare coëgerunt. Quæ ſequuntur Demetrii verba ſunt, vim acutæ huius vocis declarantis: inquit enim. Erupit enim gemina δεινότης ex hoc faceto dicto, quæ multum valuit ad retundendum eum, in quem edita eſt. altera quia ſignificatum eſt illa non mulieres, ſed Amazonas ſecutas ipſos in bellum. Amazones enim erant, quæ armis tectum corpus haberent: cum ceteræ mulieres alio ornatu vterentur: eas verò reddebat ſaltatrix illa armata. valuit autem acumen hoc ad diſciplinam militarem Gręcorum tuendam: altera vero, quæ regem notaret, ſi tam infirmus erat, & nullarum virium, vt in fugam à mulieribus verteretur. Locus omnis accurate ab auctore in vi. libro Anabaſeos expoſitus eſt. qui cum inuentu facilis ſit, à me hic non ponetur. abſolutam autem eſſe diuiſionem hanc docere volens Demetrius, ait. tot numero eſſe, quot dixit ſpecies elegantium earum vocum, quas vocat χάριτας: nec non genere ipſas quales monſtrauit, exiſtere.

Εἰσὶ δὲ αἱ μὲν ἐν τοῖς πράγμασι χάριτες, οἷον νυμφαῖοι κῆποι, ὑμέναιοι, ἔρωτες, ὅλη ἡ σαπφοῦς ποίησις: τὰ γὰρ τοιαῦτα, κἂν ὑπὸ ἱππώνακτος λέγηται, χαρίεντα ἐστι. καὶ αὐτὸ ἱλαρὸν τὸ πρᾶγμα ἐξ ἑαυτοῦ: οὐδεὶς γὰρ ἂν ὑμέναιον ᾄδει ὀργιζόμενος: οὐδὲ τὸν ἔρωτα ἐριννὺν ποιήσει ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ, ἢ γίγαντα: οὐδὲ τὸ γελᾶν κλαίειν.

Sunt autem hi quidem in rebus lepores, ceu nympharum horti, hymenæi,

 cupidi-

cupidines, tota Sapphonis poesis: huiuscemodi nanque, quamuis ab Hipponacte dicta fuerint, lepida sunt. & ipsa res hilaris sua sponte est: nemo enim canit hymenaeum iratus; neq; cupidinem Erinnym faciet vi locutionis, aut gigantem: neque ridere plorare.

Aliter nunc venustates has partitur: affirmatque earum non nullas in rebus inueniri: alias verò in verbis, ornatuq; orationis manere. priores igitur aggreditur, quę à rebus ipsis omnem suauitatem trahunt, sua vi plenis elegantiæ ac leporis. Res autem tantopere lepidas esse inquit atque omni hilaritate respersas, hortos Nympharum. Hymenæos, coniugii deos, quos formosissimos veteres illi fingebant, Cupidines, & omnem deniq; Sapphonis poesin: argumentumq; carminum ipsius; hoc enim diligenter seruauit mulier illa, vt cum lepidi ingenii esset, ipsum in rebus lepidis celebrandis exerceret. Huiuscemodi enim inquit Demetrius res, quamuis ab Hipponacte dicerentur, qui asper natura fuit ac virulentus, lepidæ ac iocosæ forent, & ipsa res per se: suaq; vi, iucunda, plenaq; lętitiæ esset. nemo enim inquit hymenæum canit cum commotus animo est: grauiq; ira percitus. neq; naturas rerum oratione immutare poterit: redderet; Cupidinem genere quodam verborum Erinnyn, aut gigantem idest immanem aliquem ac deformem hominem, vel potius monstrum. cum suauis totus, atq; elegans sit, neq; etiam tantum valebit dicendo, vt quod ridere est, plorare faciat. quare addit his de causis constat alterum genus elegantiarum manere in rebus. Quod ad primam illam rem facit, quam sua vi lepidam esse Demetrius significauit: idest hortos nympharum, arbitror in aliquo suo carmine suauissimi ingenii mulierem. quam infra appellat, diligenter ipsos descripsisse. vt Homerus quoq; in Odyssea accurate nympharum antrum, omnibus artis coloribus eò effusis, pinxit. quem etiam locum, vt in primis ornatum & omni suauitate repletum, doctissimi quoque viri summa ope expoliuerunt. monstratis non solum apertis ipsius floribus, sed etiam occultis eiusdem fructibus patefactis,

Ὥστε εἰ μέν τις ἐν πράγματι χάρις ἐστὶ, ταῦτα καὶ ἡ λέξις ποιεῖ ἐπιχαριτώτερα. οἷον. Ὡς δ' ὅτε πανδαρέου κούρη χλωρηῒς ἀηδὼν Καλὸν ἀείδῃσιν, ἔαρος νέον ἱσταμένοιο: ἐνταῦθα γὰρ καὶ ἡ ἀηδὼν, χαρίεν ὀρνίθιον: καὶ τὸ ἔαρ, φύσει χαρίεν. πολὺ δὲ ἐπικεκόσμηται τῇ ἑρμηνείᾳ: καὶ ἔστι χαριέστερα, τό τε χλωρηῒς, καὶ τὸ πανδαρέου κούρη, ἐπὶ τοῦ ὄρνιθος: ἅπερ τοῦ ποιητοῦ ἴδια ἐστί.

Quapropter siquis in rebus lepos est, hæc omnia locutio facit venustiora. ceu, Ὡς δ' ὅτε πανδαρέου κούρη χλωρηῒς ἀηδὼν Καλὸν ἀείδῃσιν, ἔαρος νέον ἱσταμένοιο: *hic enim & luscinia, est lepida auis: & ver, natura lepidum. multum tamen ornamenti acceperunt à locutione: & sunt venustiora, illud* χλωρηῒς, *& illud* πανδαρέου κούρη, *dicere de aui: quæ scilicet poetæ propria sunt.*

Concludit nunc rationem omnem, ac quid facere debeat, qui recte tractare res has velit, non auersus à musis orator, nec nimis tristis, ostendit: eius enim officium esse docet, id ipsum quod est in rebus illis elegantiæ ac venustatis verbis augere & sua etiam industria aliquid pręterea suauitatis eò comportare: dubitare enim non possumus quin illæ quoque res diuersa oratione prolatæ, possint magis minusque iucundę & elegantes fieri. vtitur autem exemplo poetæ, sumpto ex Odyssea, quo loco describit naturam, cantumque lusciniolæ: quam enim auem ἀηδόνα Græci, Latini lusciniam vocant, quamuis in carmine de Sirenum cantu Græcum vocabulum sit: duosque tantum versus ponit, cum plures Homerus in illa pingenda consumpserit. adiungitque statim.

statim. illic & lusciniam esse, lepidam auiculam: necnon ver, quod anni tempus & ipsum suaue est. verum tamen illas ipsas, suaues per se res, magnopere ornatas esse elegantia verborum, locutioneque. præcipueque illud χλωρηΐς: nec non alterum illud πανδαρέου κούρη, quę virginis propria erant, protulisse de aui, auget magnopere rem, & multum ipsi leporis, ac dignitatis acquirit, quæ sanè in quirin rebus non inueniębantur, sed importata eò sunt ingenio poetæ: ab artificioq; ipsius profecta. qui de aui locutus est, vt de nobili virgine, redegitque in mentem iis, qui legunt, quod olim fuerit illa, non quod tunc esset: in quo notandum est, quod ad χλωρηΐς facit, cum plures notiones eius nominis adferantur à grammaticis etiam veteribus, auctorem hunc nostrum eam ex illis veram putare, quæ ita ipsam vocatam vult, quia ab ea nympha genus, originemque ducat: illo enim tantum modo ornatur luscinia, si dicitur inde nata, cum ceteræ rationes expertes dignitatis sint. Animaduertendum prætere a cum supra imminuto eo vocabulo ὀρνίθιον dixerit. quæ forma illius nominis præcipue congruit elegantiæ huius auis, Latinos quoque eadem forma plerunque vocare ipsam solitos: vt Plautus, cum alteram Bacchidarum sorori fecit ita loquentem. Pol ego quoque metuo lusciniolæ ne defuat cantio. Nam apud M. quoque Varronem arbitror locum illum ita legi debere. Lusciniola quod luctuose canere existimatur: in antiquissimo enim exemplari est lusciola, vna minus syllaba in media illa voce, errore, vt puto, librarii. Est autem valde similis superiori Homeri, locus quidam Catulli bellus in primis ac refertus plurima suauitate: in collatione nanque & ipse, cum innuptæ virginis decus & speciem corporis eximiam ponere ante oculos vellet, fecit ipsam similem flori, cuius elegantiam integritatemque diligenter describit. nam & flos ipse sua sponte pulchra res & iucunda est, & adiungit etiam ipsi non parum splendoris suo ingenio poeta, mollissimis verbis docens & qua re foueantur flores, & vnde etiam vires & alimentum accipiant: quę cunctę res in mentem nobis redeuntes, cum sint politæ & elegantiæ plenæ, afficiunt nos incredibili voluptate: quid enim magis iucundum est auris, sole, leniore pluuia? à quibus omnibus rebus animantes etiam & oriuntur & aluntur. Nam multum iisdem gratiæ eidem loco aspersisse poetam, affirmantem à magno numero puerorum, puellarumque ipsum diu expetitum fuisse, apparet: non sine causa enim excitasse illum desideria tanta erga se arbitramur: & teneræ illius ętatis recordatione non parum oblectamur: inquit igitur dulcissimus poeta. Vt flos in sepis secretus nascitur hortis, Ignotus pecori, nullo contusus aratro. Quem mulcent auræ, firmat sol, educat imber, Multi illum pueri, multæ optauere puellæ;

Πολλάκις δὲ καὶ τὰ μὲν πράγματα ἀτερπῆ ἐστι φύσει καὶ στυγνά, ὑπὸ δὲ τοῦ λέγοντος γίνεται ἱλαρά: τοῦτο δὲ παρὰ Ξενοφῶντι δοκεῖ πρώτῳ εὑρῆσθαι: λαβὼν γὰρ ἀγέλαστον πρόσωπον καὶ στυγνόν, τὸν ἀγλαϊτάδαν τὸν πέρσην, γέλωτα εὗρεν ἐξ αὐτοῦ χαρίεντα. Ὅτι ῥᾷόν ἐστι πῦρ ἐκτρίψαι ἀπὸ σοῦ, ἢ γέλωτα.

Sæpe autem & res iniucundæ sunt natura & odiosæ: ab eo autem, qui dicit fiunt hilares. hoc autem apud Xenophontem videtur primum inuentum esse: cum accepisset enim expertem risus personam & odiosam, Aglaitadam Persam, risum inuenit ex ipso lepidum. Ὅτι ῥᾷόν ἐστι πῦρ ἐκτρίψαι ἀπὸ σοῦ, ἢ γέλωτα.

Cum ostendisset res per se suaues effici salsa oratione suauiores, adiungit sæpenumero etiam, quamuis res iniucundæ & tristes sint, fieri tamen illas aliquo modo artificio dicentis hilares ac lætas. quod a Xenophonte primo inuentum videri dicit. locum autem eius è secundo libro pædiæ Cyri indicat, vbi hoc fieri intelligitur. Cum

enim (inquit) ille cepisset personam maxime alienam à risu, & tristem, odiiq; plenam: Aglaitadem inquam Persen, elicuit risum ex ipso & leporem, dicens. proclivius est ignem excudere ex te quàm risum. hoc autem protulit apud Xenophontem Hystaspes. cum enim Aglaitades ipse, ita cum Hystaspe egisset. temptas à me risum exprimere, respondit ille. Profecto si isti rei studerem, sanus non essem. verba ipsius nunc Græca ponam, parum discrepantia ab iis, quibus in ea re exponenda usus est Demetrius: quæque ipse supra expressi. ῥᾷον ἐκ σοῦ πῦρ (οἶμαι) ἢ ἄν αὐτις ἐκτρίψειεν, ἢ γέλωτα ἐξαγάγοι. Animaduertendum autem est nos patrio nostro sermone similem huic peruulgatam vocem habere: cum enim increpamus aliquem: ostendereq; ipsum volumus abhorrere ab omni humanitate, dicimus, E si cauerè prima della rapa sangue, quàm scilicet ex illo, id quod valde in ipso desideramus: & cuius vestigium nullum in ipso manere significamus. idest benignum factum & politi hominis proprium. Videtur tamen Græca voce magis exprimi studium conatusq; eius rei efficiendæ, quàm nostra: in illo enim ἐκτρίψαι, manet vis & diligentia plurima adhibita, ut ea res gereretur. unde rectè Virgilius, verbo magis simili Græco, in eadem pæne re tradenda usus est, qui ait. Et silicis venis abstrusum excuderet ignem. Tuscum verò verbum non tam aperte significat vim: nec tamen non & ipsum præ se fert, ostenditque operam aliquam in ea re positam. Quod autem supra, ingenii asperi hominem: remotumque ab omni hilaritate, vocauit ἀγέλαστον idest expertem risus, memoriæ prodidit Cicero; ita quoque vocatum esse M. Crassum, qui semel tantum in vita riserat, dictum antea in Satyra à Lucilio.

Αὕτη δὲ ἐστι καὶ ἡ δυνατωτάτη χάρις καὶ μάλιστα ἐν τῷ λέγοντι: τὸ μὲν γὰρ πρᾶγμα καὶ φύσει στυγνὸν ἦν καὶ πολέμιον χάριτι, ὥσπερ καὶ Ἀγλαϊτάδας: ὁ δ᾽ ὥσπερ ἐνδείκνυται, ὅτι καὶ ἀπὸ τῶν τοιούτων παίζειν ἔστιν, ὥσπερεὶ καὶ ὑπὸ θερμοῦ ψύχεσθαι: θερμαίνεσθαι δὲ ὑπὸ τῶν ψυχρῶν.

Hæc autem est potentissima venustas, & quæ maxime est in arbitrio dicentis: res enim natura odiosa erat, & inimica leporis, quemadmodum & Aglaitadas: hic autem tanquam patefacit, quod è talibus etiam rebus iocus elici potest, quemadmodum & à calido refrigerari, calefieri autem à frigidis rebus.

Addit Demetrius hos esse lepores illos, qui magna preclaraque efficiunt; quique præcipue sunt in manu ac potestate dicentis; nunquam enim deesse possunt, si ingenio ille valet, atque artem habet; esse nanque illos præter ceteros ἐν τῷ λέγοντι dicens, id prorsus significauit. ut paulo supra, cum doceret rem per se lepidam, auctam etiam fuisse in eo statu: ornatamque ab Homero, indicans illic aduenientia non nulla ornamenta, inquit illa esse ἴδια τοῦ ποιητοῦ. Reddens autem hic rationem, cur dixerit iocum illum esse in manu dicentis, ait. Res nanque & materia ipsa natura, vique sua & tristis erat, & inimica lepori, atque omni vrbanitati. ut Aglaitadas ipse. Hic vero: Xenophon scilicet, cuius artificium celebrat, tanquam ostentans vires ingenii sui, declarat posse etiam inde lepores & vrbanitates duci. ceu auxilio rei calidæ aliquid refrigerari: frigidæ vero calefieri.

Ἐπεὶ δὲ τὰ εἴδη τῶν χαρίτων δέδεικται τίνα ἐστὶ, καὶ ἐν τίσι, νῦν καὶ τοὺς τόπους παραδείξομαι, ἀφ᾽ ὧν αἱ χάριτες. ἦσαν δὲ ἡμῖν, αἱ μὲν, ἐν τῇ λέξει: αἱ δὲ, ἐν τοῖς πράγμασι. παραδείξομεν οὖν καὶ τοὺς τόπους καθ᾽ ἑκάτερα: πρώτους δὲ, τοὺς τῆς λέξεως.

Quia

Quia autem species venustatum demonstratum est quæ sunt, & in quibus manent, nunc & locos indicabo, vnde venustates ducuntur. Sunt autem nobis, hæ quidem, in verbis: hæ autem, in rebus. indicabimus igitur & locos seorsum. primos autem, eos qui in verbis sunt.

Consilium nunc suum aperit Demetrius: docetque velle se locos tradere, sedesq; indicare, vbi manent hi sales, vt commode inde, cum vsus venerit, depromi possint: sunt enim loci quidam & elementa elegantiarum harum ac leporum, vt argumentorum ipsorum, quibus vtimur ad res confirmandas, aut infirmandas. inquit igitur. Postquàm genera venustatum monstrata sunt, & quot sunt: & in quibus manent, nunc locos etiam monstrabo, è quibus ipsæ ducuntur. Quod autem ad posteriorem partem facit, paucis repetit, in quibus manere lepores ipsos traditum sit, dicens. inuenti sunt à nobis quidam esse in locutione, verbisque: quidam autem in rebus. adiungitque. Quare monstrabimus nunc locos singillatim vtrorumque: primosque illos, qui verbis atque oratione constantur.

Εὐθὺς οὖν πρώτη ἐστὶ χάρις ἡ ἐκ συντομίας. ὅταν τὸ αὐτὸ μηκυνόμενον ἄχαρι γένηται: ὑπὸ δὲ τάχους, χαρίεν. ὥσπερ παρὰ ξενοφῶντι. Τῷ ὄντι τούτῳ οὐδὲν μέτεστι τῆς ἑλλάδος: ἐπεὶ ἐγὼ αὐτὸν εἶδον ὥσπερ λυδὸν, ἀμφότερα τὰ ὦτα τετρυπημένον: καὶ εἶχεν οὕτως: τὸ γὰρ ἐπιλεγόμενον τὸ, εἶχεν οὕτως, ὑπὸ τῆς συντομίας τὴν χάριν ποιεῖ: εἰ δὲ ἐμηκύνθη διὰ πλειόνων, ὅτι ἔλεγε ταῦτα ἀληθῆ: σαφῶς γὰρ ἐτετρύπητο, διήγημα ἂν ψιλὸν ἐγένετο ἀντὶ χάριτος.

Statim igitur prima est venustas, quæ nascitur ex concisa oratione, quando idem dilatatum inuenustum factum fuerit: à celeritate autem venustum. veluti apud Xenophontem, Τῷ ὄντι τούτῳ οὐδὲν μέτεστι τῆς ἑλλάδος: ἐπεὶ ἐγὼ αὐτὸν εἶδον ὥσπερ λυδὸν, ἀμφότερα τὰ ὦτα τετρυπημένον. καὶ εἶχεν οὕτως: *quod enim adiungitur, illud inquam.* εἶχεν οὕτως, *ob concisionem venustatem gignit: si autem dilatatum fuisset pluribus verbis, quod scilicet hæc vera sunt: plane enim aures habebat perforatas, narratio nuda fuisset pro venustate.*

Primus locus, quem tradit, Venerum elegantiarumq; nascentium à lepore ac concinnitate orationis est, cum illæ constantur è breui concisaque dictione. explicans autem vim huius nominis atque indicis, adiungit. Cum eadem res in longum porrecta: fuseque narrata, amittit omnem salem: nullamque partem retinet venustatis: ob celeritatem autem illam lepida venustaque fit. Exemplum huius elegantiæ Demetrius ponit locum Xenophontis è tertio libro Anabaseos. cum confutata explosaq; est sententia cuiusdam è copiis Græcorum, qui post incommodum acceptum temeritate Cyri: mortemque illius, quem in periculosum, valdeque remotum à Græcia bellum secuti erant, suaserat, vt oratores mitterentur ad regem Persarum, oratum, vt pateretur se saluos, incolumesque redire in suas sedes: dixeratque, stulte sentire illos, qui aliter putarent exercitum domum vnquam rediturum. Appollonides autem ille vocabatur, lingua vtens Bœotorum. negauit igitur illum Bœotum esse, aut omnino Græcum, Agiasias Stymphalius: rationemq; statim reddidit suæ sententiæ, quam refert Demetrius. lepidum verò elegansque in eo est, quod auctor ipse: disertusq; in primis scriptor, addidit: καὶ εἶχεν οὕτως. affirmarat autem ille sibi compertum esse. ha

bere eum ambas aures perforatas, vt Lydum, quod erat contra mores & consuetudinem Grecorum. comprobans vero illud testimonio suo Xenophon, inquit. id eo pacto se habuisse. explicat igitur vim breuis eius dicti atque elegantis Demetrius hoc pacto. Illud enim, quod re iam exposita additum fuit: illud inquam. Res se habebat illo pacto. quia concise dictum est: habetque miram breuitatem, leporem illum peperit. inde autem ortam esse eam vrbanitatem hoc declarat: si nanque pluribus illa res exposita fuisset. quod scilicet ea, quę dixerat Agiasias, vera erant: planè enim ille aures perforatas habebat, nuda illa simplexque narratio fuisset, quæ nunc leporis multum, suauitatisque in se continet. Quod ad iocum ipsum pertinet: amaramque vocem, qua Agiasias Apollonidem pupugit, similè, vel idem potius, est illud quod memoriæ proditum est de Cicerone, qui & ipse vrbane refellit Octauium quendam, qui cum ex Africa oriundus putaretur, in iudicio quodam dixerat se vocem Ciceronis non exaudire: respondit enim ille se valdè mirari, cum aurem perforatam haberet. in qua etiam re narranda Plutarchus vtitur eodem verbo, quo hic Demetrius: idem enim est οὖς τετρημένον, quod τετρῆσθαι. Vt Lydorum igitur, ita quoque Afrorum institutum erat; quod nec Grȩci, nec Romani probabant, aures perforare: quem tamen nunc uidemus morem receptum esse in feminibus etiam lectissimis apud aliquas gentes: illi vero, id seruile esse arbitrabantur.

Πολλάκις δὲ καὶ δύο φράζεται δι' ἑνὸς πρὸς χάριν· οἷον ἐπὶ τῆς ἀμαζόνος καθευδούσης ἔφη τις, ὅτι τὸ τόξον ἐντεταμένον ἔκειτο, καὶ ἡ φαρέτρα πλήρης, τὸ γέῤῥον ἐπὶ τῇ κεφαλῇ· τοὺς δὲ ζωστῆρας οὐ λύονται· ἐν γὰρ τούτῳ καὶ ὁ νόμος εἴρηται ὁ περὶ τοῦ ζωστῆρος, καὶ ὅτι οὐκ ἔλυσε τὸν ζωστῆρα, τὰ δύο πράγματα διὰ μιᾶς ἑρμηνείας· καὶ ἀπὸ τῆς συντομίας ταύτης γλαφυρόν τί ἐστι.

Sæpe autem & duæ res per unam ostenduntur ad venustatem pariendam. ceu de Amazone dormiente quidam inquit, quod arcus intensus humi iacebat, & pharetra plena; scutum sub capite; cingula autem non soluunt: in hoc enim & institutum commemoratum est de cingulo, & quod illa non soluerat cingulum, duæ res per vnam expositionem: & ex hac concisione, elegans quiddam natum est.

Docet variari rationem hanc, qua res concise dicuntur: atque ea de causa, suauiter: hoc enim quod nunc tradit pars est superioris loci. ea autem est, cum duę res, quod aliquando fit, exponuntur eodem tempore, atque vna quodammodo sententia, ad gignendam eo pacto venustatem atque elegantiam. cuiusmodi est inquit illud, quod quidam de Amazone sopita dixit. Arcum eius contentum humi iacuisse, nec non pharetram sagittarum plenam, tegmenque subter caput. balteos autem non soluunt. hęc enim omnia in ea re accurate narranda exposita ab eo sunt, cuius nomen non ponit, quod sane miror, cum soleat ita loqui de illis, quos accusat, ac peccasse docet, non de iis, quos probat. declarat autem statim Demetrius id, quod præcepit seruatum illic esse, hoc pacto. In hac enim narratione & institutum de cingulo non soluendo expositum est: & præterea indicatum illam ipsam id eo tempore non solutum habuisse. duæ scilicet res expositione dictioneque una: qua ex breuitate: circumcisaq; oratione, existit quiddam elegans ac politum, ut perspicitur, & ut ipse diligenter narrat. Institutum autem illud declarat quàm dura fuerit militaris disciplina Amazonum, quæ cum dormirent etiam non magnam corpori requietem darent: id tamen vt suspicari licet, in bello tantum ac castris. Γέῤῥον cum valeat operimentum, è viminibus maxime, corporis quoque tegmen clipeumque significabat, quo vterentur in bello Persæ, gentesque illæ omnes. nam quod ipso tunc pro puluinari, postquam mol

lius

lius aliquid non habebat, nec fortasse optabat, mulier durissimi corporis vtebatur. Homerus quoque commemorat Diomedis milites, cum noctu dormirent, inuentos fuisse à Nestore & Vlysse, quem paulo antea senex ille vigilantissimus excitarat, capiti scutis suppositis. quem morem veteris militiæ grammaticus eruditus olim celebrare volens, hoc scholium illic scripsit: esse proprium illius studii iisdem armis vti & ad militares labores sustinendos, & ad requietem aliquam corpori dandam. Verba vero Homeri hæc sunt. ἀμφὶ δ' ἑταῖροι εὗδον· ὑπὸ κρασὶν δ' ἔχον ἀσπίδας.

Δεύτερος δὲ τόπος ἐστὶν ἀπὸ τῆς τάξεως: τὸ γὰρ αὐτὸ πρῶτον μὲν τεθὲν, ἢ μέσον, ἄχαρι γίνεται: ἐπὶ δὲ τοῦ τέλους, χαρίεν. οἷον ὡς ὁ ξενοφῶν φησιν ἐπὶ τοῦ κύρου. Δίδωσι δὲ αὐτῷ καὶ δῶρα, ἵππον καὶ στολὴν καὶ στρεπτὸν, καὶ τὴν χώραν μηκέτι ἁρπάζεσθαι: ἐν γὰρ τούτοις τὸ μὲν τελευταῖον ἐστὶ τὸ τὴν χάριν ποιοῦν, τὸ τὴν χώραν μηκέτι ἁρπάζεσθαι, διὰ τὸ ξένον τοῦ δώρου καὶ τὴν ἰδιότητα. αἴτιος δὲ ὁ τόπος τῆς χάριτος. εἰ γοῦν πρῶτον ἐτάχθη, ἀχαριστότερον ἦν. οἷον, ὅτι δίδωσιν αὐτῷ δῶρα, τήν τε χώραν μηκέτι ἁρπάζεσθαι, καὶ ἵππον, καὶ στολὴν, καὶ στρεπτόν. νῦν δὲ προειπὼν τὰ εἰθισμένα δῶρα, τελευταῖον ἐπήνεγκε τὸ ξένον καὶ ἄηθες: ἐξ ὧν ἁπάντων συνῆκται ἡ χάρις.

Secundus autem locus est ab ordine: idem enim primum quidem positum, vel medium, inuenustum fit: in fine autem, venustum. ceu Xenophon inquit de Cyro. dat autem ipsi & dona, equum & tunicam et torquem, & agrum non amplius diripi: in his enim vltimum est, quod venustatem efficit, agrum non amplius diripi, propter nouitatem doni & proprietatem. causa autem est locus venustatis: si nanque primum positum fuisset, inuenustius vtiq; fuisset. hoc pacto, dat ipsi dona, agrum amplius non diripi, & equum, & tunicam, & torquem. nunc vero cum antea dixisset vsitata dona, vltimum importauit eo peregrinum & insuetum: ex quibus omnibus collecta est venustas.

Explicato iam primo loco gignendæ venustatis in oratione, secundum aggreditur, quem ab ordine appellat: ordinem enim quoque ipsum, & collocationem alicuius sententiæ hoc aut illo loco, magni referre docet ad procreandam suauitatem & leporem non paruum in oratione, ita agens. Idem enim primum positum aut medium, illepidum fit & amittit omnem salem: in extremo verò collocatum venustum & salsum est. Vtitur autem ad hoc probandum exemplo Xenophontis è primo libro ἀναβάσεως, quo loco narrat grauis & suauis scriptor, cum congressi essent Syennesis & Cyrus: regulusque ille Cyro numerasset grandem pecuniam, ad stipendium militibus dissoluendum, Cyrum contra ei dedisse munera, quę vetere more Persarum à regibus dari solita erant iis, quos honestare volebant. in illis autem exponendis artificio scriptoris extitit mira venustas: locum enim subtiliter vidit, quo positum quod nouum & inauditum in illis erat, gratiam & leporem haberet, ordinemque hunc tenuit. Deditque ipsi etiam munera. equum, vestimentum, torquem. agrumque, qui in ditione ipsius erat, non amplius diripi. inquit igitur Demetrius hoc explicans. In his enim omnibus, quæ enumerata sunt, vltimum est, quod venustatem gignit. illud inquam. Neque regionem amplius diripi. ob nouitatem eius muneris, & quia donum illud suum propriumque ipsius fuit. Tradit autem locum, in quo id collocatum fuit in enumeratione illa munerum, originem causamque fuisse omnis illius leporis, quod inde etiam cognosci posse affirmat. si nanq; inquit primum id positum

fuisset,

fuisset, immutato ordine, multum elegantiæ ac venustatis perdidisset. hoc inquam pacto. dilargitur ipsi munera, agrum eius ab hostilibus prędis expertem esse: & equum, & vestimentum & torquem. nunc verò (ait) contraria ratione expositis vsitatis donis, vltimum intulit nouum illud atque insolens. ex quibus omnibus conflata est mirifica venustas & suauitas. Cum autem breuitatis causa Demetrius nuda ponat, simpliciaque munera illa, apud Xenophontem ornatus eorum exponitur: commemorat enim equum illum aureum frenum habuisse: & monile ex eadem materia fuisse factum, vestemque illam propriam eius gentis extitisse, quod etiam dignitatem augebat.

Αἱ δὲ ἀπὸ τῶν σχημάτων χάριτες δῆλαί εἰσι, καὶ πλεῖσται παρὰ Σαπφοῖ. οἷον ἐκ τῆς ἀναδιπλώσεως ὅπου νύμφη πρὸς τὴν παρθενίαν φησί. Παρθενία παρθενία, ποῖ με λιποῦσα οἴχῃ; ἡ δὲ ἀποκρίνεται πρὸς αὐτὴν τῷ αὐτῷ σχήματι. Οὐκ ἔτι ἥξω πρὸς σὲ, οὐκ ἔτι ἥξω: πλείων γὰρ χάρις ἐμφαίνεται, ἢ εἴπερ ἅπαξ ἐλέχθη καὶ ἄνευ τοῦ σχήματος. καίτοι ἡ ἀναδίπλωσις πρὸς δεινότητας μᾶλλον δοκεῖ εὑρῆσθαι: ἡ δὲ καὶ τοῖς δεινοτάτοις καταχρῆται εἰς χάριτος.

Veneres autem, quæ nascuntur è figuris, perspicuæ sunt: plurimæque apud Sapphonem. ceu ex replicatione quodam loco sponsa ad Parthenium inquit. Παρθενία παρθενία, ποῖ με λιποῦσα οἴχῃ. *hæc autem respondet ipsi eadem figura.* Οὐκ ἔτι ἥξω πρὸς σὲ, οὐκ ἔτι ἥξω. *maior enim venustas apparet, quàm si semel dictum esset & sine figura. Atqui replicatio ad res exacerbandas potius inuenta uidetur: hæc vero & grauissimis rebus abutitur ad venustatem.*

Duobus iam monstratis locis, vnde lepores hi, festiuitatesque ducuntur, addit alii etiam non nullas à luminibus orationis, quæ Græci vocant σχήματα: illasque venustates esse certas & apertas: plurimasque eius generis inueniri apud Sapphonem in eius suauissimis cantibus. ceu inquit è figura illa, quæ vocatur ἀναδίπλωσις: Latini quidam ipsam replicationem. alii duplicationem appellarunt: ita enim illic quodam loco nympha cum Parthenia moriente loquitur, iterato eius nomine. verba ipsius simpliciter exprimam. Parthenia Parthenia, quo nunc, me relicta, proficisceris atque ex oculis te mihi eripis. Adiungit autem statim ipsam respondere illi, seruata eadem figura. Non amplius veniam ad te: non amplius veniam. νύμφη (vt opinor) hic valet sponsa: cum enim plures sint notiones huius nominis, in aliis etiam virgo, quæ modo in matrimonio cum aliquo collocata est, ita vocatur. atque id quidem, quia copula illa procreationis liberorum causa inuenta est, vt testatur Porphyrius in explicatione in antrum Ithacę, descriptum in Odyssea. Nuptias vero quasdam ingenio suo celebrasse Sapphonem, constat. alterum nomen mulieris proprium esse videtur: Parthenii enim quoque poetæ quidam nobiles vocati sunt. nisi forte hoc nomine virginitas hic quoque, vt aliis multis locis, significatur: vt ita ipsam sponsa tunc allocuta sit, quam vidit à viro aut sibi iam ereptam esse, aut paulo post eripi debere: & ita quidem ereptam, vt reddi amplius non possit. Vnde finxerit illam ipsam dicere, se futuro tempore nunquam ad ipsam redituram esse. iniquo autem animo ferre sponsas florem illum suum pollui, apertum est. quod docuit etiam Catullus, diligenter argumentans ipsas cupiditati virorum repugnare non debere; his verbis. Virginitas non tota tua est, ex parte parentum est: & quę sequuntur. De huiuscemodi vero locis nihil certi statui potest: cum, vnde verum subitò cognosceretur, monumenta ipsa optimorum ingeniorum, quibus continebantur, perierint. Sequitur autem Demetrius,

explicans vim illius repetitionis. Apparet enim illic maior venustas, quàm si semel tantum id dictum foret: sublataque figura illa. Et si (inquit) iteratio nominis inuenta potius videtur ad animos commouendos. quo magis ingenium huius mulieris admiratione dignum est, cum vtatur rebus factis ad perturbandum, ad leporem venustatemq; conformandam. Eodem autem pænè pacto supra Demetrius celebrauit ingenium eiusdem mulieris, quę hyperbolem, rem lubricam & plenam periculi, tractauit egregie, atque magnam inde gloriam reportauit. naturæ igitur suę diuinitate rerum naturam illa quodammodo immutabat. Ciuis præterea ipsius Alcęus, & qui in eodem genere poematis magna cum laude versatus est, vsurpauit etiam ipse idem lumen orationis eodem animo, & consilio: hæc enim verba inde accepta, leguntur apud Hephęstionem in Enchiridio. Δέξαι με κωμάζοντα, δέξαι, λίσσομαί σε, λίσσομαι. Putaret vero aliquis illud P. Nasonis in epistola, quam scripsit nomine huius mulieris, esse ἀναδίπλωσιν, cum scilicet ipsa cum amatore suo ita egit. Si, nisi quæ facie poterit te digna videri, Nulla futura tua est, nulla futura tua est. ipse tamen aliter censeo: & si enim eadem verba iterantur, sine iteratione illa sententia plena, integraque non erat. quare non potest vere (nisi fallor) vocari locus ille ἀναδίπλωσις: conflatur enim figura hęc, cum quæ repetuntur verba, sententiæ ipsi necessaria non sunt, sed propter stomachum & indignitatem illatarum rerum iterantur. quia si semel id dictum fuerit animus non expletur, siue cum dolorem itidem animi ostendunt: motum ve alium vehementiorem: ex qua tamen iteratione voluptatem capiunt, qui audiunt: non magis inflammantur, vt in superioribus exemplis contingit. Imitari sane potuit Ouidius Sapphonem, cuius ingenium & motum animi mirifice illa epistola expressit: incredibile enim artificium in se continent litteræ illę: cunctaque, quæ scribentem illam facit, ex historia ipsa sumpsit Latinus poeta: vt testimoniis adhuc non nullis veterum scriptorum intelligitur. imitari igitur ipsam aliquo modo potuit, quam ex scriptis ipsius cognouerat admodum delectatam fuisse hac repetitione verborum, non tamen penitus illic rationem eam figuramque expressit. quamuis ita quoque inde proficiscatur aliquid leporis ac venustatis. nam plerunq; hoc fieri ab illis, qui vehementer commoti sunt: & eosdem motus in animis eorum, qui audiunt, excitare volunt, apertum est. huiuscemodi autem est illud veteris poetæ apud Ciceronem. Incede, incede: adsunt, adsunt: me me expetunt. crebra autem exempla sunt in Gręcis tragœdiis.

Animaduertendum autem est, cum tradat hic politus scriptor: & res ipsa plane doceat, hanc iterationem verborum gignere plurimam suauitatem, contra nostro in sermone parere ipsam frigus: itaque loqui solitos homines rudes admodum ac stultos. vnde etiam comici quidam nostri irrident eos, qui incidunt in hanc insulsitatem: & cum fingere volunt quempiam rusticum hominem, ineptéque verba facientem, ita inducunt loquentem. nec tamen valde dissimilis est hæc iteratio puerilis verborum ab ea, quam laudat Demetrius: nec tamen eandem omnino ipsam esse existimandum est.

Χαριεντίζεται δέ ποτε καὶ ἐξ ἀναφορᾶς, ὡς ἐπὶ τοῦ ἑσπέρου. Εσπερε πάντα φέρεις (φησὶ) φέρεις οἶνον, φέρεις αἶγα, φέρεις ματέρι παῖδα: καὶ γὰρ ἐνταῦθα ἡ χάρις ἐστὶν ἐκ τῆς λέξεως τῆς φέρεις, ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἀναφερομένης. πολλὰς δ' ἄν τις καὶ ἄλλας ἐκφέροι χάριτας.

Ducit autem Veneres aliquando & ex relatione, vt cum de vespere inquit. Εσπερε πάντα φέρεις, φέρεις οἶνον, φέρεις αἶγα, φέρεις ματέρι παῖδα: etenim hic lepos existit e voce illa φέρεις, quæ ad idem refertur. multas autem alias ab iisdem aliquis promere posset Veneres.

Vt ope superioris figuræ docuit Demetrius conflari venustates quasdam, ita nunc auxilio alius, quæ vocata est ἀναφορά, declarat confici easdem concinnitates: esseque

hanc

hanc quoque sedem vnde illæ promi possint. loquitur autem (opinor) adhuc de eadem acuti ingenii, siue potius diuini, muliere: aitque ipsam leporem suauitatemque conflare in oratione, conformata illic epanaphora. quæ figura est cum tria, plura ve membra: siue incisa, initium ducunt ab eodem verbo. valet igitur χαριεστάτη Veneres haurit: & vrbane lepideque ludit. de vespere autem (vt suspicor) illic sermo erat, quę stella in epithalamiis appellabatur, magnoque desiderio expectabatur à sponsis, vt ex Catulli quoq; carmine perspicitur. narrat igitur illic dici, oratione ad eum conuersa. Vesper cuncta fers, fers vinum, fers capram, fers matri puellam. Nisi aliquis putet φέρεις hic valere aufers & eripis: positumque esse pro ἀποφέρεις. Explicat autem Demetrius exemplum dicens. Lepos enim, qui hic apparet: venustasque, oritur à verbo illo φέρεις, ad idem relato: adiungitque præter has multas alias venustates posse è figuris his trahi. quas, cum rationem illarum inde eliciendarum tradiderit, breuitatis causa non persequitur.

Γίνονται δὲ καὶ ἀπὸ λέξεως χάριτες, ἤτοι ἐκ μεταφορᾶς. ὡς ἐπὶ τοῦ τέττιγος. Πτερύγων δ' ὑποκακχέει λιγυρὰν ἀοιδάν, Ο, τι ποτ' ἂν φλόγιον καθίεται ἐπιπτάμενον καταυλεῖν.

Nascuntur & è verbo lepores, idest è translatione. ut de cicada. Πτερύγων δ' ὑποκακχέει λιγυρὰν ἀοιδάν. Ο, τι ποτ' ἂν φλόγιον καχέται, ἐπιπτάμενον καταυλεῖν.

Nasci etiam inquit è singulis verbis veneres. nam figurę uocatæ σχήματα à Græcis, constant, è pluribus uerbis: distatq; hoc ipso ornatus hic ab illo. Primam autem aggreditur metaphoram, translationem appellatam à Latinis, aitque à poeta, nescio quo, qui de cicada ut narrat, cecinit: ut autem ego arbitror, ex alis effundit suauem cantilenam, uenustatem partam, acquisitamque illi loco auxilio uerbi translati, quod est (nisi fallor) illud κακχέει: neque enim proprie uox funditur, sed aqua & omnis humor: pręterea cum idem, siue alius poeta, inquit. Ο,τι ποτ' ἂν φλόγιον καθίεται ἐπιπτάμενον καταυλεῖν, ex uerbo iudem translato hausit elegantiam illam. extremum autem (ut opinor) uerbum exemplum est: neq; enim illud, quod uocem humanam ostendit quamuis commode propter similitudinem, lepideque dicatur de foliis uiridibus in flammam: ignemque impositis: (de his enim suspicor hic agi, quamuis locus obscurus sit) proprie dictum esse potest.

Εκ συνθέτου τοῦ ὀνόματος καὶ διθυραμβικοῦ. Δέσποτα πλούτων μελανοπτερύγων, τουτὶ δεινοὶ πρὸ πτερύγων αὐτὸ ποιοῦσιν. ἃ μάλιστα δὴ κωμῳδικὰ παίγνιά ἐστι καὶ σατυρικά.

E iuncto verbo & dithyrambico. Δέσποτα πλούτων μελανοπτερύγων, τουτὶ δεινοὶ πρὸ πτερύγων αὐτὸ ποιοῦσιν. *quæ maxime accommodatæ comœdijs sunt & satyrorum fabulis lusiones.*

Adiungit ex uocabulo etiam iuncto, non quolibet, sed illo, quod iunctum est more, quo dithyrambici poetæ iungere uerba consuerunt: idest audacter, elici etiam venustatem. quod probat exemplo poetæ, qui suauiter finxit μελανοπτερύγων: sic enim legi in pluribus ac melioribus libris, cum tamen in quodam exemplari inuenerim μελαμπτερύγων. sermo autem illic dirigitur ad Ditem patrem. quem Græci πλούτωνα uocant: diciturque ille illic dominus esse eorum, qui significantur concreto hoc nomine non sine licentia quadam, ac contra consuetudinem, unde procreatus est lepos:

uidentur

videntur autem ostendi illo vmbrę, atras alas apud inferos gerentes. Nisi forte aliquis velit, quod non omnino vanum puto, μελανοπτερύγων nominandi casu prolatum: affirmetque id verbum epitheton esse Plutonis, qui ita vocatus sit, quod alas atras gerat. Aristophanes valde simili huic, iuncto nomine, ac pęnè eodem, appellauit terram, in fabula, cuius index est ὄρνιθες: inquit enim γῆ μελανόπτερος. Sententia autem omnis, quia incertum est, vnde acceptum exemplum sit, habet in se aliquid obscuritatis: vis tamen exempli manifesta est. Adiungit verò Demetrius has lusiones & venustates conuenire in primis comœdiis & satyris. quod carmen lascinum erat, & plenum obscenorum dictorum.

Καὶ ἐξ ἰδιωτικοῦ δὲ ὀνόματος γίνεται, ὡς ὁ ἀριστοτέλης. Ὅσῳ γάρ φησι μονώτης εἰμὶ, φιλομυθότερος γέγονα. καὶ ἐκ πεποιημένου, ὡς ὁ αὐτὸς ἐν τῷ αὐτῷ. Ὅσῳ γὰρ αὐτίτης καὶ μονώτης εἰμὶ, φιλομυθότερος γέγονα: τὸ μὲν γὰρ μονώτης, ἰδιωτικωτέρου ἔθους ἤδη ἐστί: τὸ δὲ αὐτίτης, πεποιημένον ἐκ τοῦ αὐτός.

Et e uulgari uique uerbo nascitur, ut cum Aristoteles inquit. Ὅσῳ γὰρ μονώτης εἰμὶ, φιλομυθότερος γέγονα. & e facto, vt idem in eodem. Ὅσῳ γὰρ αὐτίτης καὶ μονώτης εἰμὶ, φιλομυθότερος γέγονα: illud enim μονώτης, consuetudinis idiotarum iam est: illud vero αὐτίτης, factum ex αὐτός.

Alium locum monstrat suauitatis comparandæ orationi, docens ex vocabulo etiam quopiam teoui & abiecto: quodq; in consoetudine idiotarum sit, nasci venustatem: Venit verò ipsi nunc in meotem hunc locum tradere, qui humilem ortum habet, quia proxime egerat de ratione ludendi comica, & apta satyris, quæ poemata inde & ipsa risum eliciunt, & ope harum scurrilium vocum oblectant spectatores. Vtitur autem exemplo Aristotelis, qui io epistola quadam inquit. ὅσῳ γὰρ μονώτης εἰμὶ, φιλομυθότερος γέγονα. exponebat verò ille, quid sibi vsu venisset degenti in solitudine: quanto enim magis in solo & vacuo ab ioteruentoribus loco maneret, tanto magis cupidum fabularum se factum esse dixit. Est autem verbum, quod ἰδιωτικὸν appellat: ac venustatem gignere tradit, illud μονώτης vt infra aperte docet. quod verbum vsurpatum etiam fuit ab ipso in ix. libro de historia animantium, vbi loquitur de apum examine, cum iam exiturum est: ait enim. Φωνὴ μονώτης καὶ ἴδιος γίνεται. Sed etiam in ix. de moribus ad Nicomachum propinquo in loco bis: prior eorum locorum est, vbi adfert quę repugnant sententiæ illorum, qui arbitrantur beatum hominem non egere amicis: ait enim ἄτοπον δὲ ἴσως καὶ τὸ μονώτην ποιεῖν τὸν μακάριον: alter vero hic. μονώτῃ μὲν οὖν χαλεπὸς ὁ βίος. perspicitur igitur ex his duob. locis solitos vulgo vocari μονώτας, qui cętus ac congressus hominum fugerent: ex eo vero, quem adducit Phalereus, nascebatur lepos: quia ostendit illo Aristoteles se imitari cœpisse quosdam, qui soli viuere volunt: ita enim illi tunc passim appellabantur, vt nunc quoque parum immutato nomine. Animaduertendum præterea, morem Atticorum, quo sermone in primis delectabatur, secutum illic Aristotelem, dixisse. ὅσῳ μονώτης: cum ceteri Græci particulam ὅσῳ nominibus secundę collatiooıs assignarent. quod fecit etiam in x. libro de moribus ad Nicomachum scribens. Ὁ δὲ σοφὸς, καὶ καθ᾽ αὑτὸν ὢν, δύναται θεωρεῖν: καὶ ὅσῳ ἂν σοφὸς ᾖ, μᾶλλον.

Adiungit autem Phalereus, non tantum ex huiuscemodi aliquo vocabulo exoriri venustatem, uerum etiam ex facto, & illo ipso tempore conformato, quod probat testimonio eiusdem grauis scriptoris. qui eodem loco inquit. exponitur enim nunc integer locus, qui supra, relicto illo nouato uerbo, mancus adductus fuerat. ὅσῳ γὰρ αὐτίτης καὶ μονώτης εἰμὶ φιλομυθότερος γέγονα. explicat autem simul oim utriusq; exempli Demetrius, ambobus iam locis indicatis, & exemplis quoque illustratis: inquit enim. Illud enim μονώτης est peruulgatæ communisque orationis uerbum: itaque idiotæ etiam loquuntur. Illud uerò αὐτίτης factum est ex pronomine αὐτός. Ab eodem autem

tem nomine μόνος, aliter Hyperides deduxit μονώτατος: ut testatur Hermogenes, qui affirmat magnum illum oratorem in fingendis uerbis satis liberum fuisse: uel potius negligentem, quod ad uerba deligenda facerer, in dicendo: cum enim id exemplis comprobare uellet, in aliis etiam hoc ipsum posuit. Et quod Cicero in epistola M. Antonii, ut insolens ac nouum auribus Romanorum exagitauit, piissimus, eiusdem generis est. quamuis illud receptum postea sit, ut ex ueteribus multis inscriptionibus sepulchrorum intelligere licet: quod testatur etiam uetus grammaticus Sosipater, cuius hæc uerba sunt, Quædam quę primum & tertium: ut pius piissimus. fidus fidissimus. cuius secunda elocutio est, magis pius. magis fidus.

Πολλὰ δὲ ὀνόματα καὶ παρὰ τὴν θέσιν τὴν ἐπί τινος χαρίεντά ἐστιν. οἷον. Ὁ γὰρ ὄρνις οὗτος κόλαξ ἐστὶ καὶ κόλακος. ἐνταῦθα ἡ χάρις ἀπὸ τοῦ σκῶψαι τὸν ὄρνιν καθάπερ ἄνθρωπον. καὶ ὅτι τὰ μὴ συνήθη ἔθετο ὀνόματα τῷ ὄρνιθι. αἱ μὲν οὖν τοιαῦται χάριτες παρ' αὐτὰς τὰς λέξεις.

Multa autem uerba ex eo quod de aliquo vsurpata sunt, lepida sunt. ceu. Ὁ γὰρ ὄρνις οὗτος κόλαξ ἐστὶ καὶ κόλακος: hic enim lepos extitit ex eo quod in auem lusit ut in hominem. & quod minime usitata uerba attribuit aui. hi igitur lepores ab ipsis uerbis exoriuntur.

Adiungit superioribus rationem aliam, qua singula nomina salsa fieri possint, ac uenustatis aliquid habere, cum scilicet illa è suis sedibus mota, aliò comportata fuerint. ubi posita acquirunt illic salem illum, quo antea carebant. Inquit igitur, hoc tradens, multa uocabula leporem ac gratiam in se habere, quia ad certa quædam ostendenda contra consuetudinem adhibita sunt. Vt fecit, qui auem nomine illo appellauit, quo uocari homines solent, qui loquuntur ad uoluptatem, & assentantur aliquibus. ac dixit. Auis enim hæc assentator est etiam assentatoris ipsius: hoc enim ualet exemplum. Explicans uerò ipsum Demetrius, ait. Omnis uenustas, quæ hic apparet, inde profecta est, quod in auem tanquam in hominem id dictum est: qui enim homines aliquos notare uolunt, ac studium ipsorum prauum accusare, appellant eos assentatores: qui igitur auem assentatorem uocauit, obiecit aui, quod hominibus crimini dari solet. Nec non extitit illic lepos. quod aui addita sunt: applicataq́; nomina contra consuetudinem sermonis. quibus traditis, narrat se cuius generis sint uenustates ac lepores, qui oriuntur à singulis nominibus docuisse: transitque ad alias indicandas, quæ à pluribus uerbis nascuntur.

Ἐκ δὲ παραβολῆς καὶ ἐπὶ τοῦ ἐξέχοντος ἀνδρὸς ἡ Σαπφώ φησι, Πέρροχος ὡς ὅτ' ἀοιδὸς ὁ Λέσβιος ἀλλοδαποῖσιν: ἐνταῦθα γὰρ χάριν ἐποίησεν ἡ παραβολὴ μᾶλλον ἢ μέγεθος. καίτοι ἐξῆν εἰπεῖν, πέρροχος ὥσπερ ἡ σελήνη τῶν ἄλλων ἄστρων, ἢ ὁ ἥλιος ὁ λαμπρότερος, ἢ ὅσα ἄλλα ἐστὶ ποιητικώτερα.

Ex collatione autem & de uiro qui præstet ceteris Sappho inquit, Πέρροχος ὡς ὅτ' ἀοιδὸς ὁ Λέσβιος ἀλλοδαποῖσιν: hic enim leporem potius genuit collatio quàm magnitudinem, atqui licebat ipsi dicere. Perrochus uelu ti luna aliis sideribus, uel sol splendidior: aut quæcunque alia magis propria poetarum.

Declarat elicuisse uenustatem Sapphonem è collatione, noua quadam ratione: ali-

terq́;

terq; ac poetæ faciunt, illam tractantem, ut cum de homine, qui præstaret reliquis hominibus, hoc pacto locuta est. Videtur autem plena sententia huiuscemodi fuisse. Petrochus, qui antistat ceteris sui generis hominibus, vt Lesbius poeta alienigenis, externisque poetis antecellit. ornate enim illa eodem tempore ciuem suum voluit; & in significanda præstantia eius, de quo sermo erat, simul Alcæi nobilitatem declarauit. Demetrius autem nouam illam, lepidamque rationem exponens, inquit. Hic inusitate, contraque naturam collationum. quæ adhibentur ad res augendas, collatio potius procreauit leporem, & elegantiam, quàm magnitudinem. Hoc autem poetiam illam efficere voluisse demonstrat, quod si rei tantum amplificandę studuisset, vsitatam, ac tritam viam secuta fuisset: dixissetque Petrochus, vt luna reliquis sideribus, siue, vt sol splendidior est, & cetera, quæ ad absoluendam sententiam desiderantur: neque tantum has communes, & tritas collationes vsurpare potuisset, sed alias etiam non nullas studio poetarum magis accommodatas, quàm illa ipsa fuerit, quam tunc anteposuit illis, nam ambas illas in frequenti vsu poetarum esse, constat. priore enim quoque vsus est Horatius canens. micat inter omnes Iulium sidus, velut inter ignes Luna minores. posteriore verò Lucretius in Epicuri eximia virtute celebranda. hoc pacto. & omnes Restinxit stellas exortus vti aërius sol. Vsus verò est Demetrius in præstanti viro significando nomine illo, vnde etiam Cicero in epistola quadam ad Atticum. cum & ipse excellentiam virtutis ostendere vellet. inquit. ἰσοχ. in nullo est. pecunia omnium dignitatem exæquat. Animaduertendum etiam Saphonis versum esse hexametrum: quamuis igitur vna eorum poetarum qui μελικοὶ vocantur, diuina hæc mulier foret, aliquando tamen dilabebatur in aliud genus carminis. quare vere illam de se ita loquentem cum amatore suo, ad quem scribebat, induxit Ouidius. Forsitan & quare mea sint alterna requiris Carmina, cum lyricis sim magis apta modis: magis enim natura factam se dixit ad eam, quàm ad alteram illam musam colendam, non omnino remotam & auersam ab elegia. quod declarauit etiam cum inquit. se tunc elegisse flebile carmen temporiq; illi suo aptum: qui enim eligit aliquid è multis, quæ relinquit etiam in sua manu ac potestate habebat. Sed apud Sudam etiam legitur ipsam aliquando scripsisse epigrammata & elegias.

Σώφρων δὲ καὶ αὐτὸς ἐπὶ τοῦ ὁμοίου εἴδους φησί, Θᾶσαι ὅσα φύλλα καὶ κάρφεα τοὶ παῖδες τοὺς ἄνδρας βαλλίζοντι. οἷόνπερ φαντὶ φιλαττὺς Τρῶας τὸν Αἴαντα τῷ πάλῳ· καὶ γὰρ ἐνταῦθα ἐπίχαρις ἡ παραβολή ἐστι, καὶ τοὺς Τρῶας διαπαίζουσα, ὥσπερ παῖδας.

Sophron autem & ipse simili forma inquit, Θᾶσαι ὅσα φύλλα καὶ κάρφεα τοὶ παῖδες τοὺς ἄνδρας βαλλίζοντι. οἷόνπερ φαντὶ φιλαττὺς Τρῶας τὸν Αἴαντα τῷ πάλῳ: *etenim hic venusta est collatio, & quæ illudit Troianis tanquam pueris.*

Adiungit Demetrius Sophronem quoque simili ratione vsum fuisse: attulisseque nouam & inusitatam collationem, cum ostendere vellet studium quorundam puerorum, folia, festucasque in viros coniicientium: dixit enim eos consimilem rem fecisse, ac Troiani, cum Aiacem, sortibus in eum coniectis, appetiuerunt. historia est obscurior: neque enim apud Homerum huius rei mentio est. φιλαττὺ autem arbitror legendum more Dorico, pro φιλαττῶς. vt sane in duobus libris inueni, quamuis in aliis quibusdam φιλάτης scriptum sit. eius autem gentis sermone hic vsum Sophronem multis modis intelligitur: notio vero eius nominis aperta est. potius quærendum quomodo illa conueniat in expositione illius rei Troianis. nam θᾶσαι pro θέασαι, quod valet specta, & animaduerte, non semel quoque vsurpauit Theocritus. vt cum inquit θᾶσαι φίλας ὡς καλὴ ἰδεῖν. Xenophon βάλλειν pro hostili animo lapides in quem-

M piam

piam coniicere, non appellata materia, quæ iaceretur, vsurpauit in primo libro ἀναβάσεως. inquit enim de Græcis, qui inuiti in eam expeditionem ducebantur: & irati duci suo Clearcho ea de causa erant. οἱ δὲ αὐτόν τε ἔβαλλον, καὶ τὰ ὑποζύγια τὰ ἐκείνου, ἐπεὶ ἄρξαιτο προϊέναι. Scrupulum vero habet locus ille Sophronis in extremo verbo: neque enim plane intelligitur, an re, quæ significatur eo verbo, Troiani tunc percusserint Aiacem. è ligno autem, siue terra durata sortes fiebant: siue dixerit, cum sors ducta est Aiacis, tunc Troianos aliquod telum in eum coniecisse: in ea vero re commemoranda illo ipso nomine vsus est Homerus, dicens. Ἐκ δ' ἔθορε κλῆρος κυνέης, ὃν ἄρ' ἤθελον αὐτοὶ Αἴαντος. Interpretatur autem statim Demetrius vim huius exempli: ac docet quid præcipue moliatur collatio illa, dicens: Hoc nanque loco collatio lepida est: effectrixque venustatis: ludit enim Troianos tanquam pueros & infirmi animi, & corporis, qui crederent se posse ea ratione nocere fortissimo viro. hunc suspicor, vt in re incerta, sensum esse huius loci.

Ἐστι δέ τις ἰδίως χάρις σαπφικὴ ἐκ μεταβολῆς, ὅταν τι εἰποῦσα μεταβάλληται. καὶ ὥσπερ μετανοήσειεν. οἷον, Ὕψι δὴ φησι τὸ μέλαθρον ἀέρατε τέκτονες· γαμβρὸς εἰσέρχεται ἴσος ἄρηι. ἀνδρὸς μεγάλου πολλῷ μείζων, ὥσπερ ἐπιλαμβανομένη ἑαυτῆς, ὅτι ἀδυνάτῳ ἐχρήσατο ὑπερβολῇ: καὶ ὅτι οὐδεὶς τῷ ἄρηι ἴσος ἐστί.

Est autem quædam venustas proprie Sapphica ex immutatione consilij, cum scilicet aliquo iam dicto mutarit animum. et tanquam pœnituerit ipsam dixisse. ceu inquit. Alte iam superliminare extollite fabri. gener ingreditur æqualis Marti: uiro magno multo maior. tanquam reprehendens se ipsam, quod impoßibili vsa est hyperbole: & quod nullus Marti æqualis est.

Ostendit esse aliam etiam quandam rationem venustatis gignendæ, quæ propria sit peculiarisque Sapphonis: ab eaque ingeniosa & erudita muliere crebro vsurpata fuerit: nascitur autem illa ex immutatione consilii, cum scilicet aliquis mentem mutat, ac tanquam dolet se aliquid dixisse: Exemplum Demetrii est locus ex ode ipsius acceptus, quem vt potui, sine vllo ornatu expressi. Μέλαθρον autem cum ponatur sæpe pro tota domo, valet proprie vt hic, superiorem partem ianuæ. Quæ post exemplum sequuntur, verba sunt auctoris, explicantis vim rationemq; eius venustatis: ait enim sic Sapphonem loqui, tanquam reprehendentem se ipsam, quod vsa esset hyperbole eius generis, quod tradit rem, quæ effici non potest. quia nullus sanè mortalis, Marti magnitudine corporis est æqualis. Similitudinem aliquam habet ratio hæc cum ioco illo Ciceronis, quo P. Clodium notauit in causa M. Cœlii: fatetur enim quoque illic facetus orator se errasse: corrigitque quod dixerat: sed tamen post correctionem addit quod declarat errorem illum, cum perpetuus sit, non esse errorem: non enim temere homines eodem pacto sæpe peccant: vt etiam apud Plautum Cleostrata testatur, cum stulti viri intempestiuum amorem refelleret, qui illo & ipse modo frequenter in sermone peccaret. nam quin ambo, idest & Sappho & Cicero, ludere vellent, dubium non est. Sed altera suauiter ac lepide: alter vero amare ac contumeliose. vnde vetus magister dicendi putauit dictum hoc vnum eorum esse, quæ σαρκασμοῦ nomine continentur. Verba Ciceronis sunt. Quod quidem facerem vehementius, nisi intercederent mihi inimicitiæ cum istius mulieris viro: fratrem nolui dicere. semper hic erro. Cum autem hic olim initio exempli legeretur in omnibus libris ὕ-ψι, emendaui secutus scripturam, quæ apud Hephæstionem est (ipse enim quoq; citauit hunc locum) ὕψι: reliquas verò maculas, quas tunc deleui, auctoribus etiam antiquis exemplaribus sustuli.

Τοῦ

Τοῦ δὲ αὐτοῦ εἴδους καὶ τὸ περὶ τηλεμάχου, ὅτι δύο κύνες ἐδέδεντο πρὸ τῆς αὐλῆς: καὶ δυναίμην καὶ τὰ ὀνόματα εἰπεῖν τῶν κυνῶν. ἀλλὰ τί ἄν μοι βούλοιτο τὰ ὀνόματα ταῦτα: καὶ γὰρ οὗτος μεταβαλλόμενος μεταξὺ ἔπαιξε καὶ ἀποσιγήσας τὰ ὀνόματα.

Eiusdem autem formæ & illud de Telemacho, quod, δύο κύνες ἐδέδεντο πρὸ τῆς αὐλῆς, καὶ δυναίμην καὶ τὰ ὀνόματα εἰπεῖν τῶν κυνῶν, ἀλλὰ τί ἄν μοι βούλοιτο τὰ ὀνόματα ταῦτα: *etenim hic mutato consilio simul urbane lusit & cum reticuisset nomina canum.*

Eandem formam habere addit: esseq; eiusdem naturæ, quod de Telemacho à quopiam dictum est: neque enim nomen indicat auctoris eius vocis. à Sapphone autem id prolatum non fuisse apparet ex iis, quæ infra inquit: pronomen enim οὗτος feminæ non conuenit. Duo canes ante regiam ipsius vincti erant, possem etiam canum ipsorum nomina ponere. verum quid mihi prodessent nomina hæc: hic enim quoq;, inquit Demetrius, dum sententiam mutaret, lusit: indeque lepotem ac concinnitatem non paruam elicuit, silentio præteritis nominibus illis. Testari autem libet me, cum prius in excusis esset, παρὰ τηλεμάχῳ, correxisse περὶ τηλεμάχου. quod vnum ex iis, quæ, vidi, exemplar habet: ac res ipsa confirmare videtur: ab Homero enim quoque duo canes traditi sunt comitari solitı esse Telemachum, Vlyssis filium, hoc versu ex Odyssea, quo de illo ipso loquitur. οὐκ οἶος ἅμα τῷ γε δύω κύνες ἀργοὶ ἕποντο. Præterea nullum vnquam accepi veterem scriptorem Telemachum vocatum, qui id memoriæ prodere potuerit. nam, si illo modo legeretur, manifesto apud Telemachum valeret.

Καὶ ἀπὸ στίχου δὲ ἀλλοτρίου γίνεται χάρις. ὡς ὁ ἀριστοφάνης σκώπτων που τὸν δία, ὅτι οὐ κεραυνοῖ τοὺς πονηρούς, φησίν. Ἀλλὰ τὸν ἑαυτοῦ νεὼν βάλλει καὶ σούνιον ἄκρον ἀθηνῶν. ὥσπερ γοῦν οὐκ ἔτι ὁ ζεὺς κωμῳδεῖσθαι δοκεῖ, ἀλλ' ὅμηρος, καὶ ὁ στίχος ὁ ὁμηρικός: καὶ ἀπὸ τούτου πλείων ἐστὶν ἡ χάρις.

Et à uersu alieno exoritur lepos. ut Aristophanes irridens quodam loco Iouem, quod non fulminibus appetit prauos, inquit. Ἀλλὰ τὸν ἑαυτοῦ νεὼν βάλλει καὶ σούνιον ἄκρον ἀθηνῶν. *tanquam igitur non amplius Iuppiter notari uidetur, sed Homerus & uersus Homericus, & ex hoc maior existit lepos.*

Alium locum monstrat originem & ipsum eiusdem festiuitatis, affirmans ex alieno etiam, notoque versu, apte vsurpato, nasci venustatem: vtiturque exemplo Aristophanis, qui in fabula, qua Socratem vexauit, cum Iouem facete reprehenderet, quod nnn impuros & consceleratos homines fulminibus iceret, sed sua templa: ędesq; sibi dicatas feriret, inquit, insertis in eam sententiam verbis Homericis, ἀλλὰ τὸν ἑαυτοῦ νεὼν βάλλει, καὶ Σούνιον ἄκρον ἀθηνῶν: extremum enim hoc, quo traditur Sunium, promontorium agri Attici, sine causa & inutiliter percuti, ab Homero acceptum est: ita enim ille fecit Nestorem loquentem. ἀλλ' ὅτε σούνιον ἱρὸν ἀφικόμεθ' ἄκρον ἀθηνῶν, & quæ sequuntur. Sequitur autem Demetrius, malitiam comici illius: originemque huius vrbanitatis aperiens. Hoc pacto te narrata: assumptisque poetę verbis, aliquo modo non Iuppiter amplius notari videtur, acutoque dicto tangi, sed Homerus ac versus Homericus: indeque inquit existit maior lepos & suauitas. Hanc etiam rationem ioci conflandi cognouit Cicero: præcepitque in II. libro de oratore hinc posse facetias duci his verbis. Sępe etiam versus facete interponitur: vel, vt est: vel paulum immutatus, aut aliqua pars versus. Sed exempla etiam ponit. quibus declarat à Romanis oratoribus lepide: vtiliterque ad causam, id vsurpatum fuisse.

Ἔχουσι δέ τι στωμύλον καὶ ἀλληγορίαι τινές. ὥσπερ τό. Δελφοὶ παιδίον ὑμῶν ἀκύων φορεῖ. καὶ τὰ σώφρονος δὲ, τὰ ἐπὶ τῶν γερόντων. Ἐνθάδε ὧν κἠγὼ παρ' ὔμμε τὼς ὁμότειχας ἐξορμίζομαι, πλόον δοκάζων: ποντίναι γὰρ ἤδη τοῖς ταλικοῖς δε ταὶ ἄγκυραι.

Habent autem quiddam festiuum & allegoriæ quædam. quemadmodum illud. Δελφοὶ παιδίον ὑμῶν ἀκύων φορεῖ: *& Sophronis illa quæ de senibus prolata sunt.* Ἐνθάδε ὧν κἠγὼ παρ' ὔμμε τὼς ὁμότειχας ἐξορμίζομαι, πλόον δοκάζων: ποντίναι γὰρ ἤδη τοῖς ταλικοῖς δε ταὶ ἄγκυραι.

Hic alius locus est, vnde possit duci lepos ac suauitas: tradit enim allegorias quasdam, & obscuros non nullos eius generis sermones. cum scilicet aliud dicitur, aliud intelligendum est: (hoc enim, vt nomen declarat, valet ἀλληγορία) habere in se quiddam concinnum ac venustum. quemadmodum inquit illud. Δελφοὶ παιδίον ὑμῶν ἀκύων φορεῖ. Quod potui autem hic emendaui, secutus fidem antiquorum librorum: neque enim affirmarim hunc locum adhuc omnino macula carere: præcipueque mihi primum verbum huius, plus nunc quàm oporteret, obscuræ vncis, suspectum est: inueni nanque ipsum in diuersis libris valde variatum: est enim quidam, qui habet τὸ λέγει: est etiam alius, in quo legitur, τὸ ἀλέγει. in nullo certe, quod nunc omnes excusi habent, legitur τὸ Δελφοὶ. quare cum alibi vocem hanc non inuenerim, quid certi de illa adferam non habeo. Ne dum autem nunc quid intelligi debuerit his verbis perspiciatur, vix quid illa ostendant, accipitur. excepto tamen primo, de quo non liquet, notio reliquorum aperta est. Addens autem aliud exemplum Demetrius, tradit ea, quę ponit Sophronis, huiuscemodi esse. prolata vero illa de senibus fuisse testatur. vnde vis eorum verborum (nisi fallor) percipitur: videtur enim senex quidam loqui, directo sermone ad æquales suos, exponens non nulla, quæ pertinent ad statum eius ætatis: inquit igitur. Hic cum & ipse sim, ad vos qui eiusdem coloris pilos habetis: canique & ipsi estis, appello nauim: tempus nauigandi idoneum expectans: iis enim qui tot annorum sunt, quot ipsi sumus, anchoræ iam in alto stant. Purgaui autem hoc exemplum, quod multis locis inquinatum erat: maculasque omnes eius deleni ope antiquorum librorum. nam quod antea in excusis erat. ταλικοῖς δε non mutaui, quamuis non omnino certus sim de veritate huius lectionis: inueni enim libros, qui inter se hac parte dissentirent, cum præter eos, quibus conuenit cum excusis, alii habeant ταλικοῖς δε: alii vero τηλικοῖς δε. in tam incerta igitur re non putaui aliquid variandum: existimauique positum esse potuisse ταλικοῖς δε pro τηλικοῖς δε. quod autem correxi πλόον δοκάζων, verum esse apparet: Cicero enim quoque iunctis pænè iisdem nominibus de eadem prorsus re, inquit. Sedeo enim πλουδοκῶν, quod Latinis his verbis, ventum expectans, alibi significauit. quamquam non vera nauigatio hic intelligitur: sed iter ad inferos: portusque ille, ad quem properat contento cursu senectus.

Ὅσα τε ἐπὶ τῶν γυναικῶν ἀλληγορεῖ, οἷον ἐπ' ἰχθύων, Σωλῆνες γλυκύκρεον κογχύλιον χηρᾶν γυναικῶν λιχνεύμασιν, καὶ μιμικώτερα τὰ τοιαῦτά ἐστι καὶ αἰσχρά.

Et quæcunque de mulieribus allegorice loquitur, tanquam de piscibus. Σωλῆνες γλυκύκρεον κογχύλιον χηρᾶν γυναικῶν λιχνεύμασιν, *& aptiora mimis huiuscemodi omnia & obscena sunt.*

Adiungit

Adiungit Demetrius huiuscemodi etiam esse, quæ idem poeta de mulieribus, eodem modo loquitur idest obscure & tecte: videtur nanque ille loqui de piscibus, intelligit autem naturalia ipsarum: vtitur enim uerbis, quæ cum proprie significent pisces quosdam dura testa conclusos, ob similitudinem tamen ostendebant etiam partes corporis earum ad procreandum factas: σωλῆνες enim genus sunt conchiliorum eorum, quæ δίθυρα vocat Aristoteles quia testas geminas habeant, quæ nunc clauduntur: nunc aperiuntur tanquam fores. vnde referunt partem illam muliebris corporis. Hesychius etiam significari aliquando solitum illo nomine, id, quod dixi, testatur: cum enim communem notionem eius explicasset, addidit. πάντα τοι δὲ καὶ τὰ μόρια, quod prorsus hoc valet. quis enim nescit μόρια eos, qui verecundiam seruare volunt, partes illas appellare. Sensus posterioris huius exempli Sophronis est, quem expressi verbum verbo reddens: cum enim olim, secutus consensum omnium, & excusorum & scriptorum Demetrii librorum, ἰχθύμασι imprimendum curarim, incidi postea in eundem locum Sophronis apud Athenæum in III. libro δειπνοσοφιστῶν vbi legitur, vna littera aucto illo verbo, λιχνύμασι quam lectionem veriorem duco: notio enim huius verbi magis quadrat sententiæ auctoris, qui scurriliter iocatus est: significauitque inde decerpi suauitatem non paruam, & illum quasi cibum iucundum esse, & gignere, cum comeditur, voluptatem magnam: aliud tamen intelligens vt declaratum est. de scripturæ tamen veritate nihil exploratum est. Non multo post hunc, alter Sophronis locus ab Athenæo adductus est. in quo itidem eodem pacto ille iocatus est & eandem partem muliebris corporis (vt opinor) conchas appellauit. Quid vero sentiat de huiuscemodi iocis declarat Demetrius. dicens illa magis apta esse mimis, ac studio ipsorum conuenire, cum sint turpia & obscena. vnde intelligitur oportere sibi oratorem ab illis temperare. quod etiam præcepit Cicero in II. de oratore his verbis. Vitandum est oratori vtrunque, ne aut scurrilis iocus sit, aut mimicus.

Ἔστι δέ τις καὶ ἡ παρὰ τὴν προσδοκίαν χάρις, ὡς ἡ τοῦ κύκλωπος ὅτι ὕστατον ἔδομαι οὖτιν: οὐ γὰρ προσεδόκα τοιοῦτο ξένιον, οὔτε ὀδυσσεὺς, οὔτε ὁ ἀναγινώσκων. καὶ ὁ ἀριστοφάνης ἐπὶ τοῦ σωκράτους. Κάμψας ὀβελίσκον φησὶν, εἶτα διαβήτην λαβὼν, ἐκ τῆς παλαίστρας θοἰμάτιον ὑφέλετο.

Est autem quædam & quæ præter expectationem venustas, vt illa Cyclopis quod postremum comedam Utin: non enim expectabat tale munus, aut Ulysses, aut qui legit. & Aristophanes de Socrate inquit. Κάμψας ὀβελίσκον, εἶτα διαβήτην λαβὼν, ἐκ τῆς παλαίστρας θοἰμάτιον ὑφείλετο.

Alium locum ostendit pariendæ venustatis, docens oriri etiam salem aliquando cum quippiam inexpectatum ad aures peruenit, atque alienum magnopere ab eo, quod nobis dici debere proposueramus. quare iocus hic παρὰ προσδοκίαν appellatur, vt etiam vocauit ipsum Cicero in epistola ad Volumnium Eutrapelum. in qua plura genera facetiarum enumerauit: in aliis enim inquit Nisi ridiculum παρὰ προσδοκίαν. in secundo autem libro de oratore accurate copioseque de eo disputauit. Sed ea, quæ hic traduntur à Demetrio, perpendamus. qui inquit exemplum accommodatum esse huius vrbanitatis illud Homeri, cum finxit Cyclopem dicentem. postremum ego comedo Vtin. inde autem nasci venustatem hanc confirmat dicens. Neq; enim expectabat huiuscemodi munus aut Vlysses ipse: aut qui legit. Sed Aristophanem quoque in Socratem ostendit hoc pacto lusisse, cum in fabula, quę vocatur νεφέλαι, de illo inquit uel potius auditorem Socratis inducit id commemorantem. flexisse ipsum obeliscum: deinde accepto geometrarum instrumento, quod rotundis formis describendis aptum est: vocaturque Græce διαβήτης, è palęstra pallium sustulisse.

Ἤδη μέντοι ἐκ δύο τόπων ἐνταῦθα ἐγένετο ἡ χάρις: οὐ γὰρ παρὰ προσδοκίαν μόνον ἐπηνέχθη, ἀλλ' οὐδ' ἠκολούθει τοῖς προτέροις: ἡ δὲ τοιαύτη ἀνακολουθία, καλεῖται γρῖφος, ὥσπερ ὁ παρὰ σώφρονι ῥητορεύων Βουλίας: οὐδὲν γὰρ ἀκόλουθον αὐτῷ λέγει. καὶ παρὰ μενάνδρῳ δὲ ὁ πρόλογος τῆς μεσσηνίας.

Iam enim ex duobus locis hic extitit venustas: non enim solum præter expectationem id illatum est, sed neq; respondit prioribus: huiuscemodi autem inconsequentia, vocatur griphus, quemadmodum Bulias qui apud Sophronem oratorem agit: nihil enim dicit quod cohæreat sibi ipsi, & apud Menandrum itidem prologus Messeniæ.

Hæc verba Demetrii sunt, indicantis non vnum hunc tantum ortum radicemque habere hunc iocum, sed alium etiam: profectam nanque venustatem illam è duobus locis: neque enim inquit inde tantum conflata est, quia præter omnium opinionem id illatum est, verum etiam quia illud non consequitur superiorem rerum expositionem: neque cohæret illi. Huiuscemodi autem addidit ἀνακολουθία, vocatur griphus. ἀνακολουθία enim appellatur vitium orationis, cum inferiores partes non respondent superioribus; neq; inde aptæ sunt: sed nouum aliquid discrepansque adferunt. narrat autem Demetrius hoc etiam facere apud Sophronem Buliam quendam, de artificio dicendi disputantem: nihil enim ipsum dicere tradit, quod consequens sit: ac cohæreat sibi ipsi. sed apud Menandrum etiam prologum fabulæ, quam vocauit Messeniam, huiuscemodi esse affirmat. Videtur autem ita induxisse Sophron in suis mimis Buliam de arte dicendi differentem, vt Cicero commemorat Lucilium in satyris induxisse Mucium Scæuolam: apud ipsum enim ille irridet Albutium quòd nimis magnum studium ponebat in compositione verborum. Exempla vero hęc duo postrema nunc irrita sunt. cum & scripta Sophronis, & fabulæ suauissimi comici Menandri amissæ sint. Athenæus autem in IX. libro Δειπνοσοφιστῶν, quo loco plures elegantes acutosque griphos commemorat, narrat etiam quomodo Clearchus quidam Solensis griphum definierit: nec tamen nulla necessitate locum eius huc adferam, contentus indicasse.

Πολλάκις δὲ καὶ κῶλα ὅμοια ἐποίησε χάριν. ὡς ὁ ἀριστοτέλης. Ἐκ μὲν ἀθηνῶν φησιν ἐγὼ εἰς στάγειρα ἦλθον, διὰ τὸν βασιλέα τὸν μέγαν: ἐκ δὲ σταγείρων εἰς ἀθήνας, διὰ τὸν χειμῶνα τὸν μέγαν: καταλήξας γὰρ ἐν ἀμφοτέροις τοῖς κώλοις εἰς τὸ αὐτὸ ὄνομα, ἐποίησε τὴν χάριν. ἐὰν δ' οὖν ἀποκόψῃς τοῦ ἑτέρου κώλου τὸ μέγαν, συναφαιρεῖται καὶ ἡ χάρις.

Sæpe autem et membra similia pepererunt venustatem. ut inquit Aristoteles, Ἐκ μὲν ἀθηνῶν ἐγὼ εἰς στάγειρα ἦλθον, διὰ τὸν βασιλέα τὸν μέγαν: ἐκ δὲ σταγείρων εἰς ἀθήνας, διὰ τὸν χειμῶνα τὸν μέγαν: *cum enim desierit in ambobus membris in idem nomen, procreauit venustatem. Quod si dempseris ex alterutro membro, illud* μέγαν, *simul sustuleris leporem.*

Docet nunc Phalereus, quod ornandæ orationi inuentum videtur, cum scilicet duo membra similia sunt in extremo. vnde παρόμοια magistri dicendi ea vocant, gignere etiam venustatem. vtitur autem eodem exemplo, quo supra vsus est, cum de hoc ipso genere elegantiæ disputauit; docuitque illum alienum esse ab ea oratione, quæ com-

commonere animos propositum habet. verba igitur Aristotelis sunt narrantis se relictis Athenis, in patriam, quam nomine appellat, rediisse metu regis Persarum: posteaque se Stagiris discessisse: Athenasque rediisse propter tempestatem, quam cum μέγαν, virili genere à Græcis χειμῶνα vocatum, fuisse dicat, ut prius omnium consuetudine appellarat eum regem, lusit manifesto in hoc. vt diligenter declarat Demetrius, dicens. cum enim ambo membra terminarit eodem verbo, procreauit eo pacto venustatem, & leporem. quod si quis adhuc dubitaret de fonte, capiteque huius suauitatis, hinc ipsam fluere intelliget, si dempserit ex alterutro membro particulam illam geminatam: vnà enim tolletur omnis elegantia. Animaduertendum autem idem, quod hic præcipit Demetrius, videri etiam admonere Ciceronem. vnam scilicet eandemque curam, originem esse duarum diuersarum rerum: inquit enim in II. libro de oratore. Ornant igitur in primis orationem verba relata contrarie, quod idem genus est sæpe etiam facetum. Exemplo verò ille verum esse quod tradit, confirmat: quod, qui scire volet, apud auctorem ipsum leget. nec tamen non video hic Demetrium hanc vim esse dicere verborum similiter desinentium: cum Cicero vsu venire id ostendat in antithetis. præceptum tamen vt illic verum est, ita etiam in diuerso hoc ornatu verborum.

Καὶ κατηγορίαι δὲ ἀποκεκρυμμέναι ἐνίοτε ὁμοιοῦνται χάρισιν, ὥσπερ παρὰ Ξενοφῶντι ὁ Ἡρακλείδης, ὁ παρὰ τῷ Σεύθῃ, προσιὼν τῶν συνδείπνων ἑκάστῳ, καὶ πείθων δωρεῖσθαι Σεύθῃ ὅ, τι ἔχει· ταῦτα γὰρ καὶ χάριν τινὰ ἐμφαίνει, καὶ κατηγορίαι εἰσὶν ἀποκεκρυμμέναι. Αἱ μὲν οὖν κατὰ τὴν ἑρμηνείαν χάριτες τοσαῦται, καὶ οἱ τόποι.

Et accusationes vtique reconditæ quandoque similes sunt leporibus, quemadmodum apud Xenophontem Heraclides, qui viuebat cum Seuthe, accedens ad singulos conuiuas, & hortans illos vt dono darent, Seuthi, quod quisque eorum haberet: hæc enim & venustatem aliquam præ se ferunt, & accusationes tectæ sunt. Veneres igitur quæ in verbis existunt tot sunt, & loci.

Postremus hic locus est pariendarum vrbanitatum, quæ positæ sunt in verbis: tradit enim criminationes quasdam latentes: accusationesque personarum aliquarum, non omnibus perspicuas, sed tectas, quandoque speciem ac similitudinem habere venustatum. Exemplum autem huius, vbi minime aliquis expectasset, inuentæ venustatis, esse vult locum Xenophontis in VI. libro ἀναβάσεως. vbi narrat Heraclidem quendam Maronitem, qui viuebat apud Seuthem regulum, cum duces centurionesque Græcarum copiarum vocati forent in conuiuium à Seuthe, antequam domum ingrederentur, vbi apparatum erat, singulos illos appellasse: hortatumque esse vt si quid elegans eximiumque haberent, Seuthi dilargirentur: his enim breui indicatis, quæ plenius exponuntur ab eo polito scriptore, addit Demetrius. Hæc enim non nihil vrbanitatis præ se ferunt: suntque abditę, & tanquam velo quodam opertæ, accusationes: criminantur enim auarum illum regulum, & animum ipsius angustum declarant, qui mandasset Heraclidi, vt munere hoc fungeretur cum principibus iis eius exercitus, quos putasset aliquid alicuius pretii secum portare. lepos autem & suauitas inde nascitur, quia id occulte & noua quadam callidaque ratione fit. His verò monstratis se ad finem venisse venerum harum explicandarum ostendit, quę manent in locutione ac verbis: simulque locos earum indicasse.

Ἐν δὲ τοῖς πράγμασι λαμβάνονται χάριτες ἐκ παροιμίας· φύσει γὰρ χαρίεν

πρᾶγμά ἐστιν ἡ παροιμία, ὡς ὁ Σώφρων μὲν ἔπιλες ἔφη ὁ τὸν πατέρα πνίγων, καὶ ἀλλαχόθι πού φησιν. Ἐκ τοῦ ὄνυχος γὰρ τὸν λέοντα ἔγραψεν. Τορύναν ἔξεσεν. Κύμινον ἔπρισε: καὶ γὰρ δυσὶ παροιμίαις καὶ τρισὶν ἐπ' ἀλλήλοις χρῆται. ὡς ἐπιπληθύνωνται αὐτῷ αἱ χάριτες. σχεδόν τε πάσας ἐκ τῶν δραμάτων αὐτοῦ τὰς παροιμίας ἐκλέξαι δεῖν.

In rebus autem ducuntur Veneres ex prouerbio: natura enim venusta res est prouerbium, ut Sophron μὲν ἔπιλες ἔφη ὁ τὸν πατέρα πνίγων, & alio quodam loco inquit. Ex ungue enim leonem pinxit. Torynan edolauit. Cuminum seuit: etenim duobus prouerbijs & tribus superinductis vtitur. vt lepores sibi numero crescant: fermeque cuncta ex fabulis ipsius prouerbia licet seligere.

Moustrat nunc locos, in quibus manet alterum genus venustatum, quod scilicet existit ex rebus. Primum autem esse inquit prouerbia. cum sua vi prouerbium sit res elegans, ac venusta. vtitur autem exemplo Sophronis, docere volens inde fluere leporis non parum: sed male factum est, quod macula quædam huic loco aspersa est: atq; ita eum inquinauit, vt ne dum lepos aliquis, sententia nulla inde percipiatur. nisi id meo vitio fit, qui ea non videam, quę aliis fortasse explorata sunt. ipse certe excogitare non potui quid valeat μὲν ἔπιλες: nec à libris calamo exaratis auxilii aliquid ad labem hanc tollendam accepi, quos concordes cum excusis inueni: nisi quod vnus eorum tantum habet, coniunctis duobus illis vocibus. μενεπίλες. vt suspicor autem, prouerbium ortum est à voce, quam quispiam edidit, nefarium facinus, vt ostendit Demetrius; moliens. quod enim adiunctum illic est, Dixit ille, qui patrem strangulabat, declarat morem recitandi voces aliquorum acutas oportunasque, qui creber est in consuetudine nostri sermonis: & in Latino etiam (ut Plauti testimonio cognoscimus) frequentabatur, vsurpari etiam solitum à Gręcis. Cum igitur interpretari vim huius prouerbii non valeam, ad ea, quæ sequuntur, transibo: addit enim diligens scriptor eundem poetam alio in loco dixisse Ex ungue leonem pinxit. Torynam, culinę instrumentum, sculpsit. Cuminum seminauit. quæ prouerbia nota ac peruulgata sunt, eorumq; notio omnis atq; vsus explicatur diligenter ab eo, qui accurate omnia vetera prouerbia collegit, & subtiliter interpretatus est. Testari autem videtur Demetrius uerbis, quæ adiungit, tria hæc prouerbia continentia apud eum scriptorem fuisse. nam ne alicui mirum (vt opinor) videretur, nulla alia narratione interiecta posita fuisse tot prouerbia, docet Sophronem hunc morem habuisse. ut & duobus, & tribus prouerbiis uteretur eodem loco. illa scilicet de causa, vt in scriptis ipsius maior vis uenustatis inesset: augereturque ita numerus leporum & concinnitatum. Idem etiam confirmare volens utitur alio argumento: affirmatq; cuncta fermè prouerbia è fabulis ipsius, si quis illi rei studeat, posse decerpi, ut fabulas uocem, quas ipse δράματα vocauit. unde etiam perspicitur Sophronem in numero poetarum collocandum esse. de quo tamen aliquando ab aliquibus dubitatum est. quod studium ipsius declarat Sophronem uidisse quantum elegantiæ, ac suauitatis prouerbia afferrent omni orationi: nec non ostendit quàm cupidus eius laudis adipiscendę foret: cuperetq; mimos suos salibus abundare: ea enim de causa illa undique conquisiuit.

Καὶ μῦθος δὲ λαμβανόμενος καιρίως εὔχαρίς ἐστιν. ἤτοι ὁ κείμενος, ὡς ὁ Ἀριστοτέλης περὶ τοῦ ἀετοῦ φησιν, ὅτι λιμῷ θνήσκει, ἐπικάμπτων τὸ ῥάμφος: πάσχει δὲ αὐτό, ὅτι ἄνθρωπος ὤν ποτε, ἠδίκησε ξένον. ὁ μὲν οὖν τῷ κειμένῳ μύθῳ κέχρηται καὶ κοινῷ.

Et

Et fabula cum vsurpatur tempestiue, venusta est. Siue vetus, vt Aristoteles de aquila inquit, quod fame perit, rostrum intorquens: ita autem plectitur, quia cum olim homo esset, iniuria hospitem affecit. hic igitur vetere fabula vsus est, & communi.

Secundus hic locus est venustatis, quæ à rebus nascitur, inneniendæ: fabnlam enim opportune vsurpatam: locoque positam, vennstam rem esse inquit. id autem duobus modis fieri docet: snnt enim fabulæ receptæ veteresque: finguntur verò aliæ illo ipso tempore, cum vsus earum venit. vtrunqne genus lepidum vrbanumque esse tradit: siue quis sua vtatur, siue conflata ab alio fabula. vt fecit Aristoteles, qui de aquila in IX. libro historiæ animalium narrauit fame ipsam mori, in senecta rostrum sine modo flectentem. qnod ipsi meritò inquit euenire, quia cum olim homo esset, iniuria affecit hospitem. In eodem etiam libro non mnlto ante hunc locum, alteram qnoq; fabnlam tetigit, cum de tertio genere ardeolarum loqueretur, qnod ἀστερίας appellatur: Græci enim ἐρωδιοὺς ardeolas vocant. narrat igitur ipsum cognominatum ὄκνον. qui antiquitus ferebatur ex homine factus esse auis: esse autem illum, vt cognomen testabatur, ignauissimnm omnium: quin antem vtraq; vetns fabula, cómnnisq; sit, negari non potest. Fabulas verò, in orationem aliquam insertas, lepidas & salsas esse facile credi potest: hoc enim proprium ipsarum esse videtur: semperqne illæ secum portant suauitatis aliquid, eo etiam tempore cum adhibentur ad aliquid confirmandum, atque illustrandum. nam quin sæpè mnltum valeant ad fidem faciendam dubitari non potest, præsertim cnm verba fiunt ad multitudinem: cœtumq; aliqnem hominum imperitorum. Aristoteles ipse hoc declarat, qui in secundo libro de arte dicendi sedulo de illis præcepit. Sed idem etiam accuratius de ipsis aliis locis egerat: vt indicio Theonis sophistæ cognoscimus: cum enim ille dissereret de ratione illarum tractandarum: ostendereque vellet, quo maxime casu nominum exponi deberent, affirmat Aristotelem existimasse accusandi in primis casum illas postulare. quia veteres illi eo potissimum vsi fuerant, quos laudabat: in eoque multum vidisse affirmabat. qnod non sua ex persona illas commemorassent, sed ad antiquitatem se contulissent: ita enim ob auctoritatem, quam illa habet mitigabant id malum, quod fabulis omnibus hæret: & quasi remedium illi adhibebant: putatur enim id, quod ab illis traditur, fieri non posse. Horatinm quoque poetam in vita hominum ornanda sæpe eo confugisse notum est: vsumqne fuisse fabulis non nnllis, non à se tunc fictis, sed celebratis: quæ & salsæ simul forent, & ad errores ex animis eripiendos valde aptæ. Sed Hesiodus etiam, probare volens stulte facere illos, qui cum longe viribns inferiores sint, aduersantur superioribus, fabulam lusciniolæ recitauit, quæ malo consilio vsa accipitri repugnauit, nec palmam illi in cantu concedere volnit: commotus enim ira accipiter eam deuorauit. Sed oratoribns etiam illæ conceduntur, qni tamen parcius illis vti debent: & causis tantum temporibusque ipsas flagitantibus.

Πολλοὺς δὲ καὶ προσπλάσσομεν προσφόρους καὶ οἰκείους τοῖς πράγμασιν, ὥσπερ τις περὶ αἰλούρου, λέγων ὅτι συμφθίνει τῇ σελήνῃ καὶ ὁ αἴλουρος, καὶ συμπαχύνεται, προσέπλασεν ὅτι ἔνθεν καὶ ὁ μῦθός ἐστιν, ὡς ἡ σελήνη ἔτεκε τὸν αἴλουρον: οὐ γὰρ μόνον κατ᾽ αὐτὴν τὴν πλάσιν ἔσται ἡ χάρις, ἀλλὰ καὶ ὁ μῦθος ἐμφαίνει χαρίεντι, αἴλουρον ποιῶν σελήνης παῖδα.

Multas autem præterea fingimus utiles & accommodatas rebus, ueluti quidam de fele dicens, quod vnà cum luna extenuaretur, & pinguesceret, adfinxit. hinc & fabula exorta est, quod luna pepererit felem: non enim tan tum

tum ex ipso commento exitit lepos, sed etiam fabula præ se fert lepidum quiddam, quæ facit felem lunæ filium.

Adiungit Demetrius homines etiam consuesse aliquando rebus, quas exponunt, fabulas aliquas nouas in dicendo adfingere. quemadmodum (inquit) quidam de ælu ro narrans, oculos ipsius vna cum luna & minui & augeri, adfinxit. vnde nata est fabula. Lunam ælurum peperisse. ipse autem, præceptum hoc confirmans: non vnamque originem esse declarans huius hilaritatis, sed è duobus quasi fontibus illam manare affirmans, inquit. Non enim solum existit lepos ex ipsa fictione: nam commentum ipsum sua sponte festiua res est, sed etiam fabula præ se fert quiddam venustum ac lepidum, quę facit ælurum lunæ filium. Cicero quoq; in II. libro de oratore hunc locum ioci inueniendi monstrauit: docuitque rem aliquam, aut factam, cui tamen aliquid falsi adfixum sit: aut totam fictam, bellam esse materiam iocandi. Principium autem huius præceptionis est cum ait. Re, si quando quid tanquam aliqua fabella narratur. & quę sequuntur. ad extremum verò addidit. Perspicitis hoc genus quàm sit facetum, quàm elegans, quàm oratorium: siue habeas vere quod narrare possis; quod tamen est mendaciunculis aspergendum, siue fingas. Vt autem exemplum etiam ab eodem capiamus, cum aliquis magnus orator lepide hoc tractauit: magnumque inde fructum tulit, ipse narrat in Bruto M. Crassum in causa seuera ac graui, huc confugisse: & Q. Scæuolam pro M. Cuponio dicentem, cum ipse Curium defenderet, auxilio huiuscemodi à se tunc excogitatæ fabellæ obruisse: hanc enim vim profecto habent verba illa, cum inquit. At vero, vt contra Crassus ab adolescente delicato, qui in litore ambulans, scalmum reperisset: ob eamq; rem ædificare nauem concupiuisset, exorsus est: similiter Scæuolam ex vno scalmo captionis centumuirale iudicium hæreditatis effecisse. quis enim non intelligit illam rem fictam fuisse: eique tempori acute ipsam Crassum accommodasse. Quod ad oculos ælurorum pertinet, commemoratum quoque id est à Gellio in XIX. libro noctium Atticarum. quamuis hic ita rem exponat Demetrius, vt non eam tantum partem corporis ipsorum, sed totos ipsos variari ex vicibus lunæ exponere uideatur. quod Horatius in Satyra de testis protulit, dicens. Lubrica nascentes implent conchilia lunæ.

Πολλάκις δὲ καὶ ἐκ φόβου ἀλλασσομένου γίνονται χάριτες, ὅταν διακενῆς τις φοβῆται, οἷον τὸν ἱμάντα ὡς ὄφιν, ἢ τὸν κρίβανον ὡς χάσμα τῆς γῆς: ἅπερ καὶ αὐτὰ κωμῳδικώτερά ἐστι.

Sæpe autem & ex timore immutato nascitur venustas, quando frustra aliquis timuerit, ueluti, cingulum ut serpentem, uel furnum ut hiatum telluris: quæ sane & ipsa magis apta comœdijs sunt.

Tertius hic locus est earundem uenustatum: inquit enim sæpe numero nasci suauitatem quandam & leporem ex metu commutato: inanique illo cognito commutato inquam in risum. ipse nanque statim declarat, quę immutatio illic fiat, dicens. cum quispiam frustra incassumq; timuerit. ceu inquit cum aliquis subito uisum tortuosum cingulum metuit, ut anguem. uel furnum scrobemque aliquam, ut hiatum terræ. quam rationem exhilarandi animos magis conuenire comœdiis dicit, quàm graui alicui orationi. Cum furnum, quem κρίβανον Gręci uocant, aliquando in errorem ducere posse quispiam tradat, existimatum esse hiatum terrę, suspicari licet hinc, aliter veteres illos fabricari ipsos solitos. eo scilicet pacto, quo furnaces calcarias effossa tellure, quidam in siluis facere solent. nam si ipsorum os supra terram appareret, non uideri potuisset hiatus, nec speciem ullam eius rei retinuisset. Quod verò pertinet ad risum, qui gignitur, cum aliquis intelligitur sine causa perhorruisse, exemplum

plom luculentum hoius rei est,qood narratur à Cicerooe in 11. libro epistolarum ad Q. frattem de Ptoleioęo rege,pulso Alexandria,qui Romam venerat vt reditum sibi cooficeret. inquit enim. Marium autem nostrum in lecticam me,hercule coniecissem: oon illam regis Ptolemæi Asitianam: memini enim cum hominem portarem ad Baias Neapoli, octophoro Asitiano,machærophoris centum sequentibus, miros risus nos edere. cum ille,ignarus sui comitatus,repente aperuit lecticam: & pænè ille timore:ego risu corroi. Eodem pacto perspicitur oblectare se uoluisse fortunatus homo, qui parasito supra pallium ligoeum scorpionem coniecit. ille iameu statim magnam mercedem soluit suæ uoluptatis: primo enim imputus homo ualde perturbatus est,ac saltu se inde remouit: postea autem dolo cognito, inquit. & ego te ò rex perterrefacere uolo,dona me talento. qua uoce aperte ut auarum ipsum insimulauit, & qui nihil peius horreret quàm facta illa, vode in primis gaudere debebat.

Καὶ εἰκασίαι δὲ εἰσιν εὐχάριτες, ἂν τὸν ἀλεκτρυόνα μήδῳ εἰκάσῃς, ὅτι τὴν κυρβασίαν ὀρθὴν φέρει: βασιλεῖ δὲ, ὅτι πορφύρεός ἐστιν, ἢ ὅτι βοήσαντος ἀλεκτρυόνος ἀναπηδῶμεν, ὥσπερ καὶ βασιλέως βοήσαντος, καὶ φοβούμεθα.

Et imagines utique sunt uenustæ, si gallum Medo similem dicas, quia cristam rectam fert: regi autem, quia purpureus est, uel quia cum clamaris gallus desilimus, non secus atque cum rex clamat, & metuimus.

Addit quartum locom,docens imagines quoque ooo oullas salsas esse, ac pleuas leporis. ceu inqoit si gallum auem Medorum regi similem esse dixeris, quia insigne capitis,quod κυρβασίαν io eo rege uocant,erectum ille portat: regi autem omni,quia purputeus est: cuius colotis vestes erant regum, unde Horatius quoque in Ode quadam purpureos iyrannos appellauit. siue ioquit, quia cum gallus cantatit, exsilimus è lecto: & quasi saltu quodam in terram ferimur: hoc enim ualere hic opinor ἀναπηδῶμεν. quomodo etiam nos patrio sermone loquimur de iis, qui aliqua de causa eo tempore festinant: exprimimus enim actum illum corporis. Demosthenes certe de vitiosa legatione hoc uerbo ita usus est, cum insimolauit Æschinem, qui in conuiuio, socio illius improbissimi facti Phrynooe, maudauit seruo, ut ingenuis parentibus oatam Gręcam mulierem virgis cæderet: affirmat enim illam male mulcatam, cum pænè ob magnitudinem mali è potestate exisset, saltu se cooiecisse ad pedes honesti viri,qui præsens illic aderat: genoaque ipsius amplexatam fuisse. Verba ipsius sunt. ἰξω δ' αὐτῆς οἶσα ὑπὸ τοῦ κακοῦ καὶ τοῦ πράγματος ἡ γυνὴ, ἀναπηδήσασα προσπίπτει πρὸς τὰ γόνατα τῷ ἰατροκλεῖ. Sed etiam Plutarchus in 11. libri symposiacōn capite primo (ipse.n: iocum illum commemorauit,quem supra Latinis verbis exposui)cum enim ingẽtem metum,quo primum obstupefactus ac perterritus esset parasitus:impetumq; vitandi id malum,ostendere vellet,inquit ἐκπεπληχθεὶς ἢ ἀναπηδήσας. Adiungit aotem Demetrius,similitudinem complens,qoemadmodum cum rex aliqois clamarit: nec tãtum prosilimus,verum etiam metuimus. Videtur autem quod ad medum facit,ac totus pęnè locus, acceptum esse ex Aristophanis comœdia,cui ab auibus nomen indidit apud eum enim cum dictum esset gallnm olim regnasse apud Persas: atq; id facile crederet vpupa,eandem rei illius notam restare dicens vtitur his verbis. διὰ ταῦτ' ἄρ' ἔχων καὶ νῦν ὥσπερ βασιλεὺς ὁ μέγας διαβάσκει ἐπὶ τῆς κεφαλῆς κυρβασίαν τῶν ὀρνίθων μόνος ὀρθήν. Nam,qood valet ad confirmandum inde sumptum esse locum hunc,vtitur quoq; comicus ille eo verbo,qood sopra explicare conatus sum: qui.n. rem illam admirabilem ediderat pisthetærus,addidit,ita ualidum illum ac magnum quondam extitisse, vt ob memoriam opum ipsius ac robur usqoe ad eam diem,cum cantaret gallus,cuncti opifices è lectulo surgant,& ad opera sua se conferant. Verba poetę,quibus extremum protulit,hęc sunt. ὁπότ' ἂν μόνον ὄρθριον ᾄσῃ, ἀναπηδῶσι πάντες ἐπ' ἔργον. Perspicitur autem inde,quod à veteribus etiam grammaticis memoriæ proditum est,cum reliqui etiam Persæ uterentur

tur eo insigni: inclinatam eos cyrbasiam gestare solitos: solum autem regem ipsum erectam. Cicero quoq; in II. de oratore tradidit imagines materiam esse multorum iocorum, atque id eleganti exemplo confirmauit. scribens. Valde autem ridentur etiam imagines, quæ fere in deformitatem, aut in aliquod uitium corporis ducuntur cum similitudine turpioris. ut meum illud in Helmium Manciam. & quæ sequuntur: neque enim oportet ea, quæ sunt in illustri loco posita, tota huc transferre.

Ἐκ δὲ ὑπερβολῶν χάριτες μάλιστα αἱ ἐν ταῖς κωμῳδίαις· πᾶσα δὲ ὑπερβολὴ ἀδύνατος. ὡς Ἀριστοφάνης ἐπὶ τῆς ἀπληστίας τῶν Περσῶν φησιν. ὅτι ὤπτων βοῦς κριβανίτας ἀντὶ ἄρτων· ἐπὶ δὲ τῶν Θρᾳκῶν ἕτερος, ὅτι Μηδόκης ὁ βασιλεὺς βοῦν ἔφερεν ὅλον ἐν γνάθῳ.

Ex hyperbolis autem Veneres maxime exoriuntur, quæ frequentantur in comœdijs: omnis enim hyperbole impossibilis est. ut Aristophanes. de ingluuie Persarum inquit. quod assabant boues in furno pro panibus: de Thracibus uero alter, quod Medoces rex integrum bouem gestabat in mala.

Tradit nunc genus quoddam venerum ex hyperbolis duci, quod est in primis familiare comœdiarum, quia inquit omnis hyperbole hoc habet in se, quod effici nequit illud, quod dicit, unde risus mouetur. Exemplo autem utitur Aristophanis, qui in fabula, quam à gente Acharnanum uocauit, de uoracitate Persarum loquens, inquit. assos in furno boues ipsos coquere solitos pro panibus. Sed alium etiam commemorat, cum ingluuiem Thracum ostendere uellet, dixisse. regem ipsorum Medocem totum integrumque bouem in mala gestasse. Vsus autem est Demetrius supra eodem exemplo, ubi copiose disseruit de hyperbolis: speciesq; ipsarum, ac quid commune inter se haberent, explicauit. Addere nunc placet. quod cum dictum esset Græce illum uoracem hominem ἐν γνάθῳ bouem portare, ab hoc verbo ductum fuisse nomen Terentiani parasiti: vocatumq; ipsum Gnathonem eadem de causa, quia ipse quoque morem haberet buccam totam dum comederet, cibo implere. quemadmodum etiam patrio nostro sermone viles quędam personæ, vocabulo quod idem valet, appellantur. siue quod eidem vitio gutturis affines sunt: siue quod partem illam oris immanem ac desormem habent. Cicero quoque in II. de oratore, cum locos de promendorum iocorum monstraret. in aliis bone ex hyperbolis iudicauit: nihil enim aliud significare voluit, cum scripsit. Etiam illa, quæ minuendi, aut augendi causa ad incredibilem admirationem efferuntur. quod, quamuis per se satis planum sit, tamen perspicitur ex hoc loco è Topicis. vbi nomen etiam Græcum ponit, dicens. Aut aliquid, quod fieri nullo modo possit, augendæ rei gratia dicatur, aut minuendæ: quæ hyperbole dicitur. Sequitur autem in superiore Ciceronis loco: exemplo enim illustrare rem uoluit. Velut tu Crasse in contione: ita sibi ipsum magnum videri Memmium, vt in forum descendens, caput ad fornicem Fabii demitteret.

Τοῦ δὲ αὐτοῦ εἴδους καὶ τὰ τοιαῦτά ἐστιν. Ὑγιέστερος κολοκύντης· καὶ φαλακρότερος εὐδίας. καὶ τὰ Σαπφικά, Πολὺ πακτίδος ἀδυμελεστέρα. Χρυσοῦ χρυσοτέρα· πᾶσαι γὰρ αἱ τοιαῦται χάριτες ἐκ τῶν ὑπερβολῶν εὕρηνται, καί τοι διαφέρουσι.

Eusdem autem generis & huiuscemodi sunt, Magis sanus coloquinta: & Magis caluus serenitate. & illa Sapphonis, Multo pactide in cantu suauior. Magis aurea auro: omnes enim huiuscemodi Veneres, ex hyperbolis profecta sunt, & si discrepant inter se.

Non

Non est hic nouus locus, sed pars superioris: cum enim ex hyperbolis quoque duci docuerit venustates & lepores, addit nunc prouerbia quędam, vocesq;, quæ id continent, quod ad summum peruenit: quoque nihil maius in eo genere dici potest, esse eiusdem generis: habereque in se suauitatem. ceu inquit illud. Valentior cucurbitula, & Magis caluus quàm sit cælum serenum. & illa quæ à Sapphone poetria excogitata editaque sunt. Multum pactide, musico instrumento, in cantu suauior. Magisque aurea quàm sit aurum ipsum. Vsum autem esse omnibus his exemplis, vno excepto, supra Demetrium, cum accurate de hyperbolis disputaret, notum est. Vt vero duo postrema, quæ hic sunt, testatus est Demetrius Sapphonis esse, ita primum in dicio Athenęi ab Epicharmo prolatum intelligitur: in 111. enim libro δειπνοσοφιστῶν hunc, vt vafri illius Siculi, versum citauit. Υγιέστερον τὴν τῆς κολοκύντης πολύ. Adiungit autem Demetrius, confirmans fluere, vnde dixit, superiores venustates: posseque etiam inde alias elici, ad orationem suauitate aspergendam. Omnes enim huiuscemodi lepores ac veneres ex hyperbolis haustæ sunt: & in ipsis tanquam sedibus quibusdam ipsarum iuuentæ. Cum autem supra dixerit eiusdem generis esse lepores hos, & facetias non valde graues cum talibus elegantioribus, ac plenis dignitatis, ne quis putet idem illos omnino esse, ponit discrimina multa, quæ versantur inter illos: pluribusque argumentis docet discrepare ipsos inter se: & si autem γελοῖα non appellarat, rem ipsam significauerat, quæ illo nomine ostenditur: vnde tanquam si ambo suis nominibus vocasset, nunc ipse distinguit: iocos igitur comicos, qui humiles sunt, ac propositum habent mouere risum, γελοῖον appellat: lepores autem grauibus personis dignos, εὔχαρι. inter hæc duo igitur quid intersit hoc pacto docet. primam autem differentiam eorum à materia nasci declarat his verbis.

Διαφέρουσι δὲ τὸ γελοῖον καὶ εὔχαρι, πρῶτα μὲν τῇ ὕλῃ: χαρίτων μὲν γὰρ ὕλη, νυμφαῖοι κῆποι, ἔρωτες: ἅπερ οὐ γελᾶται. γέλωτος δὲ, ἶρος καὶ θερσίτης: τοσοῦτον ἂν διοίσουσιν, ὅσον ὁ θερσίτης τοῦ ἔρωτος.

Distant autem ridiculum ac venustum, primum quidem materia: Venerum nanque materia sunt, nympharum horti, cupidines: quae quidem res non ridentur. risus autem, Irus & Thersites. tantum igitur inter se distabunt, quantum Thersites à Cupidine,

Distare dicit ridiculum ac venustum inter se, primum quidem materia: leporum nanque elegantiarumque materiam esse vult nympharum hortos, Cupidines. quæ sane inquit res ab hominibus visæ risum non mouent, quippe quum deformitas risum concitet, non pulchritudo: comici autem risus materiam esse tradit Irum, Thersitem. Neç tamen visæ tantum spectatæque diuersę illæ res ac personę diuersas res gignunt, sed multis aliis modis lepidę illę priores suauitate quadam nos perfundunt: posteriores verò dant nobis occasionem ridendi variis itidem rationibus. Ambo autem ridiculi homines, quos appellat, carminibus Homeri celebrati sunt: diuerso tamen opere. nam de Iro copiose loquitur: formamque eius describit in Odyssea: fuit enim ille mendicus quidam, qui Ithacæ cibum uulgo quærebat, amplo sanè corpore, sed infirmo: & ignauię vndique atque impudentię plenus. Thersitis vero deformitas, ac studium obtrectandi superioribus, expositum est accurate in Iliadis noto loco. Cuncta vero, quæ turpitudinem alicuius personæ declarare possunt: vimque habent corpus hominis dehonestandi, in eo spectari potuisse clamat poeta. unde, cum non minus ille deprauatum animum; quàm corpus haberet, adiungit id, quod valde probaretur, habitum semper eum fuisse ab aliis ridiculum: vtitur enim quoque hoc ipso verbo poeta, quo significari putat Demetrius apposite speciem illius. Non tam aperte autem significat Homerus Iri turpitudinem corporis, & si quiddam tangit,

quod hoc ostendere uidetur. superasse nanq; ipsum tradit debitam magnitudinem. verba ipsius sunt, εἶδος δὲ μάλα μέγας ἦν ὀρχηστής. risum igitur ille magis mouebat ob mores ipsos & instituta, quia cum iuuenis foret, corpusque laboribus ferendis idoneum haberet, studium illud coleret; cibumque hostiatim peteret; hoc enim, vt despiceretur, ac ludibrio cunctis esset, faciebat. Qui igitur (addit Demetrius) scire uult quantum intersit inter ridiculum ac venustum, spectet quantum differt Thersites à Cupidine.

Διαφέρουσι δὲ καὶ τῇ λέξει αὐτῇ· τὸ μὲν γὰρ εὔχαρι μετὰ κόσμου ἐκφέρεται καὶ διὰ ὀνομάτων καλῶν, ἃ μάλιστα ποιεῖ τὰς χάριτας. οἷον τό. Ποικίλλεται μὲν γαῖα πολυστέφανος. καὶ τό. Χλωρηὶς ἀηδών· τὸ δὲ γελοῖον καὶ ὀνομάτων ἐστὶν εὐτελῶν καὶ κοινοτέρων. ὥσπερ ἔχει· Οσον γὰρ αὐτίτης καὶ μονώτης εἰμὶ, φιλομυθότερος γέγονα.

Distant autem & locutione ipsa: venustum enim cum ornatu profertur, & per nomina pulchra, quæ in primis pariunt Veneres, ceu illud. Ποικίλλεται μὲν γαῖα πολυστέφανος, & illud Χλωρηὶς ἀηδών. *ridiculum autem, & nominum est humilium & communiorum: cuiusmodi est:* Οσον γὰρ αὐτίτης καὶ μονώτης εἰμὶ, φιλομυθότερος γέγονα.

Explicato primo discrimine, secundum ostendit: quod in verbis positum est: differre enim illa inter se docet etiam locutione: venustum enim exponi dicit adhibito ornatu, ac vocabulis pulchris, quę maxime inquit inserunt concinnitatem ac venerem quandam in orationem. Ponit autem exempla duo huius elegantiæ suauitatisq; profectæ à pulchritudine nominum. prius est. ποικίλλεται μὲν γαῖα πολυστέφανος: primum enim verbum & suauitate litterarum, & repræsentatione rei iucundissimæ, formosissimum est. quid enim suauius varietate colorum, quę in herbarum floribus verno tempore apparet: postremum etiam & iunctura ipsa & translatione iucundum est, cum de floribus, qui temere nascuntur, tanquam de contextis magno artificio: coronisque loquatur. Posterius verò exemplum è versu Homeri ductum est. quo exemplo supra quoque vsus est. ostendens res etiam sua sponte suaues reddi suauiores ac commodata illis oratione, ac verbis elegantibus. de lusciniola autem loquitur, quam tanquam virginem aliquam, vult à Chloride nympha genus ducere. Cum autem docuerit iam Demetrius, quæ verba à disertis adhibeantur in referendis commode vocibus lepidis, declarat, quæ verba requirat id, quod appellat γελοῖον idest ridiculum, ac iocus: ridiculum enim tradit nominibus tenuibus exponi, ac magis peruulgaris: in communique vsu positis. vtitur autem exemplo eodem, quo supra vsus est, vbi docuit ex nominibus vulgaribus, & abiectis: nec non etiam factis, nasci facetias & humiliores iocos.

Ἔπειτα ἀφανίζεται ὑπὸ τοῦ κόσμου τῆς ἑρμηνείας, καὶ ἀντὶ γελοίου θαῦμα γίνεται· αἱ μέν τοι χάριτές εἰσι μετὰ σωφροσύνης· τὸ δὲ ἐκφράζειν τὰ γελοῖα ὅμοιόν ἐστι καὶ καλλωπίζειν πίθηκον.

Deinde deletur ab ornatu locutionis, & pro ridiculo miraculum efficitur. Veneres sane sunt cum modestia: ornare autem verbis ridicula simile est atque simiam expolire.

Sequitur Demetrius, quod dixerat confirmare volens: confirmat autem, docens ipsum

ipsum inscitia huius rei tractandæ contrarium efficere eius, quod cupit. Nam si quis studet verbis expolire ridiculum dictum, corrumpit labore illo suo, quod ornare vult: extinguitur enim illud propter nimium ornatum locutionis: & cum ridiculum esse debeat, immutata natura sua, efficitur miraculum quoddam. Miraculum autem (vt opinor) hic valet locus, qui merito propter elegantiam verborum: & omnem vndique eodem comportatum splendorem, admirationi omnibus, qui audiunt, aut legunt est: neque enim putandum est idem valere hic θαῦμα: & Latinum verbum ipsi par, quo vsus sum, quod valet apud Horatium illud de Homero prolatum. vt speciosa dehinc miracula promat. Antiphatem Scyllamq;, & quę sequuntur. Nam verbum hoc Græcum cum exprimere vellet Cicero reddidit portentum. in quo conuenit ipsi cum Horatio, & si verbum diuersum est: in oratore enim inquit. Quin etiam quęrit ab ipso, cum quidem eum beluam appellet, vtrum illa verba, an portenta sint. locus vero Æschinis hic est. ταῦτα δὲ τίνες ἐστιν ὦ κίναδος; ῥήματα, ἢ θαύματα. Sed antequam vlterius progrediar, libet suspicionem animi mei aperire: vereor enim ne prima in parte huius sententiæ macula sit, legiq; debeat pro ἴταμα: quod quam vim illic habeat non plane perspicio. ἰτὰ, siue ἰταίτα: hæc enim magis conuenire videntur voluntati auctoris. Addit autem statim, vim contrarii ostendens. Lepores sanè ipsi cum verecundia ac modestia quadam sunt. significans (vt opinor) recipere venustam orationem ornatum ac splendorem verborum: nec recipere tantum, sed etiam postulare: modicum tamen illum: hoc enim videtur nunc σωφροσύνην appellasse. nisi aliquis putet hic quoq; auctorem sua magis propriaque ipsius notione hoc verbum vsurpasse, quia qui lepidus ac venustus esse vult, abstinere se debet ab omni turpitudine verborum. Rediens autem statim ad vitium contrarii studii ostendendum, inquit. Expolire verò verbis dicta ridicula: multumque studii in illis concinne exponendis ponere, simile est ac si quis simiam vestibus, atque omni alio cultu adhibito exornaret. nam vt apud Lucianum quoque est, simia semper erit simia, quamuis aureas habuerit notas. potiusque, quod significare voluit Demetrius, id voluptatis quod ex turpitudine illius bestiæ capimus, illo pacto dissipatur.

Διὸ καὶ ἡ σαπφὼ περὶ μὲν κάλλους ᾄδουσα, καλλιεπής ἐστι καὶ ἡδεῖα: καὶ περὶ ἐρώτων δὲ καὶ ἀέρος, καὶ περὶ ἀλκυόνος, καὶ ἅπαν καλὸν ὄνομα ἐνύφανται αὐτῆς τῇ ποιήσει: τὰ δὲ καὶ αὐτὴ εἰργάσατο.

Quare & Sappho de pulchritudine canens, utitur uerbis pulchris, & tota suauis est: & de cupidinibus utique, & de aere, & de halcyone, & omne pulchrum nomen intextum est in ipsius poesi: non nulla autem & ipsa fabricata est.

Auctoritate quoque ingeniosæ ac disertę mulieris Sapphonis idem confirmat, declarans hoc etiam ipsam vidisse, ac valde probasse. neque vllam aliam causam esse, nisi hanc, cur in poematibus suis de pulchritudine canens, pulchris verbis vtatur ac suauis omni oratione sit: & vt de forma præclara corporis loquens, ita etiam de amoribus: de aere: de aue halcyone. Cum autem auem, elegantem sanè & variis coloribus distinctam, halcyonem, materiam doceat aliquando fuisse carminis huius mulieris, ita etiam existimandum est ipsam ornasse lusciniolam: & splendidissimis nominibus formam ipsius cantumq; descripsisse. quod sanè supra eximie fecisse Homerum, auctor hic noster significauit. Sophocles sanè in suis suauissimis cantibus non semel deprehenditur ipsam celebrasse, quod etiam memoriæ proditum est à ueteribus grammaticis. Nam, ut uerisimile est amasse hanc quoq; auem Sapphonem, ita intelligitur id uerum esse his ipsius uerbis, quæ leguntur apud Sudam. ἦρος ἄγγελος ἱμερόφωνος ἀηδών. in quibus etiam animaduertendum est, nuntiam ueris lusciniolam lepidissimam poetri-

am appellare, quia ea tempestate redit ad nos, & tunc in primis suaniter grandioreq; uoce canit, ut uidit quoq; Homerus. Aliquis uero fortasse putasset sororem ipsius, ut fabulæ ferunt, uerius potuisse nuntiam ueris appellari, quod prouerbio aliquo modo continebatur. In epistola quoq;, quam illius nomine scripsit Ouidius, mentio lusciniolę fit; nec sine dignitate multa: quippe cum Dauliada alitem ipsam vocarit. Sed his nunc relictis, sequitur Demetrius. Et sanè omne formosum alicuius rei vocabulum, quod in consuetudine sit, intextum est in ipsius poesi. Vt enim supra narrauit Sophronem in mimos suos inseuisse omnia pæne prouerbia, ita nunc affirmat nullum elegans ac speciosum verbum abesse ab huius mulieris poesi. quia non minorem illa diligentiam adhibuerat in decerpendis vndique formosis quibusque vocabulis, vt expoliret opus suum, quàm Sophron fecerit in colligendis prouerbiis, vt risu impleret suos mimos. nec contenta fuit selectu hoc ipso Sappho: verum etiam non nulla noua vocabula ipsa fabricata est. Vsum vero hic apparet auctorem satis apte verbo translato, cum de Sapphone dixit, ipsam in sua poesi magna cum industria cuncta pæne pulchra nomina intexisse. Ciceronem quoq; eodem pacto cepisse Latinum hoc verbum ab eadem arte acceptum: atque id quidem multis locis, constat. vno tamen exemplo tantum contentus ero: in epistola enim quadam ad Atticum inquit. Scis me antea aut orationes, aut aliquid id genus solitum scribere, vt Varronem nusquam possem intexere. Sed Homerus quoq; vidit similitudinem magnam harum rerum; &, vt suspicari licet, primus ab ea arte ad par studium ostendendum suum vocabulum comportauit: de Nestore enim loquens, orationeque qua suadere volebat Agamemnoni, vt mitteret legatos ad Achillem, inquit. Τοῖς ὁ γέρων πάμπρωτος ὑφαίνειν ἤρχετο μῆτιν: quomodo etiam Cicero Latinum cepit, cum ait. Itaque iam retexo orationem meam: neque enim omnino eodem pacto vsurpauit Homerus tunc & Cicero vterq; suum verbum, vt Phalereus hic, & superiore in exemplo Cicero, quod natum est à præpositione, quæ coniuncta ab ambobus illic est cum verbo.

Ἄλλως δὲ σκώπτει τὸν ἄγροικον νυμφίον, καὶ τὸν θυρωρὸν τὸν ἐν τοῖς γάμοις, εὐτελέστατα καὶ ἐν πεζοῖς ὀνόμασι μᾶλλον ἢ ἐν ποιητικοῖς, ὥστε αὐτῆς μᾶλλόν ἐστι τὰ ποιήματα ταῦτα διαλέγεσθαι ἢ ᾄδειν· οὐδ' ἂν ἁρμόσαι πρὸς τὸν χορὸν ἢ πρὸς τὴν λύραν, εἰ μή τις εἴη χορὸς διαλεκτικός.

Aliter autem irridet agrestem sponsum, & ianitorem qui versatur in nuptiis, valde humiliter & pedestribus potius nominibus quàm poeticis: quapropter magis licet hæc ipsius poemata loqui quàm canere: neque vllo pacto accommodare ad chorum, vel ad lyram, nisi sit aliquis chorus qui loquatur.

Vt quod ostendit perpetuo eam seruare tradidit, ita contra aliam rationem ab ipsa adhiberi docet, ac valde quidem diuersam, in rebus humilib. atq; omni decore elegantiaq; carentibus commemorandis, tradens aliter eam tangere atq; irridere agrestem illum sponsum, & custodem ianuæ in nuptiis: id enim facere ipsam affirmat tenuissimis & abiectissimis verbis: & quæ potius conueniant prosæ orationi ac pedestri, quàm poeticæ granditati vllam in partem apta sint. Et verbum vnum è paucis, quæ illic leguntur: & res ipsa, quæ tangitur eodem loco, me hortatur, vt admoneam videri sumptum esse ex hoc ipso poemate exemplum illud, quod posuit Maximus Tyrius, cum probare vellet in hoc etiam, vt in multis aliis, quæ sedulo ipse collegit, similem fuisse Sapphonem Socrati: cum enim ille irrideat formam & accubitum sophistæ, hanc etiam mulierem eodem consilio narrat ita cecinisse. Τίς δ' ἀγροιῶτιν ἐπαμμένα στόλαν, quibus ex verbis perspicitur ipsam agresti vestitu quampiam ornare voluisse: finxisseque ipsam aliquid rustice facere, vt merito contemni posset, ac spectaculo omnibus esse. cum igitur eruditus ille & grauis scriptor tantum studium posuerit, vt doceret hanc lepidissimi ingenii feminam, quod aliquis merito miraretur, ac primo respueret,

ſpueret, fuiſſe ſimulacrum quoddam vitæ ac morum ſanctiſſimi viri, nactus occaſionem hanc (facit enim non nihil ad locum, quem in manibus habemus, illuſtrandum) volui id quoque commemorare. quod ſi locus omnino idem non eſt, quin certe riſum mouere illa quoque ratione cogitarit Sappho, dubitandum non videtur. Adiungit etiam Demetrius. tanquam corollarium quoddam. Quare hęc ipſius poemata: poſteriora ſcilicet, inornata & vacua ab omni cultu, commodius aliquis in conuentu quopiam, quemadmodum illic familiaris ſermo haberi ſolet, recitaret, quàm caneret: neque poſſet vllo pacto ad chorum accommodare, ſiue lyram. niſi fortaſſe inquit: hoc enim excipit, eſſet chorus aliquis, coactaque multitudo loquentium non canentium: nec adhibitis modis voci ſeruientium.

Μάλιστα δὲ διαφέρουσι καὶ ἐκ τῆς προαιρέσεως: οὐ γὰρ ὅμοια προαιρεῖται ὁ εὐχάριστος καὶ ὁ γελωτοποιῶν: ἀλλ᾽ ὁ μὲν, εὐφραίνειν: ὁ δὲ, γελασθῆναι, καὶ ἀπὸ τῶν ἐπακολουθούντων δέ; τοῖς μὲν γὰρ, γέλως: τοῖς δὲ, ἔπαινος.

Maxime autem diſtant & ex voluntate: non enim ſimilia vult qui delectatur leporibus & qui riſum concitat, verum alter eorum oblectare: alter vero, rideri. Et à conſequentibus vtique: his enim, riſus comitatur: his vero, laus.

Adfert aliud diſcrimen, quo maxime diſcrepare inter ſe dicit ſuperiores res. nam præter ceteras differentias, quas poſuit, docet diſſentire etiam plurimum illas propoſito ac fine eorum, qui ipſis vtuntur: neque enim (inquit) eidem rei ſtudet, qui Veneres ac lepores orationis ſectatur: & qui riſum ſcurrilibus quibuſdam dictis mouet. verum eorum alter, oblectare animos eorum, qui audiunt, ac ſuauitate aſpergere honeſte vult: alter vero irrideri & contemptui eſſe non recuſat. εὐχάριστος valet hic venuſtiſſimus: & qui rectiſſime vtitur iis ſuauitatibus ac leporibus, quæ vocantur à Græcis χάριτες, quarum fingendarum optimus magiſter habitus eſt Lyſias. vnde Cicero venuſtiſſimum ipſum appellauit. Sed etiam Halicarnaſſeus docet eum in hoc præcipue ornatu orationis conformando, præſtitiſſe ceteris oratoribus: atque iis denique omnibus, qui in dicendo, aut ſcribendo, laudis aliquid aliquando conſecuti ſunt. Addit Phalereus, vt à fine diuerſo ipſæ diſcrepant, ita etiam à conſequentibus eas inter ſe diſtare. nam ridiculis comitatur riſus: venuſtati autem orationis laus ac commendatio. audito enim dicto aliquo, qui præſentes adſunt, rident: Venuſtatem autem orationis, ac leporem homines probant, ac laude proſequuntur.

Καὶ ἐκ τόπου: ἔνθα μὲν τοῦ γέλωτος τέχναι καὶ χαρίτων, ἐν σατύρῳ καὶ ἐν κωμῳδίαις: τραγῳδία δὲ χάριτας μὲν παραλαμβάνει ἐν πολλοῖς: ὁ δὲ γέλως ἐχθρὸς τραγῳδίας: οὐδὲ γὰρ ἐπινοήσειεν ἄν τις τραγῳδίαν παίζουσαν. ἐπεὶ σάτυρον γράψει ἀντὶ τραγῳδίας.

Et ex loco: hic enim riſus artes & leporum, in ſatyro & comœdijs: tragœdia autem Veneres quidem recipit in multis: riſus autem inimicus tragœdiæ: neque enim cogitaret aliquis tragœdiam ludentem. quia ſatyrum ſcribet pro tragœdia.

Adiungit etiam à loco illa inter ſe diſtare, docens vbi recte manet riſus, illic etiam ſedem habere lepores orationis ac veneres: ambabus enim rebus locum eſſe in ſatyro, & comœdiis: contra tamen non fieri: nec conuerti id, vt locus commodus venuſtatum ac leporum, recipiat ſemper dicacitates: tragœdia enim inquit multis in parti

bus assumit coneinnitates leporesque orationis: risos verò tragœdiæ inimicus est: neque enim ioquit meote concipere possumus tragœdiam ludentem. quod siquis hoc stulte imperiteque cooaretur, fine suo careret: ac scriberet satyrum non tragœdiam. Vnde puemata non nulla ac fabulæ, io quibus res quędam iocosæ commemorantur, cum partes alias tristes habeant, δράματα σατυρικὰ vocantur. Cum autem plures huiuscemodi à veteribus tragicis scriptæ fuissent, vt memoriæ proditum est à grammaticis, cunctæ ferè illæ vetustate: siue tristioribus moribus Græciæ extinctę sont. uestigium tamen illarum, nisi fallor, est Cyclops Euripidis, quæ sine dubio partes quasdam habet parum seueras, vel potius delicatas ac teneras: & in quibus sint & dicta & facta turpiuscula, qnod persooæ, quas illic inducit, requirebant.

Χρήσονται δέ ποτε καὶ οἱ φρόνιμοι γελοίοις πρός τε τοὺς καιρούς. οἷον ἐν ἑορταῖς, καὶ καὶ ἐν συμποσίοις.

Vtentur autem aliquando & prudentes ridiculis ad tempora quadam. ceu in festis diebus, & conuiuijs.

Cnm acuta quædam dicta: eadem tamen parum verecunda, ac ridicula denique, scurrarum propria esse dixerit, docet honestos etiam ac moderatos homines aliquando illis vsuros, cum occasionem nacti fuerint. locos autem ac tempora, quibus sine reprehensione facetiis illi vti possint, esse inquit ludos & conuiuia: concessu enim omnium tonc, grauibus etiam personis licet iocari. Non sine causa igitur T. Liuius accusauit Philippum Macedooem, qoi longe alio tempore facetus esse voluit: & com in magno conoentu graoium personarum, vbi deliberabatur de statu Græciæ: fineq; imponendo atroci bello, iocatus est in Phaneam legatum Ætolorum: valetudinemque oculorum ipsius: cum enim totam rem Liuius oarrasset, addidit. Et erat dicacior natura quàm regem decet, & ne inter seria qoidem risu satis temperans. Sed fortasse Philippo ignosci posset, qoia id dixit lacessitus: violenter namque ipsum Phaneas dicentem ioterpellarat: & in illum vt in hominem stultum, & nullius consilii prior dixerat. Vsos verò tunc est Philippus voce illa peruulgata ad eum comprimendom, cuius mentionem fecit Demetrius non semel in hoc libro. Sed etiam Antigonus rex vt hoc quoque addamos, profecto non alienom à loco, in quo de salibus sedulo præcipitur. io eadem hac voce iocatos est. qoi tamen in se oculumq; suum, quem vnicum habebat, dixit, nō in alium luscum: cum enim libellum à quopiam, qui postulabat aliquid, accepisset graodioribus litteris scriptum, inquit. Ταυτί μοι κἂν τυφλῷ δῆλα. memoriæ proditom hoc est à Plutarcho in sympofiacis suis quæstionibus.

Καὶ ἐν ἐπιπλήξεσι δὲ πρὸς τοὺς τρυφερωτέρους ὡς ὁ Τηλαύγους θύλακος, καὶ ἡ Κράτητος ποιητική, καὶ φακῆς ἐγκώμιον. ἂν ἀναγνῷ τις ἐν τοῖς ἀσώτοις. τοιοῦτος δὲ ὡς τὸ πλέον, καὶ ὁ κυνικὸς τρόπος: τὰ γὰρ τοιαῦτα γελοῖα χρείας λαμβάνει τάξιν καὶ γνώμης.

Et in increpationibus aduersus delicatiores vt telauges thylacus, et Cratetis poetica, & lentis laudatio, si legerit aliquis ad luxuriosos. huiuscemodi autem est fere & cynica ratio: etenim huiuscemodi ridicula precepti ordinem adsumunt & sententia.

Sed etiam addit sine culpa idem fieri potest, cum illi increpant delicatos qoospiam ac molles homines: & acutis vocibus ipsos vulnerant. ceu inquit. ὁ Τηλαύγους θύλακος: quæ vox videtur notasse improbitatem, & ingluuiem alicnius. siue id scriptum aliquod

quod fuit, quod huiuscemodi homines deditos gutturi, ac uentri uexaret: neq; enim quicquam de eo compertum habeo. Θύλακον quandoque vocatum μεταφορικῶς hominem, qui se ingurgitaret, cum proprie hoc uerbum saccum valeat, certum est. nam in prouerbio etiam, quo impurus homo, & deditus iis seruilibus voluptatibus, notatur, hoc ipsum significat. Αν ποτ' ἔλθῃ μοι ἀσκὸς: ὁ δὲ θύλακος. Anaxarchus etiam Democriteus, patientissimus uir doloris: ac generosi in primis animi, cum torqueretur à Nicocreonte Cyprio dicens. πτίσσε πτίσσε τὸν Αναξάρχου θύλακον, ita corpus appellauit, tanquam uas animi: & illud quidem non satis purum. Τηλαυγὴς uerò, quod uerbum iunctum est, ac significat uulgo nitidus & longe fulgens, quam uim hic habeat non plane video. Nisi aliquis putet, si hoc epithetou est: ualetque quod ostendi, duobus his uerbis notatum esse, aut certum aliquem, aut omnem hominem, qui, cum uilis res sit, si corpus spectes, & tanquam saccus quidam sordium pleuus. nt nos quoque, eum ostendere uolumus hùmanæ naturæ tenuitatem, rem augentes, loqui consueuimus. idem tamen ualde comptus sit, & ita deniq; expolitus, nt uitor ille longe conspiciatur. Idem uerò videtur viri etiam nomen fuisse. nam dialogum Æschinis Socratici ita appellatum esse coustat, prodente hoc memoriæ Laërtio. fortasse igitur sermouem illum intellexit Demetrius, quo Æschines seuerus homo: profectusque ex optima disciplina, maledixisset illi: & in aliis etiam turpibus uotis hanc ei inussisset. Crateris enim & ipsius grauis philosophi: & qui acerbissimo odio prosequeretur improbos, poetica qualis fuerit, intelligitur testimonio eiusdem eruditi, & accurati scriptoris, qui de hoc diligenter scripsit in vita ipsius. Sed Demetrius etiam multo infra hoc declarat, posito exemplo ipsius, quo immutatis non nullis verbis, locum Homeri ad aliam sententiam traduxit. Nam quod sequitur hic. Et lentis laudationem, si quis orationem eam legerit in conuentu hominum luxuriosorum, existimari debet sophistam aliquem tenuem illum ac vilem cibum ornasse: & summis laudibus in cælum tulisse, vt etiam Lælius ille sapiens Lucilii carmine celebratus est, qui lapathum laudaret: & exquisitissimis dapibus anteponeret. illam igitur affirmat Demetrius laudationem vim accusationis habituram, si quis ad intemperantes homines: & qui epulas suauissimas sectantur, illam recitarit: illi enim tacite ita insimulabuntur. potuerunt etiam in ea esse aculei quidam in eos, qui contrariam vitam sequerentur, & omnia consumerent in sumptuosis dapibus comparandis. Adiungit autem Demetrius huiuscemodi etiam ferè esse Cynicam rationem, & hanc viam ipsos plerunque tenere solitos in coercendis libidinibus: castigandisque vitiis improborum, duce atque auctore huius rationis Diogene, quem constat testimonio Laertii, plurimas eius huiuscemodi voces referentis, crebro ita delicatos adolescentes accusasse. Cur autem tantopere probauerint Cynici philosophi hunc modum agendi declarat, dicens. Huiuscemodi enim facetiæ, & acuta dicta vicem subeunt admonitionis ac sententiæ: funguntur q; officio illarum. quid autem γνώμην Græci appellarint constat. cum Aristoteles etiam vim huius nominis: notionemque explicarit. nam χρείας iidem aliquando nocabant præceptum aliquod ad vitam conformandam. vnde plures auctores sedulo χρείας collegerunt, atque hoc titulo libros suos inscripserunt, vt testantur veteres grammatici. in iis autem fuere, qui materiam eam ceperint, & Hecaton & Matrocles. Theon autem sophistes, qui suo in libello, quem scripsit de ratione declamandi, sedulo de ipsa disseruit, ita χρείας definiuit. χρεία est breue enuntiatum vel factum, quod subtiliter refertur ad certam aliquam personam, aut rem, quæ similitudinem aliquam habeat cum persona. nam quod statim auctor hic noster addit, vt rei similis. καὶ γνώμης. ille quoque testatur propinqua esse χρείας, & γνώμην, & ἀπόφθεγμα, quarum etiam rerum, quæ vis sit, declarat, naturamque ipsarum euoluit.

Ἔστι δὲ καὶ τοῦ ἤθους τις ἔμφασις ἐκ τῶν γελοίων, ἢ παιγνίας ἢ ἀκολασίας. ὡς καὶ τὸν οἶνον τὸν προχυθέντα ἐπιχέων τὰ ἀπίλαια ἀντὶ οἰνέως: ἡ γὰρ ἀντίθεσις, ἡ περὶ τὰ ὀνόματα, καὶ ἡ φροντὶς, ἐμφαίνει τινὰ ψυχρότητα ἤθους καὶ ἀναγωγίαν.

Est autem & morum quædam declaratio ex ridiculis, & vel lusionis, vel intemperantiæ. veluti qui vinum fusum cohibuit τὰ σπήλαια ἀντὶ οἰνέως: oppositio enim quæ in nominibus existit, & cura, declarat quoddam frigus morum & animum incultum.

Docet nunc Demetrius hoc etiam boni in se habere sales & acuta dicta, quod auxilio ipsorum intelliguntur mores, & naturę personarum: & quasi in conspectu nostro constituitur, sint ne illi homines festiui ingenii, an contrà rudes & agrestes, siue intemperantes aut alîus cuiusuis indolis. Statim autem dicto cuiusdam confirmat verum esse, quod tradidit. perspici scilicet naturam & indolem mortalium hac etiam ratione. dixit enim ille, cum uinum fusum cohibuisset, spelęa pro œneo. singula verò verba, vt hic leguntur expressi, quia vim huius vocis non penitus perceptam habeo: nec video quæ sit insulsitas ipsius. in superioribus præterea verbis hæreo, si peruulgata receptaque lectio tenetur: neq; enim ἀκολασία contrarium antecedentis verbi est, vt ratio postulare videbatur: & tamen in omnibus, non excusis modo, verum etiam scriptis, vno excepto, illo modo legi animaduerti, qui habet. ἢ ἀπειροκαλίας pro, ἢ ἀκολασίας. quod cum diligenter attendissem, non omnino mihi displicere incœpit. vt ἀπειρόκαλος fortasse auctor vocarit, naturam rudem, expertemque huius concinnitis, & quæ subacta demum conformataque non sit. vt contra εὔπλαστος appellatur politus homo, & qui nullo negotio in eam formam, quam quisque vult, fingitur & conuertitur. Eo minus autem ab illa auersus fui, quia verbum illud ita conformatum est, vt id quod infra ab ipso vsurpatur, ac valet nulla instructum arte animum. An minime oportet alterum hoc verbum, quod mores certos quosdam & naturam significat, ostendere indolem contrariam antecedenti, & esse oppositum priori? sed tantum indolem aliquam notare: cum enim indicio vocum harum facetarum affirmet cognosci naturas, videtur debuisse plures indoles appellare, non vnam tantum, & eam quę ipsi repugnat quę aliquo modo, nisi etiam ipsam nominasset, intelligebatur. Insulsum verò esse dictum illud, & ab impolito ingenio profectum, declarare uolens Demetrius ait: Studium enim illud multum aliud pro alio ponendi, quod illic adhibitum est, & cura ingens, præ se fert quoddam morum ac naturæ frigus: animumque demum nulla ingenua disciplina ornatum: ἀπειροκαλία enim de eo dicitur, qui nullam ingenuam institutionem nactus est: in dicto autem, quod exploditur, σπήλαια valere antra notum est: eodemq; sensu vsurpari Gręcum hoc verbum à Virgilio. nam nomine illo viri, quod in eadem est: obscure etiam significatur vinum, cum οἶνος Græco sermone ipsum appelletur. vnde non defuerunt qui ab Oeneo vinum vocatum ludentes dixerint, quod notauit Athenæus, vt legitur in epitome 11. libri. Citat autem ille Nicandrum Colophonium, & Melanippidem Milesium. sed alio etiam loco in alio viri nomine, cuius prima pars vinum itidem refert, docet comicum poetam lusisse: inquit enim. Νικόχαρις γοῦν ὁ κωμῳδιοποιὸς, πρὸς τοὔνομα παίζων, ἔφη. Οἰνόμαος οὗτος χαῖρε καὶ δύο κἀγὼ τε καὶ συμπόσια γενοίμεθα. Animaduertendum etiam, aliter videri hic sumptum esse ἀντίθεσις ac vulgo à magistris dicendi hoc nomen capiatur: neq; enim significat hic (vt opinor) verbum verbo oppositum: ornatumq; hunc orationis ceu pacem bello: mortem vitæ: & infinita alia huiuscemodi, sed (nisi fallor) aliud pro alio sumptum. quod fit in omnibus iis similitudinibus, quas vocat εἰκασίας. vnde infra in eadem re appellanda, eodem nomine vtitur: certius autem est hoc ipsum, quod dixi hoc nomine significari. illos verò, qui huiuscemodi imaginibus vtuntur, relicta re, quam ostendere volunt, aliam loco illius ponere manifestum est. varietas autem huius notionis proficiscitur à particula ἀντί: hic enim valet ipsa pro, & loco illius. illic verò contra & è regione. vtrunque autem valere ἀντί pueri etiam nouerunt. Hæc mihi in mentem venerunt, cupido lucis aliquid huic loco, sane obscuro, adferendi. quod si vox illa plane intelligeretur: certique omnino essemus de notione ipsius, facilius (vt puto) reliquis in alis, si vlla restarent, medicina fieret. Nunc autem quid amicus meus excogitarit

gitarit: studiosus eiusdem laudis, commemorare libet: neque enim arbitror me rem ingratam illi facturum, cum ardear & ipse desiderio veteres scriptores purgandi, & quacunque re possit studiosis ipsorum opem ferat.. Existimat igitur ipse maculam in his verbis subesse: ac pro τὰ σπίλωμα legi debere τὸν πηλίκα. nam Peleum & Oeneum reges fuisse notum est: nec non vinum terra puluereq; inquinatum appellari à Grecis πηλὸν. ad quod etiam nomen allusisse putat eum, qui vocem illam, vt Demetrio videtur, ineptam ac frigidam edidit: & ita denique frigidam, vt indicet rusticam naturam illam esse, vnde profecta est. Nec tamen secutus tantum ille coniecturam in hoc est, verùm etiam testimonium aliquo modo Eustathii, eandem pæne vocem recitantis, cuiusdam, qui cauponem notare voluit, solitum, vt est id hominum genus, vinum adulterare, ac pro mero fæcem vendere. Verba illius grammatici sunt. Ἡ δὲ τοιαύτη κατ' ὄνομα σύνθεσις περὶ τοῦ ἀέρος οἶνος ἴσως καὶ λέγει [illegible] καπήλῳ οἶνον κεράσαντι, ὡς καὶ τὸν τρύγα συμπεριπολεῖ: ἀκούει γὰρ πολὺς εὐτράπελος. μὴ ποίει τὴν οἰνία πηλία. quam sanè vocem ipse infra diligenter explicat. nam quod ipsi ualde lepida & faceta uisa est, quam tamen noster hic prudens scriptor exagitat, nasci potuit, quia non posset grammaticus ille uere existimare de his rebus. Sed alia quoque restant, quę molesta adhuc sunt, ac declarant, non omnino purgatum esse hunc locum: nec tamen non lux quam prætulit interpres ille Homericus ad tenebras has pellendas, vtilis fuit. Dignus sane est ob plurimas animi sui dotes, qui maiore de causa celebretur Michael Sophianus princeps huius animaduersionis, ut amori tamen quo magno ac iusto ipsum prosequor satisfacerem, uolui ipsum contra, ac primo facere institueram appellare: est enim ille ut facile omnes, qui consuetudine aliqua ipsius usi sunt, cognoscere potuerunt, simulacrum quoddam & effigies ueteris Græciæ, quod cum uere de illo protulerim, satis multa mihi uideor de doctrina ipsius, ingenio, probitate, morumque suauitate prædicasse: qui tamen non meliore ulla in rebus suis quàm uniuersa natio, lumen quondam ac decus omnium nationum, condicione utitur: præterquam quod priuatim ille grauibus fortunæ iniuriis conflictatus est. adeo hęc tempora auara sunt, ac uirtuti prorsus inimica.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Περὶ δὲ σκωμμάτων μὲν, οἷον εἰκασία τίς ἐστιν: ἡ γὰρ ἀντίθεσις εὐτράπελος. χρήσονται τε ταῖς τοιαύταις εἰκασίαις. ὡς Αἰγυπτία κληματὶς, μακροὶ καὶ μέλανα. καὶ τ' Θαλάσσιον πρόβατον, τὸν μῶρον τὸν ἐν τῇ θαλάσσῃ. Τοῖς μὲν τοιούτοις χρήσονται. εἰ δὲ μὴ, φευξούμεθα τὰ σκώμματα ὥσπερ λοιδορίας.

De dictis quidem, tanquam imago quædam est: oppositio enim faceta. vtentur autem huiuscemodi imaginibus, vt Aegyptia clematis, longum & atrum hominem. & Marina ouis, stultum in mari. huiuscemodi quidem vtentur: sin autem, fugiemus dicta tanquam conuicia.

Naturam nunc, uimque facetiarum illarum explicat, quæ lædunt existimationem alicuius: indeque à Gręcis σκώμματα nominantur: docetque quomodo aliquis recte ipsis utatur. nam nisi ueram illarum rationem teneat, labi posset: & pro urbano scurra conuiciatorque haberi. inquit igitur, quod ad σκώμματα pertinet idest maledictiones, σκῶμμα esse quasi imaginem ac similitudinem quampiam: idest speciem non paruam habere imaginis. cuius rei rationem reddit, dicens quod in ea uoce, uitium alicuius rei ostendente, non ipsa res, quę conteritur & extenuatur, sed alia pro ipsa posita sit; (hoc enim arbitror ualere hic ἀντίθεσιν. de quo supra disputaui) id esse lepidum, ac facetum. εὐτράπελον uerò significare iocosum ac facetum apertum est. Statim autem Demetrius docet, qui sit uerus usus illarum, hoc pacto. Vtentur autem huiuscemodi imaginibus, intelligens qui culpam fugere uolunt: neque enim omnes usurpari sine uitio reprehensioneque possunt. ceu inquit clematis Ægyptia, qua voce nota-

tus

tus est, ut ipse declarat, procerus & ater homo. ut memoriæ autem prodidit Laërtius, Zenon Cytieus ita appellatus est à quopiam, cum tenuis esset, statura corporis procera: idemque atri coloris foret. nam clematidem Ægyptiam, stirpis genus huiuscemodi esse, qui de iis, quę oriuntur è terra, ac de simplicibus medicamentis scripserunt, tradidere. Citat etiam Demetrius uocem cuiusdam, qui stultum hominem dixerat esse marinam ouem. in cuiua rei expositione uidendum est, an uerba illa, τὸν ἐν τῇ θαλάττῃ, uacent: declaratioque quondam fuerint superioris nominis θαλάττιον, ut puto: quę postea temere ab imperitis librariis in contextum uerborum auctoris recepta sint. nisi forte ille stultum aliquem, qui assidue nauigaret: aut aliqua ratione degeret in mari, notare uoluit. Horatius in altercatione Sarmenti & Cicerri, quam diligenter exposuit, declarauit crebro uti solere, qui risum mouere uolunt, imaginibus: ait enim. prior Sarmentus. equi te Esse feri similem duco. ridemus. & infra. Pastorem saltaret uti Cyclopa rogabat: Non illi larua, aut tragicis opus esse cothurnis: declarat enim his quoque verbis similem esse Cicerrum Cyclopi. Possem etiam nullo negotio plurimas huiuscemodi acutas voces referre. in quibus, inurentibus aliquibus dolorem, imago, similitudoque est. vt cum Diogenes diuitem hominem: eundemque bonarum artium rudem, vocauit, ouem aureum vellus habentem. Theodorus etiam Gadareus, magister dicendi, sæuum ingenium Ti. Claudii, qui postea Romæ imperauit, mature à se perspectum, imagine notauit. vocare enim ipsum solitus est πηλὸν αἵματι πεφυραμένον, vt memoriæ mandauit Suetonius. quin autem illa similis sit his, quas ponit Demetrius, dubitari non potest: Sequitur autem. Huiuscemodi sanè scommatis poterunt vti, politi scilicet & honesti homines. Sin autem huius generis excogitare: afferreque nequibimus, temperabimus nobis ab ipsis. fugiemusque scommata tanquam conuicia, ac petulantes voces. Cicero quoque videtur ita diuisisse maledictionem: vnde supra σκῶμμα maledictionem reddidi. pro M. Cœlio enim ita de omni illa re disseruit. Maledictio autem nihil habet propositi præter contumeliam. quæ, si petulantius iactatur, conuicium: si facetius, vrbanitas nominatur. nam quod inquit ille finem omnis maledictionis esse contumeliam, non dissentit ab Aristotele, qui in II. libro de arte dicendi, definiens εὐτραπελίαν, dixit eam esse πεπαιδευμένην ὕβριν. cum contumelia igitur facetius iactatur, est ea, quàm Aristoteles vocauit πεπαιδευμένην quasi moderatam & ita instructam vt leuiter pungat. inurit nanque dolorem aliquem etiam vrbanitas.

Ποιεῖ δὲ εὔχαριν τὴν ἑρμηνείαν καὶ τὰ λεγόμενα καλὰ ὀνόματα. ὡρίσατο δ' αὐτὰ Θεόφραστος οὕτως. κάλλος ὀνόματός ἐστι τὸ πρὸς τὴν ἀκοὴν ἢ πρὸς τὴν ὄψιν ἡδύ, ἢ τὸ τῇ διανοίᾳ ἔντιμον.

Efficiunt autem lepidum genus orationis & ea quæ dicuntur pulchra vocabula: definit autem ipsa Theophrastus sic. Pulchritudo nominis est quod ad auditum, vel aspectum iucundum est, vel quod est sententia honestum.

Ostendit aliam rationem, qua venusta oratio: plenaque leporum fiat: docet enim multum etiam valere ad ipsam talem efficiendam nomina, quæ pulchra vocantur: illa autem ne fallere possint: omnisque eorum vis plane intelligatur, adfert definitionem Theophrasti, qui diligenter explicuit, in quibus rebus posita sit pulchritudo hęc, inquit enim. Pulchritudo nominis est id, quod ad aures, aut ad oculos iucundum venit. siue id quod ad notionem intellectumque honestum est, ac plenum dignitatis: quod igitur voluptate quapiam afficit sensus illos: siue animo iudicatur honorem in se habere, id καλὸν appellari dicit à Græcis: & eadem ratione dici potest pulchrum à Latinis. In exprimenda autem definitione illa pro sensibus, quos nominauit Demetrius, instrumenta ipsorum posui: Dionysius quoque Halicarnasseus meminit huius

ius definitionis cum scriberet de arte dicendi, narrans de illis rebus disputatum etiam esse à Theophrasto in iis, quę præcepit περὶ λέξεως (hunc enim titulum fuisse eius operis declarat) tradensque definisse illum, quæ nomina natura pulchra forent, ex quorum constructione efficeretur pulchra & ampla locutio. Sed eodem etiam loco affirmat explanasse illum, quæ nomina pusilla & humilia essent. Quin etiam in Lysiæ vita idem operis illius doctissimi ac politissimi viri mentionem fecit. Hermogenes præterea, cum de cura, quę ponitur in oratione & pulchritudine ipsius, disputaret, significauit quæ pulchra sint nomina. quo loco etiam docuit vocabula quædam parua, & quę paucis syllabis constarent, præ se ferre diligentiam non paruam ac pulchritudinem: nam, in quo magis conuenit ipsi cum iudicio Phalerei, alio loco testatus est, cuncta quæ alicui sensui possunt esse iucunda, eadem cum dicuntur efficere voluptatem. quare necessario etiam uerba, quæ ipsa ostendunt, sunt iucunda, cum verba sint notæ rerum.

Πρὸς μὲν τὴν ὄψιν ἡδέα τὰ τοιαῦτα. Ῥοδόχροον. Ἀνθοφόρου χρόας: ὅσα γὰρ ὁρᾶται ἡδέως, ταῦτα καὶ λεγόμενα καλά ἐστι, πρὸς δὲ τὴν ἀκοήν. Καλλίστρατος, Ἄννοων: ἥ τε γὰρ τῶν λάμβδα σύγκρουσις ἠχῶδές τι ἔχει, καὶ ἡ τῶν νῦ γραμμάτων.

Ad aspectum autem, iucunda huiuscemodi sunt, ῥοδόχροον, ἀνθοφόρου χρόας: quæcunque enim iucunde videntur, hæc & cum dicuntur pulchra sunt. Ad auditum autem. Καλλίστρατος, Ἄννοων: concursus enim eorum λλ. sonorum quiddam habet, & ille etiam νν. litterarum.

Exemplis Demetrius, quod Theophrastus præceperat illustrare volens. ait. ad aspectum oculosque iucunda esse & hæc & alia talia nomina. ῥοδόχροον. & ἀνθοφόρου χρόας. Quin autem cum prius iunctum verbum audimus, voluptatem quandam sentiamus dubitandum non est. quæ voluptas inde nascitur quia recordamur pulchritudinem rosę, quę visa oculos nostros mirifice oblectat: eadem ratio est posterioris exempli. nam flores etiam tanquam oculis nostris repræsentati suauitatem quandam gignunt. hac autem ipsa de causa, quam dixi, aspectu iucunda esse illa verba docens Demetrius inquit. Quæcunque enim cum suauitate quadam cernuntur, hæc etiam cum proferuntur pulchritudinem habent, pulchraque quæ id faciunt, verba recte vocantur. Transit post hęc ad alterum genus pulchrorum verborum dicens. Ad aures autem pulchra scilicet sunt Καλλίστρατος Ἄννοων. statimque vnde fluat voluptas, quę tantum gratiæ adfert illis nominibus, ostendens, ait. Concursus enim ille duorum λάμβδα habet in se quiddam sonorum, quod pertinet ad antecedens verbum: eodemque pacto concursio duarum litterarum, & ipsarum suauium, quæ fit in consequente voce. Cum vero singulis nominibus constent duo hæc exempla, in quibusdam calamo exaratis libris ambo illa immutata sunt, posterius tamen multo magis variatum. nam quod facit ad prius, in uno tantum pro Καλλίστρατος, inueni Κάλλισος. qui etiam consequentem vocem ἄννων habet, ceterorum quidam ἄνων legunt: alii vero ἄννοων. in omnibus sane manet concursus ille ex iisdem liquidis elementis ac sine vlla molestia influentibus in aures. Dionysius tamen Halicarnassens palmam in hoc dat litteræ λ: ipsamque putat reliquas semiuocales dulcedine superare. quare concursus qui inde fit suauior & ipse est. Non est autem exploratum an duo hæc verba sumpserit auctor, nulla re inter se coniuncta, ut ei quod probare uolebat accommodata. siue apud aliquem scriptorem continentia.

Καὶ ὅλως τὸ ν διὰ εὐφωνίαν ἐφέλκονται οἱ Ἀττικοί, Δημοσθένην λέγοντες καὶ Σωκράτην. τῇ διανοίᾳ δὲ ἔντιμα τὰ τοιαῦτά ἐστιν. οἷον τὸ Ἀρχαῖοι, ἀντὶ τοῦ παλαιοί ἐντιμότερον: οἱ γὰρ ἀρχαῖοι ἄνδρες ἐντιμότεροι.

Et demum Attici ν. ob suauem sonum attrahunt, Δημοσθένην dicentes & Σωκράτην. Propter sententiam autem plena dignitatis eiusmodi sunt, ceu Ἀρχαῖοι, pro παλαιοὶ honestius est: ἀρχαῖοι enim homines pleniores honoris sunt.

Probare Demetrius volens cum suauitate accidere ad aures nostras litteram ν, ac bene sonantem esse, tradit Atticos homines ea una de causa in extremo quorundam nominum illam ponere, & tanquam attrahere ipsam, suauitate illius captos, cum dicant Δημοσθένην, & Σωκράτην, non Δημοσθένη & Σωκράτη: ut ratio ipsa ac ueritas postulat. Animaduertendum autem secundum hoc genus pulchrorum nominum vocare Ciceronem uerba bene sonantia: quę tamen non omnia putat accommodata esse oratori, sed tantum quę sint sumpta de medio. nam exquisita ad sonum fugienda censet: videtur etiam idem illa, quæ Theophrastus καλὰ vocauit, appellasse splendida vocabula. Tertii generis, dignitatem habentis, quæ percipitur animo, exemplum Demetrius ponit ἀρχαῖοι vsurpatum pro παλαιοὶ, quod quamuis idem significet, ac priscos homines ostendat, honestius tamen quàm alterum illud esse inquit. cum viri ἀρχαῖοι maiorem honorem ab hominibus obtineant: origo enim huius nominis à principio, quod ἀρχὴ Grece nominatur, ducitur: cum alterum proficiscatur à πάλαι, quo tantum vetustas, ac longinquitas temporis declaratur.

Παρὰ δὲ τοῖς μουσικοῖς λέγεταί τι ὄνομα λεῖον, καὶ ἕτερον τραχὺ, καὶ ἄλλο εὐπαγὲς, καὶ ἄλλο ὀγκηρόν.

Apud musicos autem dicitur quoddam nomen leue, & alterum asperum, & aliud compactum, & aliud tumidum.

Cum quæ nomina pulchra vocentur docuerit, ostendit nunc aliter musicos eruditos ipsa distinxisse; subtiliusque uim omnem illorum, sonumque animaduertisse: non tantùm autem grammatici litterarum vocumq; sonum ponderabant, sed etiam, quorum id proprium erat: & qui superiorem scientiam profitebátur, musici: id enim, in quo multam operam ponebant grammatici, quęrebatur etiam, vt pars studii sui, à musicis: quod significauit etiam Aristophanes, apud quem in fabula, ab equitibus inscripta, Agoracritus, dolet se nihil artis musicę didicisse pręter litteras. quam etiam rem, satis tennem, & malam denique, dicit se malè percepisse. Nam quod Quintilianus, qui & ipse hoc testimonio Aristophanis vti voluit, narrauit hoc Maricam, qui est Hyperbolus, dixisse, vereor ne peccatum memoriæ sit: lapsus autem in nomine videtur ob similitudinem personarum: ambo enim illi & Agoracritus & Hyperbolus inutiles reip. ciues, atque importuni homines fuerunt: posterioris certe huius vt talis; & cuius improbitatem veteres Atticorum comœdiæ notarint, meminit quoque Cicero in Bruto: Quin autem hos versus Latinus ille rhetor intellexerit dubitandum non videtur. ἀλλ' οὐ γὰρ οὐδὲ μουσικὴν ἐπίσταμαι πλὴν τῶν γραμμάτων καὶ ταῦτα μέντοι κακὰ κακῶς. inquit igitur Demetrius à musicis, & in eorum studio, quoddam nomen vocari leue. aliud autem contra asperum, vt tertium aliquod firmum, atque defixum: id enim arbitror significare hic εὐπαγὲς, quartum verò quoddam tumidum, & inflatum. Nomina verò hæc, quæ sonorum qualitates ostendunt, ducta esse à solidorum corporum qualitatibus apertum est: corpora enim proprie leuia aut aspera vocantur: leuorque & asperitas primum in ipsis notatur. Vnde etiam Catullus cum irrideret eum qui vbi minime decebat, aspiratione vteretur, narrat, illo in prouinciam misso, requieuisse aures omnibus, qui, vt consuetudo erat, eadem postea audirent leniter & leuiter. erat igitur aspiratio quoque vna earum rerum, quæ gigneret asperitatem in verbis.

Λεῖον

Λεῖον μὲν οὖν ἐστιν ὄνομα, τὸ διὰ φωνηέντων ἢ πάντων ἢ διὰ πλειόνων, οἷον Αἴας· τραχὺ δέ, οἷον Βέβρωκε. καὶ αὐτὸ δὲ τοῦτο τὸ τραχὺ ὄνομα κατὰ μίμησιν ἐξενήνεκται ἑαυτοῦ. εὐπαγὲς δὲ ἐπαμφοτερίζον, καὶ μεμιγμένον ἴσως τοῖς γράμμασι.

Leue igitur nomen est, quod per vocales aut omnes aut plures editur, vt Αἴας: asperum autem, vt Βέβρωκε. & ipsum utique hoc asperum nomen imitatione sui ipsius prolatum. Compactum autem anceps, & mixtum aequaliter litteris.

Superioribus quattuor nominum differentiis demonstratis, explicat diligenter Demetrius cur ita singula vocata sint: leueque verbum esse inquit, quod ex litteris vocalibus, siue totum, siue magna ex parte conflatum sit, vt Αἴας, in quo extrema tantum litera consonans est. nam supra, vbi de concursu vocalium disputauit, nomina aliqua cunctas habere litteras vocales indicauit vt Αἰαίη. exemplo autem declarare volens, quod nomen asperum appellatum sit, vtitur hoc verbo βέβρωκε: in eo nanque plures sunt consonantes, quàm vocales, & illae quoque huiuscemodi, vt molestum sonum habeant. Cicero quoque in Oratore, idem vitium non in vno verbo, sed in compositione plurium verborum, ostendere volens, hunc versum ponderauit. Frugifera & ferta arua Asię tenet. dixitque illum inquinatum esse, quia sit insuauissima littera infinitus. sed fortasse etiam idem versus aliquid asperitatis traxit à pluribus illis & ualde sonantibus concursibus vocalium, quos in se habet. infinitum vero ipsum in eo vitio Cicero vocat, quia sine modo vllo, terminoque iusto ipsa illic posita est. hoc autem addidi, ut errorem refellerem quorundam, qui emendare locum uolentes: qui nulla correctione egebat: & pro infinitus, finitus excudentes, ipsum deprauarunt. Sed cum infra etiam idem vitium asperitatemque in verbis, cuiusmodi sit exemplis duobus demonstret, in posteriore illorum excusi omnes libri mendum continent. quod mendum, cum semper illa sedulo ex antiquis auctorib. tollenda sint, magis tamen illic molestum est, quia in eo potissimum, quod deprauatum est, exemplum manet. totus locus est: integrum enim illum hic ponam, cum seruiat etiam consilio Phalerei, eiq; quod ipse probare nunc uult. Imo vero ista sequamur, asperitatemq; fugiamus. Habeo istam ego perterricrepam. idemq;. Versutiloquax malitia: ita enim legendum est, non uersutiloquas malitias. vt testimonio etiam Nonii Marcelli cognoscitur. Plenius autem eodem loco usum fuisse Ciceronem in III. libro de oratore, vbi de uerbis factis differit, notum est. Addit superioribus Demetrius illud ipsum, asperum & insuaue nomen ad imitationem sui prolatum esse, intelligens illo significari rem saeuam ac trucem. transitq; ad tertium genus explicandum, quod εὐπαγὲς vocauit, dicens illud esse, quod utrinsque particeps est, in neutram penitus partem inclinans: declarans autem (ut opinor) quid ualeat ἐπαμφοτερίζον inquit, & mixtum aequaliter temperatumque litteris idest, quarum partim leues sunt: partim asperae.

Τὸ δὲ ὀγκηρὸν ἐν τρισίν, πλάτει, μήκει, πλάσματι. οἷον, Βροντά, ἀντὶ τοῦ βροντή· καὶ γὰρ τραχύτητα ἐκ τῆς προτέρας συλλαβῆς ἔχει καὶ ἐκ τῆς δευτέρας. μῆκος μὲν διὰ τὴν μακράν· πλατύτητα δέ, διὰ τὸν δωρισμόν· πλατέα λαλοῦσι γὰρ πάντα οἱ Δωριεῖς.

Tumidum autem in tribus, latitudine, longitudine, fictione. ceu, βροντά, pro βροντή: etenim asperitatem ex priore syllaba habet, & ex secunda. longitudinem quidem propter productam: latitudinem autem, propter con

suetudinem Dorum: lata enim omnia loquuntur Dores,

Tumidum, quod quartum posuerat, tribus in rebus manere dicit, quas enumerat: latitudinem enim, & longitudinem, & fictionem (ità enim reddo πλάσμα) efficere ait uerbum ὀγκηρὸν. Huiuscemodi autem esse inquit βροντᾶ dicere pro βροντῆ, cuius rei rationem reddit hoc pacto. habet nanque hoc nomen in se asperitatem, natam & à priore syllaba & à posteriore, Quomodo autem illa inde proficiscatur docet, tradens quod prolixitatis in ea est, ob syllabam longam ipsam habere: latitudinem: uerò illam ob proprietatem Dorici sermonis: consuetudinem enim esse eius gentis ut omnia lata pronuntient. hunc autem morem fuisse Dorum perspicitur ex eclogis Theocriti, apud quem enam in xv. idillio quidam mulieres duas Syracusanas. quę Alexandriæ sacra Adonidis una cum incolis eius telluris celebrabant, accusans, hoc notat, affirmans ipsas cuncta uerba dilatare: cum enim incidisset in illas inter uiam, offensus eo sermone, nec ipsarum loquacitatem ferre amplius potens, ita ipsas increpuit. παύσασθ' ὦ δύστανοι ἀνάνυτα κωτίλλοισαι τρυγόνες· ἐκκναισεῦντι πλατειάσδοισαι ἅπαντα. unde statim altera illarum ipsum improbe facere affirmat: se uerò dignas non esse, quæ eo nomine insimulentur, docens, inquit, Licere Doriensibus suo, ac proprio illius gentis sermone uti: Cicero quoque uidetur de hoc uitio disseruisse in Bruto. cum inquit. Cotta quoque se ualde dilatandis litteris à similitudine Græcæ locutionis abstraxerat; sonabatque, contrarium Catulo, subagreste quiddam: planeque subrusticum. Sed enam in II. & in III. libro de oratore, ut Hermogenes quoq; in primo segmento de formis orationis, capite περὶ σεμνότητος

Διόπερ οὐδὲ ἐκωμῴδουν δωρίζοντες, ἀλλὰ πικρῶς ἠττίκιζον: ἡ γὰρ ἀττικὴ γλῶσσα συνεστραμμένον τι ἔχει καὶ δημοτικὸν, καὶ ταῖς τοιαύταις εὐτραπελίαις πρέπον. Ταῦτα μὲν δὴ παρατεχνολογήσθω ἄλλως. τῶν δὲ ἡρμοσμένων ὀνομάτων τὰ λεῖα μόνα ληπτέον, ὡς γλαφυρόν τι ἔχοντα.

Quare neque cum aliquos notabant utebantur Dorico sermone, sed amarè atticißabant: lingua enim Attica rotundum quiddam habet & populare, & huiuscemodi vrbanitatibus aptum. hæc sane præter institutum prolata sint, è dictis autem nominibus leuia sola sumendum, vt elegans quiddam habentia.

Adiungit Demetrius tanquam corollarium quoddam, tradens hinc natum esse, vt qui dicerent in aliquos ac vitia eorum acutis vocibus tangerent, non vterentur Dorico sermone, sed Atticismum sectarentur: proprietatemque eius sermonis exprimerent, in notis inurendis iis, quos probris omnibus maledictisq; vexare volebant. Causam autem adferens eius instituti inquit. Attica enim lingua habet in se rotundum quiddam, ac contortum: idemque commune ac populare, nec remotum vllo modo à consuetudine multorum. illud verò esse inquit accommodatum huiuscemodi salibus atque vrbanitatibus. quod, quamuis dubia res non sit, significauit etiam Cicero in epistola ad Pætum iis verbis. Accedunt non Attici, sed salsiores quàm illi Atticorum, Romani veteres atque vrbani sales. Vt tamen hoc verum esse exploratum est, ita non sine causa de altero illo ambigeret quispiam, cum traditum sit Siculos valde facetos fuisse, & multa acute dicere solitos, qui Dores erant & ea lingua vtebantur. vnde cognoscitur non fuisse illam penitus alienam ab hac ratione tangendi verbis aliquos atque vrbane vexandi. Sed etiam prodita memoriæ sunt multa breuiter commodeq; dicta Spartiatarum, quæ si λεῖα non sunt, non omnino tamen ab illis remota sunt. vt videatur vbi tanta cum laude manent hæc prudenter pronuntiata,

illic

illic etiam locum habere facetè dicta. Nec tamen arbitror valere hic ἐκωμῴδουν comœdiam scribebant: nam & si Athenienses multi illi poëmati incubuerant, omnesq; flores ac lepores eius sermonis illic captauerant, prima tamen sua origine illa fluxit è Doricis nationibus, vt testatus quoq; est Aristoteles; illaq; ipsa gens plurimis argumentis sibi asciscebat inuentionem huius lepidi poëmatis. Quod igitur dixit Demetrius de institutis eorum hominum, qui tenebantur eo studio facete semper aliquid dicendi: vt ipse etiam significat, arbitror prolatum fuisse, quia illo modo potissimum id recte, & cum summa laude fiebat. In extremo autem quasi se purgans Demetrius addit, concedi sibi oportere, vt præter finem ac propositum suum de his rebus subtiliter disputarit: nam necessariam omnino hic non fuisse accuratam illam nominum animaduersionem, quam musici viderunt, declarat quod inquit ex omnibus iam dictis nominibus sumenda solum esse, quæ λεῖα idest leuia: experciaque omnis asperitatis vocauit, tanquam in se elegans quiddam concinnumque habentia. Nolo autem omittere, quin indicem scrupulum, qui in animo resideт; cum enim supra dixerit orationem tumidam & inflatam tribus rebus excitari: extremamq; earum posuerit, quam appellat πλάσμα, explicatis diligenter duabus idest latitudine, & longitudine, reliquit tertiam: nec verbum vllum fecit de fictione hac, nisi mendum aliquod hic subest. ut suspicor: id enim alienum mihi videtur à tam accurato scriptore. Aut certe quod pertinet ad πλάσμα, inclusum est in primis illis verbis, quibus exemplum explicuit. nam aliter dubitationem gignere potuit, cur illic de nominum asperitate rursus egerit, quam supra iam suo loco accurate tradiderat.

Γίνεται δὲ καὶ ἐκ συνθέσεως τὸ γλαφυρόν. ἔστι μὲν οὖν οὐ ῥᾴδιον περὶ τοῦ τρόπου τοῦ τοιοῦδε εἰπεῖν: οὐδὲ γὰρ τῶν πρὶν εἴρηταί τινι περὶ γλαφυρᾶς συνθέσεως: κατὰ τὸ δυνατὸν δὲ ὅμως πειρατέον λέγειν.

Nascitur autem & ex compositione elegans. non est sane procliue de huiuscemodi modo disputare: neque enim quicquam traditum est à superioribus de eleganti compositione: pro viribus tamen conandum est dicere.

Confirmata pulchritudine nominum, quam etiam multum valere dixerat ad leporem veneremque aspergendam orationi, docet acquiri quoque illi elegantię non parum, ac concinnitatis ex structura quadam, compositioneque verborum apta. Sed quia hoc explicare arduum putat, antequam quicquam tradere de ipsa conetur, difficultatem hanc aperit, vt si plene rem explanare non potuerit, veniam impetret. in difficili autem rem esse dicit, quia veterum scriptorum nullus quicquam tradiderit de venustate orationis, quæ nascitur ex polita exculta que nominum constructione. pollicetur tamen se pro viribus hoc facturum, atque ita rem aggreditur. timide tamen vt de re obscura & incerta agens. Multo sane antea, vt notum est, accurate egerat Phalereus de numerosa oratione, cum scilicet notam dicendi amplam explicaret: vt enim illa aliis non nullis rationibus conficitur, ita etiam certa quadam constructione verborum. Sed in ea re tradenda habebat duces & principes doctissimos viros, ad quorum auctoritatem iudiciumque se conferre potuit, vt Aristotelem, Theophrastum. in hac autem quę profecto non eadem est, & si similitudinis aliquid cum ipsa habet. (ostendere enim nunc vult proficisci etiam elegantię aliquid ac concinnitatis ex quadam compositione verborum,) cum auctores nullos habeat, qui tanquam viam ipsi aperuerint, magis laborare cogitur, ac non sine causa metuit ne labatur.

Τάχα γὰρ δὴ ἔσται τις ἡδονὴ καὶ χάρις, ἐὰν ἁρμόζωμεν ἐκ μέτρων τὴν σύνθεσιν, ἢ ὅλων, ἢ ἡμίσεων. οὐ μὴν ὥστε φαίνεσθαι αὐτὰ μέτρα ἐν τῷ συνειρμῷ τῶν λόγων. ἀλλ' εἰ διαχωρίζοι τις καθ' ἓν ἕκαστον καὶ διακρίνοι, τότε δὴ ὑφ' ἡμῶν αὐτῶν φωρᾶσθαι μέτρα ὄντα.

Fortasse enim existat voluptas quædam ac lepos, si construxerimus ex versibus compositionem, siue integris, siue dimidiatis. non tamen vt ipsi intelligantur esse versus in connexione orationis. Sed si separarit aliquis singillatim illos & distinxerit, tunc demum à nobis ipsis deprehendantur esse versus.

Fortasse enim inquit adiungi poterit orationi suauitatis aliquid ac leporis, si ex versibus constructionem moliemur: apteque concinnauerimus, aut integris quidem illis, aut dimidiatis. Voluptas igitur aliqua ac venustas nascetur, dixit ex huiuscemodi structura, non amplitudo ac granditas: cuius concinnitatis fontes veteres illi non monstrauerant: neque posse inde etiam illam, vt ex aliis rationibus proficisci, docuerant. quidam igitur numeri dignitatem pariunt: alii autem, suauitatem ac leporem. & vt numeri, ita enam oratio, quæ formam quandam retineat, similitudinemq; eorum numerorum. non tamen (addit) ita studiosi eorum esse debemus, vt in continuatione contextuque orationis appareant: certoque teneantur, ipsi versns. Sed tantum intelligantur, si quis distinguat ipsos singillatim ac separet: manifestoq; tunc teneantur versus esse.

Καὶ μετροειδῆ δὲ ᾖ, τὴν αὐτὴν ποιήσει χάριν. λανθάνουσα δέ τοι παραδύεται ἡ ἐκ τῆς τοιαύτης ἡδονῆς χάρις. καὶ πλεῖστον μὲν τὸ τοιοῦτον εἶδός ἐστι παρὰ τοῖς περιπατητικοῖς, καὶ παρὰ Πλάτωνι, καὶ παρὰ Ξενοφῶντι, καὶ Ἡροδότῳ. τάχα δὲ καὶ παρὰ Δημοσθένει πολλαχοῦ. Θουκυδίδης μέν τοι πέφυγε τὸ εἶδος.

Si præterea uersus speciem habuerint, eandem gignent venustatem. latenter autem irrepit venustas ex huiuscemodi uoluptate. & plurima quidem huiuscemodi species est apud Peripateticos, & apud Platonem & apud Xenophontem, & Herodotum, fortasse etiam apud Demosthenem multis locis. Thucydides tamen fugit hanc speciem.

Addit non tantum, si quod dixit seruatum fuerit, verum etiam si speciem similitudinemque aliquam versuum effinxerimus, huiuscemodi compositionem eandem venustatem parituram, quam sanè venustatem, leporemque profectum ex huiuscemodi voluptate, occulte clamq; surrepere dicit: fallereque nos dum subit. auctoritate autem aliquorum magnorum uirorum confirmare volens animaduersionem hanc, studiumq;, inquit, huiuscemodi formam orationis crebram esse apud Peripateticos: intelligique nullo negotio posse probatam illis magnopere fuisse. nec apud eos tantum, qui in Lycio deambulabant, verum etiam apud Platonem, & apud Xenophontem: nec non apud Herodotum in historia: inquit etiam, quamuis id asseueranter non dicat, apud Demosthenem etiam multis locis hanc speciem dictionis: numerosamque hoc pacto factam orationem, inueniri. quamuis Thucydides fugerit atq; improbarit eam formam, apud quem, cum seuerus quidam ac tristis esse voluerit, nihil magnopere excultum, politumque inuenitur. Falso autem putaret aliquis Demetrium dissentire à se met ipso, quia cum supra exemplum proferret pæonicæ compositionis, sumpsit illud à Thucydide. vnde intelligitur non omnino ipsum auersum fuisse à numeris. Sed alia est numerosa oratio, de qua nunc disserit, quæ scilicet exoritur ex apta compositione & imitatione versuum in soluta oratione. nam pæanas nihil tale efficere traditum est. cum eo etiam nomine probentur summo auctori, quia non habent similitudinem versus, nam versus nulli ex ipsis conflantur. Dissentit autem

tem à iudicio Demetrii Cicero, qui Herodotum numero carere, nisi si quando temere ac fortuito dicit: in quo etiam ille merito ab aliis reprehensus est.

Παραδείγματα δὲ αὐτοῦ λάβοι τις ἂν τοιάδε. οἷον ὡς ὁ δικαίαρχος ἐν ἐλέᾳ φησὶ τῆς ἰταλίας πρεσβύτην ἤδη τὴν ἡλικίαν ὄντα: τῶν γὰρ κώλων ἀμφοτέρων αἱ ἀπολήξεις μετροειδές τι ἔχουσιν: ὑπὸ δὲ τοῦ εἱρμοῦ καὶ τῆς συναφείας, κλέπτεται μὲν τὸ μετρικόν: ἡδονὴ δ᾽ οὐκ ὀλίγη ἕπεται.

Exempla autem ipsius sumeret aliquis hac. veluti Dicaearchus inquit. ἐν ἐλέᾳ τῆς ἰταλίας πρεσβύτην ἤδη τὴν ἡλικίαν ὄντα: *amborum enim membrorum exitus quiddam continent quod similitudinem habet versus. ob connexionem autem & continuationem occulitur quod simile illic versui est: voluptas uero non parua subest.*

Venustatis huius, profecta ex constructione verborum illi rei apta, unde sumi possint exempla docet. Primumque ostendit Dicaearchum, grauem scriptorem, ipsa aliquando vsum. hic autem est Dicaearchus ille, cuius & M. Varro in procemio 11. libri de re rustica, & Cicero quoq; pluribus locis mentionem fecerunt. cum uerò non vnum opus ille confecerit, è quo acceptum hoc sit, hic noster non indicat: neque etiam plena sententia est: intelligique potest ex uerbis ipsius de quo loquatur. cum tamen Veliae mentionem faciat: ita enim à Latinis scriptoribus uocata est, quae ἐλέα à Graecis: constetque ciuitatem illam tulisse duos clarissimos viros, Parmenidem inquam, & Zenonem, Eleatem inde appellatum, ut distingueretur ab altero Zenone, conditore familiae Stoicorum. verisimile est alterum illorum Dicaearchum significasse. Sed hoc nullius momenti est ad exemplum ipsum explanandum. Demetrius igitur ipse statim post Dicaearchi uerba, docet id illic ab ipso factum esse, quod dixit. & cum duo membra sint, utriusque membri clausulam, terminationemque continere in se quiddam, quód habet similitudinem uersus: hoc enim profectò valet μετρειδές. non enim omnino uersum esse putat, sed tantum speciem ipsius quandam retinere. Vocare verò ipsum ἀπολήξεις idest verba, in quibus desinunt membra, cum gemina illic ea sit. & ἰταλίας, quae est terminatio prioris membri. & ἡλικίαν ὄντα, quae posterioris. apertum est. postremae tres syllabae prioris membri anapaestum conficiunt: penultimus item pes posterioris est anapaestus, si prima syllaba dematur ex eo nomine, quod quatuor constat, & adplicetur antecedenti monosyllabo. quare praecedent ipsum illum anapaestum duo spondei & consequetur ipsum trochaeus. Addit Demetrius, quod ostendit artificium eius scriptoris: Iocique illius elegantiam ac virtutem. non facile intelligi: necà quolibet, illic esse quod versus similitudinem habet. quia illa iunctura, compositioque apta verborum, operit illum, nec sinit percipi. nec tamen non aures tunc sentiunt suauitatem illam, quae inde nascitur. quae sanè tenuis parvaque non est, quare percipitur inde quidquid est boni commodique in ea re, sine malo detrimentoque vllo: malum enim vitiumq; prorsus foret, si plane cognosceretur versum illic esse. Εἱρμὸν vocauit duorum illorum membrorum: vel potius omnium eorum verborum structuram. quae non minus ipsa vincit, quam cathena aliqua faciat res, quas simul iunxit. nam quin συνάφεια sit quod uerbum magis adhuc demonstrat è pluribus rebus quasi vnam factam esse, copula & coniunctio aliquarum rerum, dubium non est.

Πλάτων μέντοι ἐν πολλοῖς αὐτῷ τῷ ῥυθμῷ γλαφυρός ἐστιν ἐκτεταμένῳ πως, καὶ οὔτε ἕδραν ἔχοντι, οὔτε μῆκος: τὸ μὲν γὰρ, ἰσχνὸν καὶ δεινόν: τὸ δὲ μῆκος, μεγαλοπρεπές. ἀλλ᾽ οἷον ὀλισθαίνοντί τινι ἔοικε τὰ κῶλα, καὶ οὔτε μέτροις παντάπα

σιν, οὔτ' ἀμέτρως. οἷον ἐν τῷ περὶ μουσικῆς λόγῳ ἐπ' ἄμφω. Νῦν δὴ ἐλέγομεν.

Plato sane in multis ipso numero elegans est, extenso quodammodo, & neque sessionem habente: neque longitudinem: horum enim alterum subtile est & graue: longitudo vero, magnificum. sed tanquam alicui rei lubricæ similia sunt membra, & neque versibus omnino, neque orationi remotæ à versu. ceu in disputatione de musica de ambo. Νῦν δὴ ἐλέγομεν.

Cum è numero Peripateticorum, quos supra significauit frequentasse hanc formam orationis, vnum tantum posuisset Dicæarchum, relictis illis ad Platonem transit. quem etiam supra nominarat, ac statim collocarat post Peripateticos: indicatque plures apud eum locos, qui multum suauitatis elegantiæque ab eadem re ducant. Inquit igitur Platonem multis in locis ope huius ipsius rei: rhythmoque extenso ac porrecto modice, certaque quadam ratione, consequi vt politus ornatusque sit. nam quod inquit ἐκτεταμένῳ πώς. hoc quod ostendi arbitror valere: temperareque hanc rem, quemadmodum statim ipse declarat. nam nisi id seruatum fuerit, hanc formam corruptum iri testatur: longeque alias, ac contrarias etiam inter se, creatum iri: non enim vno tantum modo inde discedi posse, sed duobus: in quorum altero parum illius rei sumatur: in altero verò nimium. Est igitur, quod inquit. Et neque sessionem firmitatemque habente (intelligitur autem rhythmo) neque longitudinem, declaratio illius, quod inquit, porrecto aliquo modo: tradit enim quomodo id fieri debeat, statimque vim, ac naturam contrariarum illarum rerum explanat: quod enim stabilitatem moramque habet, exile, ac vehemens esse tradit: quod vero longitudinem ac prolixitatem, esse vult magnificum. cum autem quę obessent huic formæ ostendisset, & tanquam ipsius vitia, nunc vim naturamque illius, quam probat, ponit ante oculos: dicitque si id seruatum fuerit, quod præcepit: vel potius obscure significauit, futurum prorsus esse, vt membra similia sint ac paria viæ lubricæ: & in qua facile aliquis ob leuorem quendam cadere aut prolabi possit. ipse ὄλισθον vocat: quod verbum valet viam materiamve aliquam, super qua vix insistere aliquis, atque ingredi sine prolapsione possit. Addidit autem, postquam hæc quasi imagine quadam, rem illustrauit, quod & ipsum aperit formam illam. inquit enim membra illa futura assimilia non penitus versibus, orationique propriæ poetarum: neque contra ei; quæ vacua penitus sit à pedibus, nec speciem aliquam ipsius retineat. Cum verò dixisset, nullo ipsius loco monstrato, Platonem multis in locis suorum sermonum nullius alius rei auxilio nisi numerorum, esse ornatum & excultum, exempla nunc ponit: sumitque illa è III. libro de republica; & ea maxime ipsius parte, qua de arte musica voluptateque, quæ inde capitur, præcipit. cuius modum seruari vult. tres igitur continentis locos ponit. primus eorum est. ἃ δὴ νῦν ἀμφὶς ἐλέγομεν. quibus in verbis animaduertendum est ordinem variatum esse duorum posteriorum monosyllaborum. nam apud nostrum hunc. νῦν δὴ legitur. id autem, quod pręcedit, ἐπ' ἄμφω, Demetrii est, non Platonis. neque enim apud illum vestigium vllum apparet eorum verborum. Significant verò illa (vt opinor) in vtranque partem: verba enim ita constructa, vt coagmentauit illa Plato, venustatem & leporem eximium in se continent. immutata autem & dissipata, vitii, prauæque compositionis exemplum esse possunt. Hoc igitur suspicor valere duo illa verba: nisi aliquis putet abundare ipsa: temereq; huc coniecta esse.

Καὶ πάλιν. Μινυρίζων τε καὶ γεγανωμένος ὑπὸ τῆς ᾠδῆς διατελεῖ τὸν βίον ὅλον. καὶ πάλιν. Τὸ μὲν πρῶτον, εἴ τι θυμοειδὲς εἶχεν, ὥσπερ σίδηρον ἐμάλαξεν.

ἔτι

οὕτω μὲν γὰρ γλαφυροῦ καὶ ᾠδικοῦ σαφῶς: εἰ δ' ἀναστρέψας εἴποις, ἐμάλαξεν ὥσπερ σίδηρον, ἢ διαπλεῖ ὅλον τὸν βίον, ἐξέλοις τοῦ λόγου τὴν χάριν ἐν αὐτῷ ῥυθμῷ οὖσαν: οὐ γὰρ δὴ ἐν τῇ διανοίᾳ, οὐδ' ἐν ταῖς λέξεσιν.

Et rursus. Μινυρίζων τε καὶ γεγανωμένος ὑπὸ τῆς ᾠδῆς διαπλεῖ τὸν βίον ὅλον. Et rursus, Τὸ μὲν πρῶτον, εἴ τι θυμοειδὲς εἶχεν, ὥσπερ σίδηρον ἐμάλαξεν: *sic enim elegans et canorum aperte: si autem euersa compositione illa dixeris,* ἐμάλαξεν ὥσπερ σίδηρον, *vel* διαπλεῖ ὅλον τὸν βίον, *abstuleris ex oratione omnem leporem qui in ipso numero manet: non enim vllo modo in sententia, neque in singulis verbis.*

Secundus hic locus est. quæ verba tamen apud Platonem consequuntur superius exemplum: neque enim ipsum manere puto in solis illis verbis, quæ posita hic à Demetrio sunt, sed etiam in his, quę illic sequuntur. τὰς γλυκείας καὶ μαλακὰς καὶ θρηνώδεις ἁρμονίας. Tertius vero est. qui itidem apud auctorem aptus est è secundo illo: nihilque inter ipsos interiectum est. nisi quod illic prætetea est οὗτος: ita enim membrum hoc incipit apud Platonem. οὗτος τὸ μὲν πρῶτον. tertius inquam locus est: τὸ μὲν πρῶτον, εἴ τι θυμοειδὲς εἶχεν. ὥσπερ σίδηρον ἐμάλαξεν. Positis igitur tribus his exemplis, differit de illis: planamque facit elegantiam huius compositionis, affirmans primum inde existere quiddam concinnum ac politum: quodque similitudinem cantus in se habeat: hoc enim prorsus valet, quod inquit, ᾠδικόν. idque facile auribus percipi, nec obscurum alicui esse posse. deinde magis explanare hoc volens: ostendereque, vnde venustas illa nascatur, dissoluit structuram illam: & ordine tantum verborum immutato, facit ut omnes, qui aures eruditas habeant: vel potius non omnino agrestes: & sensus omnis, qui in ipsis positus est, expertes sunt. fateri debeant, hoc verum esse. inquit igitur. si autem dissoluta, euersaque penitus structura illa, dicas ἐμάλαξεν ὥσπερ σίδηρον, vel διαπλεῖ ὅλον τὸν βίον. eiicis, & exturbas ex oratione leporem illum ac venustatem, quæ sanè in rhythmo est. nullo modo autem in sententia, neque in verbis per se. Animaduertendum hic est. non immutare Demetrium ordinem verborum primi exempli. sed duorum tantum horum consequentium idest secundi, ac tertii, quod fortasse fecit, quia supra illud plenum integrumque non posuit, aut quia illud ita se habere in posterioribus duobus magis apparebat. in tertio igitur dissoluendo (ipsum enim prius aggreditur) quod postremum verbum erat, ante duo, qua ipsum antecedebant, collocauit: in secundo verò ordinem tantum duorum extremorum verborum variat. atque illud, quod vltimum erat, antepenultimum facit. Est hic præterea varietas quædam lectionis in calamo exaratis libris, cum tamen sententia plana sit: quidam enim habent ἀναστρέψας: alii verò vna minus littera, ἀνατρέψας. quod etiam illi infra, vbi hoc nomen repetitur, custodierunt. ἀνατρέψαι ναῦν veteres auctores dicunt aut procellam aliquam, aut imperitum gubernatorem, cum nauim perdere ac fluctibus mergere ostendere volunt. Cicero euertere nauim inquit, idem significans: Eodem igitur pacto ἀνατρέψαι clausulam aliquam vetius dici puto. Vt autem hoc loco immutata inter se hæc verba inueni propter similitudinem nominum, ita etiam apud alios veteres auctores in ipsa eodem pacto variata incidi: peccarunt enim sæpe librarii decepti similitudine harum vocum ac fortasse etiam notionis ipsius, non valde diuersę. nam si quis omnino vellet, defenderet membrum aliquod aptum: constructumque eleganter, dici posse ἀναστρέφεσθαι, cum inuertitur: ordoq; verborum in ipso immutatur. Ἐξίχει etiam (nisi maculæ aliquid hic subest) necesse est valeat eiicis & exturbas: nam si ἐξέλοις legeretur, planius significaretur eximi inde tolliq; eam rem. Cicero, qui in oratore suo, vt idem probaret: omnemque dubitationem tolleret de vi elegantis compositionis, his verbis in ea re tradenda vtitur. Quantum autem sit apte dicere experiri licet, si aut compositi oratoris bene structam collocationem dissoluas permu

tatione

ratione verborum: corrumpitur enim tota res. cumque Demetrius hic dixerit: οὐ γὰρ διὰ τὴν διάνοιαν: οὐδ' ἐν ταῖς λέξεσι. idem illeostendere studens, intra inquit. & eodem sane loco: idest cum iam declarasset corrumpi venustatem illam, & extingui, ordine tantum verborum variato: fractaque compositione illa. Vides ne, vt ordine verborum paulum immutato, iisdem verbis, stante sententia, ad nihilum omnia recidant, cum sint ex aptis dissoluta. Quamuis autem asseueret Demetrius suauitatem manere in compositione ipsa, non in verbis; neque in sententia, non tamen existimare debemus aut sententiam esse illepidam, aut verba iniucunda. loquitur enim de illa venustate, quæ proficiscitur ex apta illa structura, quæ profecto ortum eum habere perspicitur, quia immutata ea re subito perit: cum tamen reliqua illa maneant. nam quin sententiæ illæ Platonis iucundæ sua sponte sint, cum de re suaui loquatur, dubitandum non est. Eodem pacto verba illa in medio exemplo posita, sunt mollia ac tenera. μινυρίζων & γεγανωμένος: aliter enim non conuenirent rei illius commemorationi. Sophocles certe in suauissimo cantu, qui primus est in Oedipo Coloneo, priore horum vtitur, cum rem omnium lepidissimam exponeret: cantum enim lusciniolæ significans inquit. ἔνθα λίγεια μινύρεται θαμίζουσα μάλιστ' ἀηδών. in illis nanque tragœdiarum partibus, solitos poetas eam formam dicendi captare, quæ vndique ornata sit, & referta omni suauitate, planum est. Quin etiam id illic tradit interpres, qui vtitur in ea re tradenda iisdem verbis, quibus paulo supra vsus est Demetrius, cum eandem formam intelligeret. quamuis non velit ille, vt hic noster, ipsam tantum oriri ab apta compositione. inquit igitur. Αὐτοῦ τοῦ Σοφοκλέους ἀπὸ τὸ ἴδιον ἀπαγγέλλοντος χαρακτηρικὸν, τὸ γλαφυρὸν καὶ ᾠδικὸν μέλος.

Καὶ περὶ τῶν μουσικῶν δὲ ὀργάνων πάλιν χαριέντως ἥρμοσεν ὅτε δή φησιν. Λύρα δ' ἤσοι λείπεται κατὰ πόλιν: εἰ γὰρ ἀναστρέψας εἴποις, κατὰ πόλιν λείπεται· μεθαρμοσαμένῳ ποιήσεις ὅμοιον.

Et de musicis vtique instrumentis rursus lepide aptauit verba, vbi scilicet inquit. Λύρα δ' ἤσοι λείπεται κατὰ πόλιν: si nanque euersa coagmentatione illa dixeris, κατὰ πόλιν λείπεται, efficies quiddam simile ei qui longe aliam structuram sequatur.

Indicat alium locum eiusdem accurati scriptoris in eodem libro, ante superiorem illum, vnde itidem exempla capi possint huius compositionis verborum lepidæ: vndeque existant numeri elegantes. est autem vbi ille de musicis instrumentis agit: reque omni diligenter ponderata, tradit quæ vtilia sint, accommodataque illi reipublicæ: & quæ contra inde pelli debeant, vt importuna: & quæ possent valde hominibus, qui illic viuunt nocere, corrumpentia eorum mores ac seueram disciplinam: cum enim multa iam sustulisset, dixit ea, quæ hic ponuntur à nostro hoc auctore, qui sane laudant eam verborum structuram, de Platone inquit, χαριέντως ἥρμοσε: ostendit enim verbum ipsum eam aptam structuram. nam quod addidit illi verbo χαριέντως, declarat hoc ab eo factum esse lepide ac venuste, illamque structuram plenam esse suauitatis atque elegantiæ. Apud Platonem quædam verba interiecta, inculcataq; sunt in medium horum, vt quę personam indicant eius, qui tunc loquitur in eo sermone: & præterea nomen alius instrumenti musici, quod & ipsum supra appellatum non erat, ac recipi debebat: ita enim illic legitur. λύρα δή σοι καὶ ἐγώ, καὶ κιθάρα λείπεται καὶ κατὰ πόλιν χρήσιμα: vt supra autem fecit, ita hic quoque magis explanare rem volens, ac verum esse quod dixerat, docere: proficisci inquam illam voluptatem, quam sentiunt aures, non à sententia: neque à genere verborum, sed à compositione ipsa, immutat ordinem eorum verborum. quo facto affirmat statim corrumpi, extinguique voluptatem illam: molirique id perinde esse affirmat, atq; dissoluere rem illam: bonamq;

eam

eam collocationem frangere, ac dissipare. inquit igitur. Si autem conuerso verborum ordine: tribusque postremis immutatis, dixeris κατὰ πόλιν λοίπτα, efficies idem, quod efficeret ille, qui sedulo rem aliquam eximie constructam dissolueret: hoc enim prorsus valet μεθαρμόσασθαι. idest longe aliam ac diuersam structuram fabricari. Videtur autem hoc verbum vsurpari etiam solitum, cum aliquis sententiam mutabat: repudiabatque id, quod antea captare solitus esset. ita certe Cicero id cepit. qui in epistola quadam ad Atticum inquit. Et si μεθαρμόζομαι in posterum genus hoc personarum: incredibile est quàm ea quidam requirant, idest ex hoc tempore cum sermones conficiam, pro nostris familiaribus, quos prius libenter ornabam, includam in illos personas antiquas,

Τούτῳ δὲ ἐπιφέρει. Καὶ αὖ κατ' ἀγροὺς τοῖς ποιμέσι σύριγξ αὐτῆς εἴη: τῇ γὰρ ἐκτάσει καὶ τῷ μήκει, πάνυ χαριέντως μεμίμηται τρόπον τινὰ ἦχον σύριγγος: ἔσται δὲ δῆλον, εἴ τις μετασυνθεὶς λέγοι καὶ τοῦτο.

Huic autem adiungit. Καὶ αὖ κατ' ἀγροὺς τοῖς ποιμέσι σύριγξ αὐτῆς εἴη: *ex tensione enim & longitudine, valde venuste imitatus est aliquo modo sonum fistulæ: erit autem id planum, si aliquis mutata compositione idem dixerit.*

Ducit alterum exemplum Demetrius eiusdem rei ex eodem loco: qui sanè sequitur superiorem hunc. sunt autem verba pauca, quibus grauissimus ille scriptor narrat, restare adhuc fistulam, qua pastores in ágris saltibusque suis vtantur. quo in exemplo notandum est, non idem verbum esse, quo pastores ipsi vocantur apud vtrunque auctorem. nam nunc apud Platonem legitur νομεῦσι, non, vt citat eum locum Demetrius, ποιμέσι: quæ duo vocabula constant etiam diuersis primis duabus syllabis, vt apparet. Quod autem aliter citat eum locum, fieri potuit, quia in manibus librum non haberet: memoriamq; sequeretur, quę tunc ipsum fefellit, vt aliquando contingit. nisi aliquis putet postea id verbum variatum fuisse apud Platonem, quod non puto. Declarauit autem statim hic noster quomodo peperisset accuratissimus ille scriptor suauitatem illam: induxissetque eo numeros illi tempori aptos: inquit enim. extensione quadam & longitudine valde venuste imitatus est sonum illum fistulæ. Addidit vero. Aliquo modo, quia non omnino voce potuit exprimi sonus ille musici eius instrumenti, sed reddidit tantum illius soni, quantum potuit, atque illic conuenire existimauit. Quod verò supra inquit fugiendam esse longitudinem, vt, contrariam ipsius rem, stabilitatem: hic vero tradit hoc confectum fuisse auxilio ipsius longitudinis, putandum est eum significasse longitudinem quandam, modicam quidem illam ac temperatam, vt tantum discedere ipsam ab illa quasi sessione accipiendum sit. cum autem tale esse, idest concinnum, numerisq; suauibus repletum postremum hoc exemplum immutatione eius facta, non comprobarit, admonet, si quis velit, posse etiam ipsum cognoscere id verum esse illo pacto: affirmat enim id in eo quoq; vsu venturum esse, quod in superioribus, & hoc quoque tanquam experimento quodam rem explanatum iri. quod tamen ipse facere supersedit, quia rationem eius iam docuerat: & in manu cuiuslibet positum erat id moliri.

Περὶ μὲν δὴ τῆς κατὰ σύνθεσιν γλαφυροῦ ἐπιφαινομένου, τοσαῦτα, ὡς ἐν δυσκόλοις. εἴρηται δὲ καὶ περὶ τοῦ χαρακτῆρος τοῦ γλαφυροῦ, ἐν ὅσοις καὶ ὅπως γίνεται. καθάπερ δὲ τῷ μεγαλοπρεπεῖ παράκειτο ὁ ψυχρὸς χαρακτήρ, οὕτω τῷ γλαφυρῷ παράκειταί τις διημαρτημένος. ὀνομάζει δὲ αὐτὸν τῷ κοινῷ ὀνόματι κακόζηλον. γίνεται δ' οὖν καὶ οὗτος ἐν τρισίν, ὥσπερ καὶ οἱ λοιποὶ πάντες.

De eleganti igitur illo, quod eminet ex compositione, tot, ut in re ardua.

Dictum

Dictum autem & de nota eleganti, in quibus manet, & quomodo gignitur. quemadmodum autem magnificæ propinqua erat frigida nota, sic concinnæ propinqua est quædam vitiosa. nominant autem ipsam communi nomine cacozelum. Nascitur vero & ipsa ex tribus, quemadmodum & reliquæ omnes.

1 Se ad finem huius præceptionis peruenisse ostendit, idest docuisse, quomodo gignatur venustas illa ac lepos, qui emicat ex apta structura verborum: hoc enim postremum fecerat: sed quia eodem tempore impletum, absolutumque fuerat, quod dici debebat de nota hac, formaque dicendi concinna & splendida, statim addit se tradidisse cuncta, quæ ad eam facerent: docuisseque & in quibus rebus forma hæc polita manet: & quomodo gignatur: quæque via sit illius efficiendæ. nunc autem aliam notam aggressurus, quam tamen non oporteat sequi, sed vitare ac fugere, antequam aliquid de illa pręcipiat, probare volens crebro mala quædam ac vitia, quæ vmbram quandam virtutum retineant, nos decipere: idque in hoc etiam ipso bono quętendo contingere, & vsu uenire posse, redigit nobis in memoriam id contigisse in forma dicendi magnifica & ampla: fuisse nanque vicinam illi formæ formam quandam corruptam ac deprauatam, quæ vocaretur nota frigida. sic igitur affirmat fieri in hac, de qua disseruit, nota. vt illa scilicet habeat finitimam formam vitiosam: valdeq; remotam à vero atque recto. docet autem ipsam vocari communi nomine: quodq; cunctas prauæ imitationis partes complectatur, variæ nanque sunt ipsius species, κακόζηλον. Quintilianus quoque in VIII. libro de ipsa diligenter pręcepit: cumq; primum Græco hoc ipso nomine illam appellasset, conatus ipsum exprimere, malam affectationem vocauit. Sed etiam Lucianus vitii huius in dicendo mentionem fecit in libello de saltatione. quod enim in oratione contingit: vitiosoque nomine à multitudine κακοζηλία appellatur, idem etiam in ea re vsu uenire affirmat, ut saltatores etiam ipsi mensuram imitationis transeant: & supra quàm opus sit, ac ferri possit, cuncta augeant, & contendant. Affirmat igitur Demetrius uitium hoc manere in tribus rebus, idest in sententia. in verbis. in compositione uerborum: exagitarique merito posse, ut malos affectatores elegantiarum, concinnitatisque in oratione, omnes illos, qui labantur in uno aliquo trium horum modorum. quo enim numero aut uirtutum, aut uitiorum in reliquis notis, formisque dicendi oratores, siue laudem consequantur, siue in culpam incidant: ut illi se in illis tractandis recte aut perperam gerant:

Ἐν διανοίᾳ μὲν, ὡς ὁ εἰπὼν. Κένταυρος ἑαυτὸν ἱππεύων. καὶ ἐπὶ τοῦ βουλομένου ἀλεξάνδρου δρόμον ἀγωνίσασθαι ὀλυμπιάσιν, ἔφη τις οὕτως. Ἀλέξανδρε, δράμε σου τῆς μητρὸς τὸ ὄνομα.

In sententia quidem, quemadmodum qui dixit. Centaurus se ipsum equitans. & cum vellet Alexander in olympico certamine currere, quidam ita dixit. Alexander curre matris nomen.

Quomodo peccetur in sententiis: & qui, dum student esse ornati: splendorique toto animo incumbunt, finem suum non consequuntur, sed inquinant potius orationem, risumque mouent, duobus exemplis ostendit. prius illorum est eius, qui dixit (neque enim nomen posuit auctoris huius uocis.) Centaurus se ipsum equitans. putauit igitur hanc sententiam esse insulsam Demetrius: & è multis, ut huic uitio demonstrando ualde aptam, sumpsit, apparereque in illa existimauit studium eius, qui uellet concinnus esse: nec tamen uiam illius boni consequendi teneret. Interpres Homeri Eustathius recitauit huiuscemodi uocem cuiusdam, qui cum eandem dupli

cem

cem naturam cogitaret, ac concinnus & ipse esse vellet, in eo quod illic notasset exponendo, incidit (vt opinor) in eandem insulsitatem, vel potius magis peccauit quàm ille superior. nam res inhonestas ante oculos aliquo modo adduxit: & illarum fœditatem renouauit. inquit igitur, vt grammaticus ille narrat, qui tamen eam vocem parum scite lepidam, & vrbanam putat. Equus ructat hominem: homoque cacat equum. Alterum exemplum Demetrii est illius (vt supra nanque fecerat, ita hic nomini ipsius parcit) qui dixit. cum Alexander ille magnus, deliberaret cum amicis, an deberet in Olympicis certaminibus contendere cursu cum illis, qui eò cupidi palmæ venissent. Alexander curre nomen matris. illam verò Olympiadam vocatam fuisse notum est: hoc enim quoque ineptum non sine causa prudens hic scriptor putat: profectumque esse à prauo iudicio hominis, qui cum valde vellet, nesciret tamen esse elegans & concinnus. Non sine causa autem suspicari hic posset aliquis, legi potius debere. βουλομένου, quàm δουλευομένου.

Ἐν δὲ ὀνόμασι γίγνοιτ' ἂν οὕτως, οἷον. Ἐγέλα που ῥόδον ἡδύχροον· ἥ τε γὰρ μεταφορὰ ἡ ἐγέλα, πάνυ μετάκειται ἀπρεπῶς. καὶ δὲ σύνθετον, τὸ ἡδύχροον, οὐδ' ἐν ποιήμασι θείη αὐτις ἀκριβῶς σωφρονῶν. ἢ ὥς τις εἶπεν. Ὅτι δὲ γέλως ὑπεσύριζε πίτυς αὔραις. ταδὶ μὲν δὴ τὴν λέξιν οὕτω,

In nominibus autem gigneretur sic, ceu. Risit rosam suauicolorem: translatio nanque illa risit, valde præter id quod decet sumpta est. & illud verbum compositum suauicolorem, ne in poemate quidem aliquis poneret bene sanus. vel vt quidam dixit, quod: Subfistulabat pinus auris. in locutione sane hoc pacto.

Cum docuisset quomodo incidatur in hoc vitium sententiis insulsis, nunc tradit cuius generis vocabula gignant idem malum. primumque hoc pacto inquit ipsum effici, vt si quis dicat, (verba enim ipsius ponam) ἐγέλα που ῥόδον ἡδύχροον id est, vt verbum verbo reddam, ridebat rosam suauicolorem. in illis autem duo reprehendit. & translationem eam ridebat, quam parum verecundam, vel indecoram potius esse dicit. Est autem (nisi fallor) scrupulus in exemplo hoc conformato: neque enim perspicitur, quam rem ridere dicat: cum enim velit id verbum translatum illic esse; idque aperte testetur, planum est non intelligere ipsum verum risum, sed rem, quæ similis illi sit atque ipsum referat: plures autem illę possunt esse, atque hic simulatus risus variis modis gigni potest. Nisi aliquis putet non in illa sola voce manere translationem, sed coniuncta ipsa cum ea, quæ sequitur, rosam: ridere nanque seorsum, proprie rem, cui ostendendę inuentum est, significabat. adiuncta verò illi vox, quæ rosam valet, id verbum è suo domicilio in alienum traducit, in quo sane affirmat Demetrius non esse seruatum quod decet, sed longe ab eo discessum esse. Alterum est quod improbat, verbum illud innctum: concretumque è duabus vocibus. ἡδύχροον. quarum prior iucundum: posterior colorem significat. hoc igitur iunctum verbum nedum locum habeat: probarique possit in soluta oratione, in poemate etiam recte vsurpari non posse asseuerat. dicens ipsum neminem bene sanum illic etiam collocaturum esse, quia nimis affectata compositio illa esset. Alterum exemplum eiusdem vitii, in eadem re manentis, est quod quendam dixisse tradit. nam hoc prolatum fuisse ab aliquo testatur, cum proximi superioris auctorem nullum, sine nomine etiam, non citet: videaturque hoc ipse, culpę illius demostrandæ causa, finxisse. quod declarat etiam id quod addit. non omnino sanum haberi posse eum, qui in poemate etiam ipsum posuerit. si igitur non facile inueniretur, qui in carmine etiam eo vteretur, verisimile est neminem vnquam extitisse tam stultum, qui illud in prosam orationem reciperet. exemplum inquam alterum hoc est. Subfistulabat pinus auris.

hic enim verba ipsius spectanda puto, quia magis in illis apparet id vitium: quin etc te sonus ille, quem dicit à lenioribus ventis excitatum, translato verbo à fistula pastoricia, quam σύριγγα vocant, appellatus sit, dubitari non potest. Quare conatus sum ipsum exprimere. in qua re opus fuit nouare uerbum. & si fistulator ille Ciceronis inde uidetur manasse. Angelus preterea Politianus, cum idem in carmine quodam suo, quod patrio nostro sermone scripsit, ostendere niteretur, & ipse à nomine musici instrumenti formato verbo, idem significauit. in quo fortasse magis peccauit, quia sonus illius grandior est, quàm ut conueniat sibilo, quod edunt pinus: inquit enim. Ne quando e soffia un uentolino ageuole Fra le cime de pini: & quelle trombauo. Theocritus quoq; pene eadem usurpauit, cum eundem susurrum illum significare vellet. Non monstrat autem, vt supra fecit Demetrius, in quibus verbis hic peccatum sit, & tamen perspici potest hæc verba poetica esse: redolentque prorsus illa eam locutionem. qui igitur ita quoque captauit splendorem, inde pulsus est: nec veram viam tenuit. Ad extremum posuit, existimans hanc rem satis explanatam esse: idque ostendere ac testari uolens. hoc pacto gigni κακοζηλίαν, quæ manet in uerbis: uocabulisq; huic uitio gignendo aptis.

Σύνθεσις δὲ ἀναπαιστικὴ, καὶ μάλιστα ἐοικυῖα τοῖς κεκλασμένοις καὶ ἀσήμοις μέτροις, οἷα μάλιστα τὰ Σωτάδεια διὰ τὸ μαλακώτερον. Σκύλας καύματι καὶ λυψον, καὶ Σείων μελίην πηλιάδα δεξιὸν κατ' ὦμον, ἀντὶ τοῦ σείων πηλιάδα μελίην κατὰ δεξιὸν ὦμον: ὅπου γὰρ μεταμεμορφωμένῳ ἔοικεν ὁ στίχος, ὥσπερ οἱ μυθολογούμενοι ἐξ ἀρρένων μεταβάλλειν εἰς θηλείας. τοσάδε μὲν καὶ περὶ κακοζηλίας.

Compositio autem anapæstica: & que maxime similis est fractis & sine vlla dignitate versibus, qualia maxime sunt Sotadea, ut mollia. Σκύλας καύματι καὶ λυψον. & Σείων μελίην πηλιάδα δεξιὸν κατ' ὦμον, pro illo σείων πηλιάδα μελίην κατὰ δεξιὸν ὦμον: versus enim videtur in aliam formam mutatus, vt illi qui feruntur è maribus in feminas conuersi. tot quidem & de praua imitatione.

Tertius hic modus est, quo conflatur idem vitium: cum enim compositionem etiam quandam gignere κακοζηλίαν ostendisset, quę potissimum verborum structura tantum mali creet declarat: ipsamq; esse affirmat, quæ constet numero anapæsto: pluresq; continentes pedes habeat contrarios dactylis. demumque compositionem omnem, quę maxime similis sit versibus fractis, & carentibus honore ac grauitate: neque enim omnino in ipsa, quamuis vitiosa & eneruata, sunt certę mensurę, ut in uersibus, sed tamen similitudinem magnam habet poematis alicuius talis. Vt autem Demetrius vocat metra quædam κεκλασμένα, ita Quintilianus appellauit compositionem fractam, quę imitaretur incessum alicuius fractum, & in cuius moribus spectaretur mollitia & languor. nam vocabulum illud particeps nominis ac uerbi, à κλᾶσθαι, quod ualet frangi, deriuari exploratum est. Verbum hoc ipsum transtulit eodem pacto Hermogenes, cum & ipse disputaret de Homerico versu eneruato à Sotade: tener nanq; ille poeta immutato uerborum ordine longe alios pedes illic repente fabricauit. inquit igitur Hermogenes appellatis pedibus, quos nouos contrariosq; prioribus eò Sotades induxisset. ἀντὶ ἰάλλων τοὺς ὀρθίους. Significare uerò ἄσημον, id, quod spoliatum est dignitate & abiectum, eodem pacto notum est. Cum autem monstrare uellet qualia in primis carmina huiuscemodi forent, usus est exemplo metrorum Sotadis. ille enim delectatus est hoc genere carminis: consilioq; suo ipsum aptum existimauit, quia intelligeret molle esse ac tenerum. quare etiam uersus Homericos mutato uerborum ordine corrupit. & cum apud poetam ipsum grandes illi honestiq; forent, reddidit ipsos

psos humiles & abiectos, sententiis iisdem & uocabulis conseruatis: unde etiam opus confecit Iliadem uocatum, quia, ut suspicari licet, constaret Homericis uersibus, ex illo poemate sumptis. mentionem ipsius fecit Hephęstion in Enchiridio, quo loco ipse quoque posterius hoc exemplum posuit. Sed etiam Hermogenes in primo segmento, cum formam illam amplam plenamque dignitatis traderet, quam uocauit σεμνότητα: ubi enim docet, quę compositio apta sit ei formæ, & qui pedes nullo modo ipsi conueniant, testatur posse etiam intelligi pedes eos, quos ipse indicauit alienos ab ea esse, non esse ullo pacto ipsi gignendę aptos, ex studio illius, qui corrupit uersum Homericum: & hunc ipsum poetę uersum ponit, eiusdemq; deprauationem. quamuis enim Sotadem non appellet, intelligere tamen ipsum hunc poetam, quem etiam, vt mollem & delicatum, appellauit cinædum Martialis, constat. Est autem apud hunc nostrum auctorem molestum, quod cum duobus exemplis vtatur, ob rem magis declarandam, alterum eorum incertum nunc est: neque enim prius, vt posterius ille explanat; curæve aliquid suscipit in ipso aperiendo. & præterea non sine causa suspectum illud esse potest, ne mendum contineat: cum enim tribus verbis constet, primum eorum non eodem pacto legitur in omnibus scriptis libris: quidam enim valde antiquus habet σκήλιον. Sed non tantum obest fini nostro notio illius vocis, parum comperta: omnisque demum sententia valde obscura, quantum ignoratio rei ipsius: nescitur enim an hoc quoque de industria corruptum sit: siue primo à poeta illo ipso ita conformatum fuerit. nam quin hoc quoque Sotadis exemplum sit, non videtur posse dubitari, si recte supra pro σώματα, quod cuncti libri habebant, σπάδια emendatum olim à me fuit. Explicans autem consilium Sotadis Demetrius: & quod factum esset ab eo testificans, inquit. Hic versus aliquo modo formam mutauit: sustinuitq; in se μεταμόρφωσιν, quam vocant: simile nanq; quiddam ipsi contigit illi, quod fabulæ ferunt non nullis contigisse, qui è maribus feminæ facti sint vt Cæneus. potest igitur hoc etiam simili plane cognosci quanta vis sit coagmentationis verborum, & in quam culpam incidant qui male: contraque ac fieri oporteret, atque illi loco conueniat, verba in oratione componunt.

Ἐπὶ δὲ τοῦ ἰσχνοῦ χαρακτῆρος, ἔχοιμεν ἂν καὶ πράγματα ἴσως τινὰ μικρὰ καὶ τῷ χαρακτῆρι πρόσφορα. οἷον, τὸ παρὰ Λυσίᾳ· Οἰκίδιόν ἐστι μοι διπλοῦν, ἴσα ἔχον τὰ ἄνω τοῖς κάτω. τὴν δὲ λέξιν εἶναι πᾶσαν χρὴ κυρίαν καὶ συνήθη: μικρότερον γὰρ τὸ συνηθέστερον πάντων: τὸ δὲ ἀσύνηθες καὶ μετενηνεγμένον, μεγαλοπρεπές.

De tenui nota, haberemus & res quasdam fortasse pusillas & formæ huic accommodatas. vt, quod apud Lysiam est. Οἰκίδιόν ἐστι μοι διπλοῦν, ἴσα ἔχον τὰ ἄνω τοῖς κάτω. Verba autem omnia propria esse debent, & ex consuetudine: quod enim non discedit à consuetudine, est omnibus tenuius: quod vero extra consuetudinem est & translatum, idem magnificum.

Tradit nunc tenuem notam, duabus iam explicatis, quę vocatur ita ob similitudinem corporis, in quo gracilitas est. tenuis igitur nota formaque appellata & ipsa est: nec non exilis. primum igitur docet inueniri res quasdam, quæ pusillæ sunt, & valde conueniunt huic generi dicendi. atque ipsum valde adiuuant, ad quas scilicet ipsum admouendum est. Probare vero hoc volens, & cuiusmodi ipsæ sint declarare, vtitur exemplo Lysiæ, qui initio illius orationis, qua defendit Eratosthenem, vocatum in iudicium, quod adulterum vxoris domi suę necasset, facit illum, tenuem hominem atque vnum ex multitudine, humilem casam suam describere, quam etiam imminuto nomine οἰκίδιον vocauit, quasi domunculam: non facile autem inueniretur exemplum rei tam minutæ in aliqua oratione narratæ, & quod magis id, quod auctor de-

clarare vult, poneret ante oculos. Statim autem post exemplum Demetrius præcipit, quod genus orationis eu adhiberi debeat, vt vere nota hæc tenuis formulaque fingatur: ipsamque omnem constare debere dicit vocabulis propriis rerum, & quibus frequenter consuetudo vtatur. cuius rei, posterioris inquam, rationem etiam reddidit: affirmat enim id, quod est in communi consuetudine esse omnibus aliis tenuius, ac minutius: vt contra genus verborum à consuetudine remotorum translatorumq;, amplum quiddam in se habere ac magnificum testatur.

Καὶ μηδὲ διπλᾶ ὀνόματα τιθέναι· τοῦ γὰρ ἐναντίου χαρακτῆρος καὶ ταῦτα. μηδὲ μὴν πεποιημένα· μηδ' ὅσα ἄλλα μεγαλοπρέπειαν ποιεῖ. μάλιστα δὲ σαφῆ χρὴ τὴν λέξιν εἶναι· τὸ δὲ σαφὲς ἐν πλείοσι.

Et neque duplicia nomina ponere: contrariæ nanque notæ & hæc sunt. Neque etiam facta: neque quæcunque alia magnificentiam pariunt. in primis autem planam oportet esse locutionem. planum autem in pluribus.

Admonet præterea ne in ea forma vsurpentur nomina duplicia, iunctaque, cuius etiam rei causam eandem aliquo modo adfert: vt enim illa, quæ dixit, ita hæc contrariæ huic notæ idonea esse affirmat. Ita verò se rem habere percipitur etiam auctoritate Demosthenis, qui in nobili illa oratione pro Ctesiphonte, cum rem augere vellet: excitareque animos auditorum ad indignitatem illius consilii spectandam, exiguo in spatio plura iuncta nomina & illa quidem illustria, ac sonantia captauit. Τίς χρεία νέμος τοσαύτης ἀδικίας καὶ μισαδελφίας μεστός, ὥστε τὴν δόξαν τὴν ἰδίαν, καὶ ποιήσειε τὰ πράγματα φιλαλέξανδρον καὶ φιλόδωρον & quæ sequuntur. Addit præterea Phalereus locum illic non esse vocabulis factis: demumque omnia illa fugienda esse, quæ amplitudinem gignunt. Animaduertendum autem, cum Cicero etiam hanc formam tenuem describat, accurateque doceat, quę in eà fingenda sint, & sane ostendat eadem oportere declinari, videri tamen ipsum concedere, vt qui eam sequitur propius accedat ad hos ornatus, quàm Demetrius: tantumque rectum esse putat, vt ipsis modice ac temperanter vtatur, cum hic noster velit, vt subtilis ille penitus se ab ipsis abstineat. Verba Ciceronis hæc sunt. Ergo ille tenuis orator, modo sit elegans, nec in faciendis verbis erit audax, & in transferendis verecundus & parcus: & in priscis, reliquisque ornamentis & verborum & sententiarum demissior. nam quod ad translationes facit, magis ipsum ei indulgere: putareque minore periculo numerum aliquem etiam ipsarum tenuem oratorem vsurpare posse apertum est. inquit enim. Translatione fortasse crebrior, qua frequentissime sermo omnis utitur, non modo vrbanorum, sed etiam rusticorum. Sequitur apud Demetrium. Requiri in primis in hac nota dicendi, ut oratio plana apertaque sit: & ne aliquis labi in hoc possit, cum hoc pluribus rebus effici dixisset, explicat ordine, quæ sint illa, quę apertam dilucidamque orationem reddunt.

Πρῶτα μὲν ἐν τοῖς κυρίοις· ἔπειτα ἐν τοῖς συνδεδεμένοις. τὸ δὲ ἀσύνδετον καὶ διαλελυμένον ὅλον, ἀσαφὲς πᾶν· ἄδηλος γὰρ ἡ ἑκάστου κώλου ἀρχὴ διὰ τὴν λύσιν, ὥσπερ τὰ Ἡρακλείτου· καὶ γὰρ ταῦτα σκοτεινὰ ποιεῖ τὸ πλεῖστον ἡ λύσις.

Primum quidem in proprijs: deinde in copulatis. quod autem caret coniunctionibus et dissolutum est totum, obscurum omne est: incerta enim singulorum membrorum principia propter dissolutionem, quemadmodum Heracliti scripta: etenim hæc tenebricosa efficit magna ex parte dissolutio.

Primum

Primum propria suaque rerum vocabula vim hanc habere Demetrius inquit, deinde manere idem in coniunctionibus loco positis, iunctisq; singulis sententiis. Dissentiunt autem hac in parte inter se libri calamo exarati: quidam enim eorum habent ἐν τοῖς συνδέσμοις: quidam vero ἐν τοῖς συνθέτοις. nec tamen (vt apparet) sententia quicquam variatur. Cum verò iam affirmasset multum ualere ad efficiendam orationem dilucidam, membra orationis iuncta esse suis copulis, ostendit contrarium huius rei efficere rem contrariam, ac quidquid in oratione est vacuum à coniunctionibus, dissolutumque, necessario esse totum obscurum: carereque eo bono. Ἀσύνδετον, quo verbo auctor vsus est, valet locum apud oratorem, aut apud poetam, vnde absint coniunctiones. vsurpant passim magistri dicendi, grammaticique in ea re ostendenda Græcum hoc verbum, sed tamen ipsum culpa librariorum sæpe deprauatum est: ac pro ἀσύνδετον, perperam ἀσύνθετον scriptum inuenitur, vt apud Donatum interpretem Terentii non ineruditum, & alios etiam non nullos: neque enim possunt vllo pacto vocari loci illi ἀσύνθετοι. sine dubio enim illic quoque compositio verborum est: sed compositio dura, quam amauit Hippocrates in sententiis suis edendis: & quæ est accommodata studio histrionum. Idem mendum etiam est apud Iulium Rufinianum in libello, quem scripsit de luminibus & verborum & sententiarum, quæ Græci vocant σχήματα: vbi enim ipsam hanc figuram tradit, ita legitur. Asyntheton est vel dialyton, cum oratio nulla coniunctione connexa, velut soluta sententiæ regulam seruat. asyndeton enim sine dubio legi illic debet: ceteraque, vt ego scripsi. Cur autem hoc illic eueniat, vt vbi hæc dissolutio est, illic etiam obscuritas, confusioque quædam sit, docet Demetrius his verbis. Incertum enim vniuscuiusque membri principium est propter dissolutionem. idest qui legit sæpe hæret: secumque statuere non potest verbum ne aliquod initium sit consequentis membri, an finis antecedentis: inferiorique, an superiori sententiæ adplicari debeat. quare hoc gignit in animo ipsius confusionem non paruam. Cum huius vitii orationis exemplum monstrare vellet, dixit Heracliti, illius Ephesii, scripta huiuscemodi esse. cuius etiam exemplo in eadem re ante oculos ponenda, vsus prius fuerat Aristoteles in tertio libro de arte dicendi, qui tamen contentus non fuit tradidisse scripta illius vix posse notis distingui ea de causa, sed præterea certum quendam locum indicauit: principiumque statim libri malum id in se habere significauit. Cum igitur communiter tantum id testatus esset Demetrius, addidit illa ipsa Heracliti scripta, quæ sane vulgo, vnoq; omnium animo, credebantur esse obscura, plenaque tenebrarum, effici obscura magna ex parte ab hac ipsa dissolutione. Sed etiam Theon sophistes eodem recurrit, cum & ipse accurate doceret, quę sint fugienda ab eo qui plane velit dicere: cum enim de amphibolia illa dissereret, quæ fit cum partes orationis, significantes aliquid, dubium incertumque habent eum, qui legit, quia non facile secum statuere potest quibus adplicari debeant: idque iam probasset duobus exemplis Homeri, addidit, proficisci ab illa ipsa amphibolia, vt scripta Heracliti philosophi obscura tenebrarumq; plena sint: cum vsus ipsa fuerit sine modo vllo, siue ex industria, siue ignoratione illius mali, quod gigneret. Sed cur non alterum eorum exemplorum, quibus vsus magister ille dicendi est, huc transfero? præsertim cum à nostro hoc nullum habeamus: nam Heracliti monimenta vetustate interierunt, huiuscemodi igitur ipse dicit esse sententiam huius Homerici versus. οἱ δὲ καὶ ἀχνύμενοί περ ἐπ' αὐτῷ ἡδὺ γέλασσαν: cum enim Græci qui adstabant vidissent importunum hominem Thersitem ab Vlysse percussum, affirmat illos quamuis tristes ob eam rem suauiter risisse: neque enim planum est tristes ne fuerint, quia vidissent illum cædi, quod tamen falsum est: siue quia vellent naues deduci: καθελκῆ enim prorsus illic legi debet: non, vt est in excusis, καθελκῇ. omnis igitur hæc sententiæ ambiguitas proficiscitur ab illis verbis ἐπ' αὐτῷ: &, vt ego reddidi, ob eam rem: adplicentur ne superiori parti, an inferiori. Alterum exemplum est huic simile: quod tamen inde, siquis voluerit, petet.

Ἐναγώνιος μὲν οὖν ἴσως μᾶλλον ἡ διαλελυμένη λέξις: ἡ δ' αὐτὴ καὶ ὑποκριτικὴ καλεῖται: κινεῖ γὰρ ὑπόκρισιν ἡ λύσις: γραφικὴ δὲ λέξις, ἡ εὐανάγνωστος.

αὕτη δὲ ἐστὶν ἡ συνηρτημένη καὶ οἷον ἠσφαλισμένη τοῖς συνδέσμοις. διὰ τοῦτο δὲ καὶ μένανδρον ὑποκρίνονται, λελυμένον ἐν τοῖς πλείστοις: φιλήμονα δὲ ἀναγινώσκουσιν.

Apta igitur fortaſſe magis contentionibus diſſoluta locutio: eadem autem & histrionica vocatur: excitat enim actionem diſſolutio. locutio vero idonea ſcriptionibus eſt, quæ facile legi poteſt. hæc autem eſt quæ connexa eſt & tanquam munita coniunctionibus. & hanc ob cauſam vtique in Menandro actorum opera vtuntur, qui eſt in multis partibus diſſolutus: Philemonem autem legunt.

Poſtquam quid incommodi pareret hæc diſſolutio demouſtrauit(qua de re, vt valde aduerſa planæ orationi ac dilucidæ, primum diſſerebat) intelligens non eſſe ſemper eam repudiandam: nec ab nmni tempnre nrainris alienam, adiungit videri ſanè ipſam aptam contentionibus, & cum quaſi cnmminus puguant inter ſe in foro oratores, tunc vſurpati debere. Addit etiam diſſolutam hanc nrationem vocari hypocriticam, quia diſſolutio hæc excitat actionem, & quaſi anſam dat actoribus, vt ſtudium ſuum exerceant, & impellit denique ipſns, vt motu corporis adiuuent eas ſententias. Vt etiam magis redderet locum illum Ariſtotelis, quem dixi(nam voluiſſe Demetrium ipſum exprimere affirmare anſim)diſputat etiam de locutinne idonea ſcriptis: quaque vti debent illi, qui aliquid monimentis litterarnm mandant: illa vero ea de cauſa γραφικὴ vocatur: inquitq; eam eſſe, quæ nnllo labore legitur: nec moram unquam afferi lectori, cuiuſmodi eſſe affirmat eam, quæ aptas iuter ſe partes ſnas habet, & quaſi munita, ab omniq: prolapſinne libera eſt npera auxilioque copularum. Οἷον autem ἠσφαλισμένη inquit, quia cum verbo tranſlato vſus eſſet: res enim aliqua ſolida, corpuſque, proprie dicitur ſuſtineri: & ab omni caſu tutum reddi, uoluit ita & ipſe qnaſi fulcite eam tranſlationem: ideoque addidit οἷον, quæ particula id præſtat. Oſtendit etiam vnde factum ſit, ut uulgo tunc Menandri fabnlas recitarent: operaque actorum in illo vterentur, cum vellent penitus lepores ipſius ſuauitateſque haurire: id enim fieri tradit, quia poeta ille in bona magnaque parte ſuarum comœdiatum diſſolutus eſt: Philemonem, itidem comicum, legerent. cumqne ipſius fabulas in manns cepiſſent, nihil amplius deſiderarent: exiſtimare enim debemus, quod iutelligere licet, Philemonem fugiſſe diſſolutionem: ſingulaſque partes orationis poſitis lòco coniunctionibus, uinxiſſe.

Ὅτι δὲ ὑποκριτικὸν ἡ λύσις παράδειγμα κείσθω τόδε. Ἐδεξάμην, ἔτικτον, ἐκτρέφω φίλε: οὕτως γὰρ λελυμένον ἀναγκάσει καὶ τὸν μὴ θέλοντα ὑποκρίνεσθαι διὰ τὴν λύσιν. εἰ δὲ συνδήσας εἴποις, ἐδεξάμην καὶ ἔτικτον καὶ ἐκτρέφω, πολλὴν ἀπάθειαν τοῖς συνδέσμοις συμβαλεῖς: πᾶν δὲ τὸ ἀπαθὲς ἀνυπόκριτον.

Quod vero accommodata res eſt actori diſſolutio, exemplo hoc intelligitur. Ἐδεξάμην, ἔτικτον, ἐκτρέφω φίλε: *ſic enim diſſolutum coget eum etiam qui nolit actu adiuuare propter diſſolutionem. Si vero colligata oratione illa dixeris.* Ἐδεξάμην καὶ ἔτικτον καὶ ἐκτρέφω, *multam vacuitatem affectuum vi earum copularum eo conijcies: omne autem quod eſt vacuum ab affectibus, eſt remotum ab actione.*

Vt omnem scrupulum ex animo eorum, qui legunt euelleret, exemplo etiam aliquo voluit probare verum esse quod dixerat. quare senarium posuit, vnde manifesto absunt coniunctiones, quæ duæ illic requirebantur, si debuit iuncta connexaque oratio illa esse: poeta incertus nunc est, qui versiculum eum fecit: verisimile tamen est Menandri esse, cum ipsum paulo supra delectatum valde fuisse hac dissolutione testatus sit. sententia eorum verborum aperta est: uidetur enim pronuntiatus fuisse à matre quadam, quę narrat viro alicui, se infantem illum, de quo sermo inter eos erat, concepisse, & peperisse, & tunc alere. arbitror enim δέχεσθαι hic ualere in uterum semen, vnde ille natus est, recepisse, non manibus cepisse puerum, vt sequatur ordinem totius illius rei: primum enim concipitur filius. deinde paritur, postea alitur. explanat autem exemplum ipsum auctor accurate: inquit enim, cum totum illud dissolutum inconnexumque sit, eam vim habere, vt cogat nolentem etiam quempiam gestu corporis sensum adiuuare, quin edat ea verba: nec posse aliter facere ipsum, quin in singulis verbis insistat, & diuersum motum corporis adhibeat, vocemque variet. Exempla huius locutionis vacuæ à coniunctionibus: eaque de causa vehementioris: & in qua tractanda pæne actor fiat orator, sunt crebra apud oratores. quin illud certe Ciceronis de L. Catilina pronuntiatum eiusdem generis sit: valdeque simile huic loco Græci poetę, dubitandum non est. Abiit, excessit, euasit, erupit. vt itidem alterum hoc de Octauiano puero, quod non singulis verbis constat: & si incisum est, & multis modis ad excitandos animos remque augendam factum. Multa memini. multa audiui. multa legi. infinitaque alia huiuscemodi, quæ vix possunt sine motu corporis vocisque magna mutatione edi. A contrario noster magis se posse id declarare cognoscens, hoc etiam facit, verbisque illis positis cum suis coniunctionibus: vinctisque eo pacto illis sententiis, affirmat eiici inde omnem affectum aduentu earum copularum: reddique omnem eam narrationem sedatam ac tranquillam, quæ antea vehementer perturbata, agitataque erat. vnde statim affirmat. quidquid in oratione est vacuum à motu animi, esse alienum remotumq; valde à studio histrionum.

Ἔστι δὲ καὶ ἄλλα θεωρήματα ὑποκριτικὰ, οἷον καὶ ὁ παρὰ τῷ εὐριπίδει ἴων, ὁ τόξα ἁρπάζων, καὶ τῷ κύκνῳ ἀπειλῶν τῷ ὄρνιθι, ἀποπατοῦντι κατὰ τῶν ἀγαλμάτων: καὶ γὰρ κινήσεις πολλὰς παρέχει τῷ ὑποκριτῇ ὁ ἐπὶ τὰ τόξα δρόμος, καὶ ἡ πρὸς τὸν ἀέρα ἀνάβλεψις τοῦ προσώπου διαλεγομένου τῷ κύκνῳ, καὶ ἡ λοιπὴ πᾶσα διαμόρφωσις πρὸς τὸν ὑποκριτὴν πεποιημένη. ἀλλ' οὐ περὶ ὑποκρίσεως ἡμῖν νῦν ὁ λόγος.

Sunt autem & alia animaduersiones histrionibus apta, veluti & Ion apud Euripidem, qui arcum arripit, & cygno minatur aui, stercore inquinanti simulachra deorum: etenim motus multos præbet histrioni cursus ad arcum, & vultus elatio ad cælum personæ loquentis cum cygno, & reliqua omnis conformatio, ficta ad ornandum histrionem. verum non est nobis nunc propositum de studio histrionum agere.

Illo, quod probare voluit, accurate declarato, cum vnum iam quoddam mirifice aptum histrionibus docuisset, adiungit inueniri alia etiam documenta, quæ orment studium illud: adiuuentque magnopere finem eorum actorum: quale esse inquit quoddam, quod diligenter expressum est in Euripidis tragœdia, quæ vocatur Ion: adolescens enim hic, qui ei fabulę nomen dedit, ex Apolline, Creusaque, Erechthei regis Athenarum filia, natus, Delphis viuebat: eratque ęditurus fani illius, in quo pater ipsius responsa dabat. cum igitur mane ingressus in templum, ipsum verrisset, visis auibus, quæ à Parnasso monte, vbi dormierant, eo conuolabant, metuens ne inqui-

narent sedes illas sacras, abigit illas: minaturque, nisi abierint, se sagittis ipsas confossurum. primum autem dirigit oculos in aquilam, ostenditq; quid mali impendeat ipsi, si insederit illic; statimque addit cygnum aduentare, conuersaque ad ipsum oratione sua, metu iniecto studet ipsi persuadere, vt alio se conferat: quod nisi fecerit, significat quid ipsi quoque periculi immineat, demumque eodem pacto narrat se animatum esse aduersus omnes eas aues, si perrexerint sacro illi tecto aliquid maculæ importare. quod quamuis non libenter multis de causis facturus sit, affirmat tamen necessitate coactum, ne muneri suo desit, se prorsus facturum. Huiuscemodi est sententia Ionis illius loci. Quam occasionem illic habeat histrio artem suam explicandi, accurate docet Demetrius. cum enim ipsa maneat in gestu, motuque corporis, inquit multos motus præbere actori cursum illum ad arcum arripiendum, & vultus ipsius conuersionem ad cælum, loquentis cum cygno: et, vt adiungit, reliquam omnem conformationem, quam etiam tradit à poeta de industria fuisse expressam, vt inseruiret histrioni. Animaduertendum autem nihil tangi illic à poeta de cursu Ionis ad arcum: neq; apparere ipsum corpus mouisse, locumve mutasse, vt arcum caperet. quemadmodum etiam non intelligitur ipsum manu tunc arcum tenuisse, & tamen adulescentem eum ira graui commotum hoc fecisse probabile est. antea nanque in diuerso ministerio versabatur: & longe alia instrumenta manu gestabat. nam illæ minæ sine dubio maiores fuissent, si ipsum tenuisset: personæque illius habitus, vt spectatori quoq; satisfieret, id prorsus requirebat. Apud Euripidem perperam nunc in omnibus excusis & scriptis, quos vidi libris, pro κύκνος legitur κύκλος: & sanè aliis etiam non paucis in locis non mala hæc fabula contaminata est. quod ego animaduerti qui diligenter ipsam legi, ac studio etiam hoc meo non pauca ipsius vulnera curaui: nam quibusdam locis plures etiam integri versus in excusis defecerant. Cum vero Demetrius non nihil præcepisset de munere histrionum: intelligeretque alia multa restare, quæ studium illud ornent, quod ipsi propositum tunc non erat facere, id significare voluit in extremo. quare inquit non suscepimus hanc curam, vt subtiliter disseramus de arte actorum. quæ tamen edidit, non importuna, neque iniucunda fuere.

Φευγέτω δὲ ἡ σαφὴς γραφὴ καὶ τὰς ἀμφιβολίας: σχήματι δὲ χρήσθω τῇ ἐπαναλήψει καλουμένῃ.

Fugiat autem plana scriptio & ambiguitates: figura autem vtatur ea, quæ vocatur epanalepsis.

Cum ostendisset non nulla, quæ sequi nos oporteat, si volumus esse in scribendo aperti, admonet nunc vt vitemus, si studemus eidem orationi planæ atque apertæ, ambiguitates: certum enim est, nisi ipsas tanquam scopulum aliquem declinauerimus, nos non posse consequi id bonum, quod optamus: hoc enim in primis corrumpit ipsum, atque eò caliginem multam comportat. non docet autem ipse quid in oratione ἀμφιβολία sit: erat enim hoc satis notum: quidquid enim ancipitem sensum gignit in oratione: rapitq; animum eius, qui audit, in diuersas partes, hoc nomine vocatur: parsque est ambiguitatis. quod fit & singulis verbis (quæ tamen suum quoddam ac certum vocabulum habet) & frequentius non satis distincta compositione ipsorum. Auxilio autem huius ambiguæ orationis solitos esse olim vates imponere illis, qui quid futurum de aliqua re esset, scire cuperent, exploratum est. multæ igitur ipsius partes erant. quibus omnibus commune erat, quod cunctę tenebras quasdam & obscuritatem creabant. Dialecticorum vero nomen hoc erat, & ipsi in primis accurate de ratione hac omni subtiliterque quærere soliti erant. Sed etiam magistri dicendi quæstionem hanc attigerunt, cum in foro etiam aliquando controuersiæ non nullę inde nascantur. Quintilianus sane non inerudite de ambiguo disputauit, qui locus notus est. Sed etiam Theon sophistes cum doceret quę uitare deberet ille, qui

nollet

nollet esse io dicendo obscorus, coottaque planam & apertam orationem sequeretur. Addit autem, vt remedium huic malo adhibeatur: pellaturque ex oratiooe obscuritas, oportere etiam uti forma illa, quæ io senteotia manens, vocatur à magistris dicendi ἐπανάληψις. metuens enim aliquando orator: scriptorque omnis ne, quia multa in medium inculcauit, antequam sententiam absoluerit, ea res caliginis aliquid obduxerit illi, qui audiuit, repetit verbum aliquod, quod à se initio positum sit illius sententiæ, atque ita retrahit eum ad caput, facitque vt quod statim noster hic addit, reuertatur ad principium ipsum, vnde sane totum aptum est ac pendet.

Ἐπανάληψις δέ ἐστι συνδέσμου ἐπιφορὰ τοῦ αὐτοῦ, ἐν τοῖς διὰ μακροῦ ἐπιφερομένοις λόγοις. οἷον. Ὅσα μὲν ἔπραξε Φίλιππος, καὶ ὡς τὴν Θρᾴκην κατεστρέψατο, καὶ χερρόνησον εἷλε, καὶ Βυζάντιον ἐπολιόρκησεν, καὶ Ἀμφίπολιν οὐκ ἀπέδωκε, ταῦτα μὲν παραλείψω: σχεδὸν γὰρ ὁ μὲν σύνδεσμος ἐπενεχθεὶς, ἀνέμνησεν ἡμᾶς τῆς προθέσεως, καὶ ἀποκατέστησεν ἐπὶ τὴν ἀρχήν.

Epanalepsis autem est eiusdem copulæ inlatio, in illis partibus orationis, quæ post longum spatium inferuntur. ceu, Ὅσα μὲν ἔπραξε Φίλιππος, καὶ ὡς τὴν Θρᾴκην κατεστρέψατο, καὶ χερρόνησον εἷλε, καὶ Βυζάντιον ἐπολιόρκησεν, καὶ ἀμφίπολιν οὐκ ἀπέδωκε, ταῦτα μὲν παραλείψω: ferme enim copula μὲν inlata redegit nobis in memoriam quod propositum fuerat, & reduxit nos ad principium.

Explanat nunc Demetrios quid intelligat hoc oomine, quo sanè significatur quippiam iterari: rursusque tanquam capi. siue illud voum verbum sit, siue plura, quod iteratur. inquit igitur. Epanalepsis est eiusdem copulæ inlatio in iis, quæ post longom spaoum inferuntur. vtitur autem exemplo oratoris, qui cum in oratione soa antequam sententiam implesset, plura loca & oppida appellasset: & quemadmodom Philippus illa tractasset, singillaim ostendisset (de illius enim iniuriis loquebatur) ad extremum iterauit coniunctionem illam particulamque μὲν, quam initio posuerat: in quo manet forma hæc ipsa, & quod studium ipsius potuit vindicare à culpa eum locum. Seoteotia sane horum verborum mirifice coogruit vitæ & actionibus Demosthenis, qui vehementer semper oppugoauit regem eum Macedooom. noo recordor tamen me io ea apud ipsum iocidisse. Sed alii quoque illius ætate Attici oratores sectam eam secuti sunt, ac pessimum Philippi animum io remp. Atheniensium ciuibus sois in contiooibus patefecerunt. Quamuis autem coniuoctionis iteratæ aoxilio hoc fieri dixisset: in exemploque sanè hoc coniunctio repetita sit, non tamen existimandum est hoc copulatum tantum vi fieri, idest paroum illarum orationis, quæ proprie illo nomioe nuocupantur. nam quidquid vincit, & coniungit orationem, arbitror hic ab ipso σύνδεσμον vocatom esse. quo pacto etiam Aristoteles perspicitur id verbum cepisse in III. libro de arte dicendi. Post exemplum positum staom Demetrius ipsum explicat, & artificium oratoris laudat, qui egregie effecerit, quod cooatus est. inqoit enim. Copula illa μὲν, quę in extremo collocata est, & vna ea de causa eo inuecta, taoquam redegit nobis io memoriam quod propositum fuerat & qoasi retraxit oos eo, & vode iam discesseramus reuocauit. Cicero pro A. Licinio vsus est hac forma, cum ab eo quod proposuerat aliquantum discessisset: agebat aotem de facultate illius poetæ. ómens tamen ne oratio ea parum apta ei loco existimaretur, purgare prius se voluit. inquit igitur. Quoties ego huoc Archiam uidi iudices: utar enim vestra benignitate, quouiam me io hoc nouo geoere dicendi tam diligenter attenditis, quoties ego hooc vidi, cum litteram scripsisset oullam, & qoę sequuntur. & io L. Pisonem his verbis. Mecum eoim tum L. Flaccus, vir tua legatione indignissimus: at-

que

que iis consiliis, quibus mecum in consulatu meo coniunctus fuit ad conseruandam remp. dignior, mecum fuit. Ambo verò hi loci Ciceronis, duabus figuris tanquam luminibus quibusdam illustrati sunt, & hac ipsa, quam ostendi: & ea, quæ à Græcis παρέκβασις vocata est: neque tamen, quamuis ambæ valeant ad ornandam orationem, omnino idem efficiunt. hæc enim, de qua nunc præcepit Demetrius, vtilis est pellendis tenebris ex aliquo loco: illa vero potius obscurat, cum digrediatur ab eo, quod primo propositum fuerat. quare videtur aliquo modo ἐπανάληψις, iteratioque illa, medicinam facere illi malo, quod genuit παρένθεσις, inculcatioque nouę sententiæ.

Σαφηνείας δὲ ἕνεκα καὶ διλογητέον πολλάκις: ἥδιον γάρ πως τὸ συντομώτερον, ἢ σαφέστερον: ὡς γὰρ οἱ παρατρέχοντες παρορῶνται ἐνίοτε, οὕτω καὶ ἡ λέξις παρακούεται διὰ τὸ τάχος.

Ut dictio vero sit plana, opus est etiam bis idem dicere: iucundius enim est aliquo modo quod concisius est, quàm apertius: vt enim qui prætercurrunt aliquando non cernuntur, sic & locutio non auditur propter celeritatem.

Aptum aliquo modo est hoc è vicino præcepto: cum enim ostendisset oportere nos aliquando vti ἐπαναλήψει, idest ponere aliquid, quod copulet, quę dici debent, cum illis, quæ multo supra dicta sunt, nunc hortatur nos, vt audeamus etiam idem iterare, quod manifesto multo plus est quàm in memoriam redigere. tradit igitur, vt idem obtineatur: oratioque reddatur plana, non esse etiam cunctandum sæpe numero vti διλογίᾳ: idest iterare verbum aliquod supra prolatum, vel potius totam rem: hoc enim videtur auctor significare voluisse, cum inquit διλογητέον: infra nanque, vbi de euidentia præcipit in aliis, quę perspicuitatem illam pariunt, posuit διλογίας. vbi exemplo ipso perspicitur quomodo capiat hoc nomen. grammatici quoq; in declarandis locis quibusdam & tragicorum & comicorum poetarum ostendunt hoc aut illud poetam fecisse, ne incideret in διλογίαν: idemq;, quod vitiosum foret, diuersis locis narraret: hoc enim valet apud ipsos tunc διλογία: iteratioque illa est totius alicuius facti, non eiusdem solùm verbi. eodem igitur ipsi nomine eandem prorsus rem intelligunt: quamuis fortasse non eodem pacto tractatam, cum hoc laudetur à nostro hoc illud vero reprehendatur. ab oratoribus enim hęc διλογία videtur modice ac temperate tractari debere. nam illud si prorsus fieret, iterumque tota res accurate exponeretur, non leue peccatum foret. Vnde Theon etiam quo loco sedulo præcipit de oratione plana: σαφηνείᾳq; hac ipsa, admonet diligentér vt hoc vitetur, affirmans id non minus atque alia non nulla quę vim eandem habent, valere ad confusionem gignendam in animis eorum qui audiunt. cum vero hoc ostenderet nominibus vsus est distinctis, non iuncto, vt non videatur dubitari posse de sensu ipsius præceptoque: inquit enim ἔστι τὸ καὶ τὸ δὶς τὰ αὐτὰ λέγειν. & quæ sequuntur. Cum igitur ambo ij, de eadem re præcipientes, aliter sentire de ipsa videantur, ac contrarium penitus nobis suadere, videndum est quomodo probari possint inter se non dissidere. & ego sane arbitror si in illa modus adhibeatur, posse inde capi id boni quod in illa est, sine incommodo vllo. vtrunque vero copnouisse se rem non omnino certam & exploratam tradere, perspicitur, quia ambo diligenter rationem reddiderunt sui consilii. nam quod facit ad nomen ipsum, quo noster hic vsus est, est præterea διλογία hæc diuersa ab iteratione illa vnius aut plurium verborum, quæ παλιλλογία, siue ἀναδιπλασιασμὸς appellatur: illic enim iterantur verba, ita vt nihil interiectum sit inter ipsa, aut breue aliquid pusillumque nomen: hæc vero iteratio diiunctior est: verbaque eadem longiore spatio remota sunt. Sed etiam longe aliud consilium est eorum, qui illa vtuntur: nec enim incumbunt illi σαφηνείᾳ: finemque eum habent efficere orationem apertam, sed vehementem & acrem: factamque ad excitandos commouendosque eos, qui audiunt. Asconius præterea in II. libro in Verrem ostendit tertiam quandam notionem existere hu

 ius

ius verbi: cum enim locum, in quo Cicero in Q. Metellum iocatus est: improbum que ipsius facinus tetigit, interpretaretur (manebat autem dictum in duplici significatu huius nominis prerogatiua) inquit. Dilogia dicitur figura, cum ambiguum dictum duas res significat. quod statim accurate docet in eo verbo contigisse. Sed his rebus nunc relictis, cum Demetrius tradidisset ἀλληγορίαν illam suam multum valere ad orationem claram efficiendam, addidit. Suauius enim quodam modo est, quod concisius est, quàm apertius, quibus verbis significauit, non accusare se omnino orationem breuem: nec eripere ipsi suum bonum, dotemq;, qua prędita est, sed tamen quem admodum concedat sæpe illam suauiorem esse, magisq; gratam auribus, quàm si prolixa fuerit, ita prorsus negare eam accommodatam esse ei, qui in dicendo apertus esse velit: si nanque diligenter attendatur, potius illam dici posse sæpe suauem quàm planam. Vt autem hoc verum esse facilius probaret, simili vsus est: ac cui periculo incommodoque exposita breuis oratio sit, auxilio illius ponere ante oculos voluit. Vt enim inquit qui prætercurrunt, sæpe numero non aspiciuntur, falluntque oculos nostros, ita oratio hęc fugit aures propter celeritatem: nec percipitur sensus eorum verborum.

Φεύγειν δὲ καὶ τὰς πλαγιότητας: καὶ γὰρ τοῦτο ἀσαφές· ὥσπερ ἡ φιλίστου λέξις.

Fugere autem oportet & dicendi formas, quæ casibus obliquis constant: etenim hoc obscurum. cuiusmodi est Philisti locutio.

Re, quam comprobare volebat, simili declarata, indicat aliud, quod & ipsum idem malum gigneret, nisi sedulo declinatum foret: hoc autem est multitudo casuum obliquorum in oratione frequentata, quod ipse πλαγιότητα vocat. admonet igitur. vt si quis studeat huic laudi: apertusque in dicendo esse velit, fugiat obliquos casus: vel potius hoc tanquam scopulum aliquem vitet, quia id facere valet ad obscuritatem gignendam: estque magnupere affine illi vitio. illiusmodi autem fuisse dicit locutionem, quam amauit Philistus Syracusanus: quamq; in historiis, quas scripsit, ille secutus est. Huius Philisti meminit Cicero & in II. libro de oratore. & in epistola quadam ad Q. fratrem; in qua etiam, cum quid sentiret de ipsius scriptis ostenderet, breuem ipsum fuisse affirmauit. Quintilianus etiam dignum ipsum qui è turba eximeretur putauit. quare de ipsius virtutibus ac vitiis diligenter disseruit. cum autem ipsi videatur claritatem orationis tribuere. quod si fecisset aperte dissensisset à nostro hoc auctore, non simpliciter eum talem fuisse narrat, sed Thucydide aliquatenus lucidiorem.

Συντομώτερον δὲ παράδειγμα πλαγίας λέξεως, καὶ διὰ τοῦτο ἀσαφοῦς, τὸ παρὰ ξενοφῶντι, οἷον Καὶ ὅτι τριήρεις ἤκουε περιπλεούσας ἀπ᾽ ἰωνίας εἰς κιλικίαν, τάμων ἔχοντα τὰς λακεδαιμονίων καὶ αὐτοῦ κύρου: τοῦτο γὰρ ἐξ εὐθείας μὲν ὧδέ πως λέγοιτο. τριήρεις προσεδοκῶντο ἐς κιλικίαν: πολλαὶ μὲν λάκωναι, πολλαὶ δὲ περσίδες, κύρῳ ναυπηγηθεῖσαι ἐπ᾽ αὐτῷ τούτῳ. ἔπλεον δ᾽ ἀπ᾽ ἰωνίας: ναύαρχος δ᾽ αὐτοῖς ἐπεστάτει τάμως αἰγύπτιος. μακρότερον μὲν οὕτως ἐγένετο ἴσως, σαφέστερον δέ.

Concisius autem exemplum obliquæ locutionis, & hac de causa obscuræ, est illud apud Xenophontem, ceu quod τριήρεις ἤκουε περιπλεούσας ἀπ᾽ ἰωνίας εἰς κιλικίαν, τάμων ἔχοντα τὰς λακεδαιμονίων καὶ αὐτοῦ κύρου: *hoc enim rectis casibus prolatum diceretur hoc pacto.* Τριήρεις προσεδοκῶντο ἐς κιλικίαν: πολλαὶ μὲν λάκωναι, πολλαὶ δὲ περσίδες, κύρῳ ναυπηγηθεῖσαι ἐπ᾽ αὐτῷ τούτῳ.

ἔπλεον

ἔπλεον δ' ἀπ' ἰωνίας: ναύαρχος δ' αὐτοῖς ἐπιστάτει τάμως αἰγύπτιος ; *longius quidem fortasse sic extitisset, sed planius.*

Cum ostendisset Demetrius, cuius auctoris scripta laborarent hoc vitio, refertaq; forent hoc genere locutionis constante casibus obliquis, oportere existimauit exemplum ponere eiusdem rei, quod facilius intelligi cognoscique posset: illud enim erat prolixum & arduum, euoluere libros Philisti: atque illic indagare, quæ potissimum partes insigne aliquid huiuscemodi haberent. quare aliò se contulit, & certum quendam locum apud Xenophontem monstrauit. Hoc puto significare voluisse Demetrium illo verbo, quod adiunxit, συντομώτερον. nam prius etiam illud exemplum aliquo modo erat, sed nullo modo breue paratumq;, sed, vt docui, prolixum & quod toto quasi corpore illius scriptoris fusum foret. Inquit igitur exemplum breuius locutionis obliquę: & ea de causa minime planę, esse illud Xenophontis in primo libro Anabaseos, quo loco narrat, quæ res fecissent, vt Syennesis relinqueret summas partes montium, quas pręsidiis antea firmauerat: altera enim illarum erat, quæ verbis illis exponitur; quibus vsus est Demetrius, vt indicaret, vnde dixit, nasci caliginem eam & obscuritatem. Cum autem certo teneatur casus obliquos, qui illic sunt, effecisse locum obscuriorem, videtur eò etiam aliquid caliginis comportatum fuisse. quia cum de triremibus loqueretur, cursuque earum, subito transiit ad præfectum ipsarum: docuitque, nouo principio facto: atque illo sane obscure, in quas præfectus, quem appellat imperium haberet, quod si dixisset, vt ceperat, quæ triremes, quem trierarchum habuissent, & non contrà, à quo illæ ductæ fuissent, minus (nisi fallor) obscurus locus extitisset. Quin tamen, ambas has narrationes exorsum auctorem fuisse accusandi casu secum ferat multum tenebrarum, dubitandum non est: nullo enim modo ratio hæc apta est apertę lucidæque rei alicuius expositioni. Cum autem quomodo id planius narrari potuerit ostendisset: casusque eos obliquos in rectos immutasset, quid à se factum esset intelligens, atque ipsemet testari volens, inquit. Longius quidem sic fortasse extitisset, verum tamen apertius: neque enim aliter mederi potuit illi malo, nisi aliquantum extendisset id, quod contractum affine fuit illi culpæ.

Καὶ ὅλως τῇ φυσικῇ τάξει τῶν ὀνομάτων χρηστέον. ὡς τό. Ἐπίδαμνός ἐστι πόλις ἐν δεξιᾷ εἰσπλέοντι εἰς τὸν ἰόνιον κόλπον. πρῶτον μὲν γὰρ ὠνόμασται τὸ περὶ οὗ; δεύτερον δὲ, ὅ τοῦτ' ἐστιν, ὅτι πόλις, καὶ τὰ ἄλλα ἐφεξῆς.

Et demum naturali ordine nominum vtendum. cuiusmodi est illud, Ἐπίδαμνός ἐστι πόλις ἐν δεξιᾷ εἰσπλέοντι εἰς τὸν ἰόνιον κόλπον : *primum enim appellatum est de quo: secundum autem, quod hoc est, quod oppidum, & alia deinceps.*

Cum fugiendos esse casus obliquos ostendisset, vt vno verbo omne, quod pertinet ad id pręceptum, complecteretur, adiungit Demetrius, vt virtus hæc orationis paretur, oportere demum custodire naturalem ordinem rerum, quas significant in verbis collocandis. nam qui relictis rectis casibus, vsurpat obliquos, & ipse aliquo modo discedit à natura ipsa, quę voluit ut plana & facili via omnia exponerentur. Vtitur autem exemplo Thucydidis, vt id aperiat, qui in primo libro historiarum, cum Epidamni situm describeret, quod oppidum postea Dirrhachium vocatum est, eo vsus est. Statim autem explicat exemplum ipsum: docetque id à Thucydide illic factum esse, quod vtile huic rei est: quodque nos imitari debere existimat. inquit igitur. Primum enim appellatum est de quo: ita autem vocat nomen, quod naturam eam valet, remq; de qua sermo est, additque, Deinde declaratum quid hoc est, esse inquam id oppidum, & non flumen, aut montem, & ne minute nimis omnia persequatur, affirmat

firmat

firmat eandem vim habere, custodireq; eundem ordinem, quæ deinceps posita sunt. Virgilius quoque in fama describenda naturalem ordinem secutus est: statimque & ipse aperuit quid nam illa foret. inquit enim. Fama malum, quo non aliud velocius vllum. & quæ sequuntur.

Γένοιτο μὲν οὖν ἂν καὶ τὸ ἔμπαλιν, ὡς τό. Ἐστι πόλις Ἐφύρη: οὐ γὰρ πάντη ταύτην δοκιμάζομεν τὴν τάξιν, οὐδὲ τὴν ἑτέραν ἀποδοκιμάζομεν, καθὰ ἐκτιθέμεθα μόνον τὸ φυσικὸν εἶδος τῆς τάξεως.

Posset quidem igitur & contra fieri, vt illud est. Ἐστι πόλις Ἐφύρη: *non enim penitus hunc probamus ordinem, neque alterum improbamus, vt exposuimus solum naturalem formam ordinis.*

Cum sequi nos oportere naturam diligens magister docuisset: antea nanque res ipsæ naturæque sunt, quàm quæ ipsis contingunt: hęrentq; aliquo modo illis: hę nanque consequuntur, posterioresque sunt, diligenter attendens locos quosdam optimorum auctorum, qui cum id aliquando neglexerint, non tamen ea de causa obscuri fuere, hoc etiam admonere voluit. faceturque normam hanc fallacem esse: aliquandoque idem bonum à contrario ordine verborum obtineri. Homeri vero illustrem locum documento huic rei esse posse declarat, qui fecit Glaucum cum Diomede ita loqui. ἔστι πόλις Ἐφύρη μυχῷ Ἄργεος ἱπποβότοιο. & quæ sequuntur: ipse enim prius posuit quid illud esset, quàm ipsum esse docuisset: Ephyra nanque prius appellari debuit, postea quod illo nomine vocaretur oppidum esse, non mulierem, aliam ue ullam rem, quæ vocabulo illo ostenderetur, significari debuit: Homerus tamen contra eo tempore fecit. Virgilius ipsum imitatus est in Carthaginis situ monstrando: amauitq; eo tempore minime naturalem ordinem, cum dixerit. Vrbs antiqua fuit Tyrij tenuere coloni Carthago. Cicero quoque alijs locis vtrunque intelligitur præstitisse: cum enim in Verrem inquit. C. Heius est Mamertinus, omnib. rebus in illa ciuitate ornatissimus, naturalem ordinem probauit: cum verò in III. in eundem ait. Oppidum est in Hellesponto Lampsacum iudices, in primis Asiæ prouinciæ clarum & nobile, Homeri locum eum imitatus est. Eadem ratio est illius è VI. Cybiratæ sunt fratres quidam Tlepolemus & Hiero. antea nanque nomina eorum poni debuere, si quis naturam exprimere voluisset. Post exemplum igitur positum Homeri, quasi mutato consilio, inquit. Non enim omnino probamus hunc ordinem: neque alium improbamus, quibus in verbis animaduertendum est, cum ταύτην inquit, non intelligere ipsum seriem pręposteram, quamuis vicina foret, sed remotiorem & quam primo laudauit. ἑτέρας vero cum dixit, significasse illum, quę loco propinquior esset. nam Cicero quoque aliquando ita cepit, quæ respondent his Latina nomina: nec non Gręca Aristoteles, ut a me olim adnotatum est. quare quod sequitur. Sicut exposuimus solum naturalem formam ordinis, coniungi debet cum priore illo, quod dixit se probare.

Ἐν δὲ τοῖς διηγήμασιν, ἤτοι ἀπὸ τῆς ὀρθῆς ἀρκτέον. Ἐπίδαμνος ἐστι πόλις. ἢ ἀπὸ τῆς αἰτιατικῆς, ὡς τό. Λέγεται Ἐπίδαμνον τὴν πόλιν. αἱ δὲ ἄλλαι πτώσεις ἀσάφειαν τινα παρέξουσι καὶ βάσανον, τῷ τε λέγοντι αὐτῷ καὶ τῷ ἀκούοντι.

In narrationibus autem, siue à recto casu incipiendum. Ἐπίδαμνος ἐστι πόλις. *siue ab accusandi, cuiusmodi est hoc.* Λέγεται Ἐπίδαμνον τὴν πόλιν. *Alij autem casus obscuritatem præbebunt & pœnam, & ipsi qui dicit, & ei qui audit.*

Præcipit

Pręcipit nunc de certa parte orationum, ideſt narratione: docetque in ea ordienda, quos caſus nominum ſequi debeamos, & quos fugere: cum enim eam in primis hoc bono ornatam eſſe oporteat, omnia ſunt ſedulo captanda, quæ dilucidam eam efficiunt: declinandaque, quę obſcuram. caſus autem varii nominum variare eam hoc pacto & immutare poſſunt, quare non eſt hoc temere tractandum. Inquit igitur in narrando incipi oportere, ſiue à recto caſu, ſiue ab accuſandi. Prioris animaduerſionis exemplum ponit locum illum Thucydidis, quem paulo ſupra indicauit, vt ab auctore tractatus eſt. poſterioris eundem, quod ad hanc partem pertinet, immutatum. exempla etiam, quæ poſita ſupra à me ſunt Ciceronis, huc transferri poſſunt. ſunt enim illæ omnes narrationes, ſiue hominem monſtrent: ſiue oppidum. ipſaque itidem nullo negotio ita conformantur, ſicut fecit Demetrius de Thucydideo illo, vt ſint exempla narrationis, quæ vtatur accuſandi caſu. cum omnibus vt apud auctorem ſunt, in eo conueniat, quod à recto caſu incipiunt. Cum vtilitatem duorum horum caſuum oſtendiſſet, aliorum omnium, ideſt obliquorum, vitium teſtatur: affirmat enim ipſos gignere obſcuritatem, & eodem tempore moleſtiam afferre & oratori ipſi, & ei qui audit, & tanquam torquere ipſos. adeo dura & ſalebrarum plena eſt ea oratio: ſunt autem inſtar tormenti cuiuſdam caſus illi: nec minorem pœnam animo, qui cito planeque percipere cupit, pariunt, quam tormenta corpori.

Πειρᾶσθαι δὲ μὴ εἰς μῆκος ἐκτείνειν τὰς περιαγωγάς. Ὁ γὰρ Ἀχελῶος ῥέων ἐκ Πίνδου ὄρους, ἄνωθεν μὲν παρὰ Στράτον πόλιν, ἐπὶ θάλασσαν διέξεισιν, ἀλλ' αὐτόθεν ἀπολήγειν καὶ ἀναπαύειν τὸν ἀκούοντα οὕτως: ὁ γὰρ Ἀχελῶος ῥεῖ μὲν ἐκ Πίνδου ὄρους, ἔξεισι δὲ εἰς θάλασσαν: πολὺ γὰρ οὕτω σαφέστερον.

Conandum autem eſt non in longitudinem porrigere circumſcriptiones. Ὁ γὰρ Ἀχελῶος ῥέων ἐκ Πίνδου ὄρους, ἄνωθεν μὲν παρὰ Στράτον πόλιν, ἐπὶ θάλασσαν διέξεισιν. *ſed ſua ſponte deſinere & pati vt requieſcat auditor hoc pacto:* Ὁ γὰρ Ἀχελῶος ῥεῖ μὲν ἐκ Πίνδου ὄρους, ἔξεισι δὲ εἰς θάλασσαν: *multo enim ſic planius.*

In eadem parte orationis expolienda & abſtergenda ab omni caligine, admonet Demetrius ne in longitudinem porrigantur comprehenſiones, ſed enitendum eſſe affirmat, ut contra fiat: breueſque ſint ambitus ipſi verborum. Exemplo vero ſumpto ab eodem ſcriptore, ponit ante oculos vitium prolixarum illarum comprehenſionum: & quæ antea non terminentur, quàm ſententia tota impleta abſolutaque fuerit. In II. enim libro, cum Acheloi fluuii curſum deſcriberet, obſcurus valde fuit ea de cauſa Thucydides, nec tamen hic noſter integrum eum locum ponit: multa enim reliquit, quæ illic oſtendunt nomina gentium per quarum fines ille tranſit, tantum inde ſumpſit, quæ neceſſaria videbantur: atque id quia locus ipſe, vbi manebant, clarus & illuſtris erat, vt neminem facile falleret. inquit igitur ſtatim. Sed oportet comprehenſiones ſuum terminum habere: deſinereque, vbi ratio ipſarum hoc poſtulet: hoc enim videtur valere quod inquit, μήκιστον ἀπολήγειν. addit autem. Et facultatem dare auditori, vt requieſcat, quod totum fore prorſus docet, ſi idem hoc pacto expoſitum fuerit. paucis autem verbis concludit omnes ſententias: rationemq; tradit, qua reliquum ab ea culpa reuocare poſſimus, illa vero eſt, ſi participia ipſa vocata à grammaticis, in ſua verba retracta fuerint, atque ita demum vt ipſe docet, ſcriptum. apud auctorem eſt ambobus locis pro tertia perſona verbi. ῥέων & διέξεισι, Aliter verò conformato eo loco, addit ſtatim: Hoc enim pacto multo apertius erat.

Ὥσπερ οὖν αἱ πολλὰ σημεῖα ἔχουσαι ὁδοὶ καὶ πολλὰς ἀναπαύλας: ἡγεμόσι γὰρ τὰ σημεῖα ἔοικεν: ἡ δὲ ἀσήμαντος καὶ μονοειδὴς, κἂν μικρὰ ᾖ, ἄδηλος δοκεῖ.

δοκεῖ. περὶ μὲν δὴ σαφηνείας τοσαῦτα, ὡς ὀλίγα ἐκ πολλῶν, καὶ μάλιστα ἐν τοῖς ἰσχνοῖς αὐτῇ λόγοις χρήσιμον.

Quemadmodum quæ multa signa habent viæ & multas requietes: ducibus enim signa similia videntur: quæ vero via sine signis erit eademq́ fuerit sui similis, & si parua fuerit, incerta videtur. De oratione quidem plana hæc, vt pauca è multis, & maxime in tenui ipsa oratione vtendum est.

Vt res certior sit, simili vtitur Demetrius valde apto ad rem illustrandam: in oratione enim, quæ crebro insistat, idem euenturum tradit, quod euenit in via itinere ve aliquo, quod habet multas notas, multasq́ne requietes ac caupouas: quæ notę scilicet viatori moustrent, quantum progressus fuerit: hoc enim commodi capitur ex notis viarum, loco positis: inuitentque eum ad corpus à labore reficiendum, quod præstār, quas appellauit ἀναπαύλας. Quid vero boni in se habeant signa illa viarum testatus est, dicens ipsa ducibus similia esse. ἡγεμόνας autem à Græcis: ducesque a Latinis vocatos esse moustratores itiueris notum est. vnde illud à Virgilio dictum fuit. Dux ego vester eram. Malum etiam quod esset viarum, quæ carent his notis, significare volens, inquit. Via sine his signis & quæ nulla re distinguitur, & si parua est, incerta esse videtur. idem igitur contingere in oratione simili, parique illi existimandum est. Plutarchus in vita C. Gracchi horum signorum, in publicis vijs positorum mentionem fecit: affirmat enim ipsum, cum omnem viam metitus esset, colnmellas è lapide sigua fixisse illic, vbi siugula passuum milia confecta essent, quam mensuram etiam tradit nou multo minorem esse stadijs octo. Idem ferè à Polybio in. iij. libro historiarum commemoratum est, qui & ipse dixit Romanorum belli ducum studio viam à Roma Rhodanum vsque eodem pacto notatam fuisse. Cum vero ea, quæ pręcipere voluit ad orationem planam reddendam accuratus scriptor iam edidisset, testari in extremo hoc voluit: addiditque illa fuisse pauca è multis: neque enim omnia effudit, neque hęc scriptio requirebat tam accuratam eius rei pręceptionem: adiunxit etiam, quo maxime in loco ipsa magnum fructum ferre posset, ac pęnè necessaria illic foret; ille autem oratio omnis tenuis atque exilis.

Φεύγειν δὲ ἐν τῇ συνθέσει τοῦ χαρακτῆρος τούτου, πρῶτον μὲν τὰ μήκη τῶν κώλων: μεγαλοπρεπὲς γὰρ πᾶν μῆκος. ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἡρωικῶν μέτρων τὸ ἑξάμετρον ἡρωικὸν, ὃ καλεῖται ἀπὸ μεγέθους, καὶ πρέπον ἥρωσιν: ἡ κωμῳδία δὲ συνέσταλται εἰς τὸ τρίμετρον ἡ νέα.

Fugere autem in compositione formæ huius oportet, primum quidem longitudines membrorum: magnificum enim quiddam est omnis longitudo, quemadmodum & in heroicis metris hexametrum heroicum, quod vocatur propter magnitudinem, & quod conuenit heroibus. comœdia autem contracta est in trimetrum noua.

Redit nunc, explicatis ijs, quę ad σαφήνειαν faciebant, ad alia præcipienda apta eidem formæ tenui: pertinent autem ad compositionem ipsam verborum, vt ipse quoque ostendit, qui in compositione, id quod pręcipit seruandum dicit. iubet igitur nos in ea fugere membrorum longitudinem, cuius rei statim causam affert. Magnifica.n. est inquit omnis longitudo. non potest igitur illa conuenire vllo pacto notæ huic humili. Verum autem esse quod inquit de amplitudine, quam secum fert longitudo omni in re, probare volens, tanquam simili quodam vtitur. inquit enim. Sicut vide-

mus fieri in heroicis metris. hexametrum nanq; vocatur heroicum propter magnitudinem, decetq; idem personam heroum: ipsorumque factis canendis accommodatum est. cõtra autem comœdia, noua scilicet, in trimetrum contracta est: versumq; eum sibi valde aptum esse sensit. Cum autem nouę comœdiæ meminerit, intelligit eam, quam coluerunt Menander, Apollodorus, Philemon, alijque. nam Menandrum ætate illa floruisse intelligimus etiam indicio Laërtij, qui in vita Demetrij huius nostri narrat, cum ille offendit apud populum Atheniensem conuersis iam rebus, Menandrum comicum in iudicium vocatum: parumq; afuisse ne causam diceret nulla alia de causa, nisi quia Demetrij familiaris erat: liberasse tamen eum illo periculo Telesphorũ Demetrij cognatum: hoc autem admonere mihi placuit, quia è genere altero comœdiarum, quæ veteres vocabantur, non nullæ nouæ itidem appellabantur. quæ tamen in hoc ipso de quo agit hic auctor, à priscis, prioribusve illis non discrepabant, sed nouę vocabantur, si conferrentur cum primis illis, quæ illius generis primis temporibus eius poematis fieri solebant. hę vero, quæ postea nouæ vocatæ sunt, quamuis & ipsæ ita dictæ fuissent, vt distinguerentur ab illis, longe aliam tamen formam, & argutiorem coagmentationem rerum continebant. videndum autem an nonnullis quoque distingui solitæ illę essent, cum quæ leuiter declinarunt à priscis καιναὶ vocarentur: hæ verò quæ magis inde discesserunt, nec materiam colerent plenam maledictorum, in viuos etiam sępe coniectorum, sed lepidam potius, & ad risum mouendum aptam, sine illa acri insectatione vitiorum, νέαι dicerentur. ita certe videtur Aristoteles in IIII. libro de moribus ad Nicomachum locutus, cum inquit. ἴδοι δ' ἄν τις καὶ ἐκ τῶν κωμῳδιῶν τῶν παλαιῶν καὶ τῶν καινῶν; arbitror enim superius illud genus comœdiæ ipsum eo loco intellexisse.

Τὰ πολλὰ οὖν κώλοις τριμέτροις χρησόμεθα, καὶ ἐνίοτε κόμμασιν. ὥσπερ ὁ μὲν Πλάτων φησί. Κατέβην χθὲς εἰς τὸν πειραιᾶ μετὰ γλαύκωνος: πυκναὶ γὰρ αἱ ἀναπαῦλαι καὶ ἀποθέσεις. αἰσχίνης δὲ, Ἐκαθήμεθα μὲν ἐπὶ τῶν θάκων ἐν λυκείῳ, οὗ οἱ ἀθλοθέται τὸν ἀγῶνα διατιθέασιν.

Plerunque igitur membris trimetris vtemur, & aliquando incisis. quemadmodum Plato quidem inquit. Κατέβην χθὲς εἰς τὸν πειραιᾶ μετὰ γλαύκωνος: *crebræ enim requietes & alleuationes. Aeschines autem inquit.* Ἐκαθήμεθα μὲν ἐπὶ τῶν θάκων ἐν λυκείῳ, οὗ οἱ ἀθλοθέται τὸν ἀγῶνα διατιθέασιν.

Cum ostendisset. quem versum frequentaret noua comœdia, quam illa sibi mensuram carminum aptam iudicauit, eandem membrorum longitudinem vtilem esse in hac nota tenui tradit. hortatur igitur, vt plerunque membris trimetris oratores vtantur, & aliquando etiam incisis, idest minoribus aliquanto, & quæ non impleant iustam mensuram membrorum, qua de causa illa eo pacto vocata fuerunt. citat autem testem huius legitimæ mensuræ orationis Platonem, qui libros de rep. illo genere auspicatus sit, quod principium pulcherrimi operis temere tractatum non fuisse, docebat etiam archetypum ipsum, vt memoriæ prodiderunt & Græci, & Latini auctores. Post verba verò illa, consilium accuratissimi scriptoris explicans, Demetrius inquit. Crebrę enim requietes & depositiones, valet sanè hoc loco posterius verbum termini, finesq;, sed (vt opinor) translatum ipsum est ab illis, qui iter aliquò faciunt, onus aliquod gestantes: ipsi nanque cum grauantur, defatigatique sunt & viæ labore & pondere consistunt, ipsumque deponunt. Hephæstion etiam in Enchiridio de metrorum apothesi disseruit: vocariqne passim excursiones ipsorum ἀποθέσεις affirmauit. addit autem exemplo Platonis, Æschinis, Socratici scilicet illius, testimonium, qui eandem mensuram membrorum illo loco, quem monstrat, secutus est. Vt suspicari autem licet, erat & hoc initium sermonis alicuius ipsius: sententia eorum verbo

rum

rum aperta est. Sedebamus enim (inquit) super sedibus in Lyceo, vbi athlothetæ certamen instituunt. apparet igitur membra hæc breuia esse, quare non sine causa dicuntur esse incisa & quasi decurtata.

Ἐχέτω δὲ καὶ ἕδραν ἀσφαλῆ τῶν κώλων τὰ τέλη καὶ βάσιν, ὡς τὰ εἰρημένα· αἱ γὰρ κατὰ τὰ τελευταῖα ἐκτάσεις μεγαλοπρεπεῖς, ὡς τὰ Θουκυδίδου. Ἀχελῶος ποταμὸς ῥέων ἐκ Πίνδου ὄρους. καὶ τὰ ἑξῆς.

Habeant autem & sedem firmam extremæ partes membrorum, & basin: vt sunt illa quæ dicta sunt: productiones enim in postremis partibus magnificæ, cuiusmodi sunt illa Thucydidis. Ἀχελῶος ποταμὸς ῥέων ἐκ Πίνδου ὄρους: & quæ sequuntur.

Cum quæ longitudo membrorum requireretur in forma exili hac docuisset, ostendit nunc cuiusmodi debeat esse exitus eorundem: extremumq; in quo ipsa insistant. tradit igitur ipsorum fines postulare sedem stabilem, & tanquam basin quandam, quæ concuti non possit: cuius generis fuisse affirmat, quę posita supra sunt. Basin, translato huc verbo a studio fabrorum, ędificijsq;, quid appellarit planum est. Cicero cum idem significaret in oratore suo crepidinem nominauit: quod & ipsum Gręcum verbum ab eadem arte acceptum est. neque tamen illic ille intelligit solum ac terminum stabilem vnius membri, sed longioris sententiæ: varijsque modis tractatæ, conclusionem, quæ periodo contineretur. inquit igitur de loco quodam è sua oratione pro M. Scauro. Deinde omnia tanquam crepidine quadam, comprehensione longiore sustinentur. Quam autem id, quod decet non seruaretur, si aliter fieret, docet Demetrius, ostendens quid à contrario existat hoc pacto. In extremis enim partibus membrorum adhibitæ porrectiones magnificę sunt. cuius rei documento esse posse affirmat terminationes membrorum, quas amauit Thucydides. vtitur autem eodem exemplo, quo supra vsus fuerat, cum alterum, quod ab eadem hac forma alienum est, illi probatum fuisse significaret: quo etiam in loco vsurpauit verbum, vnde conformatum est illud, quo hic appellauit has porrectiones, id est ἐκτείνειν.

Φευκτέον οὖν καὶ τὰς τῶν μακρῶν στοιχείων συμπλήξεις ἐν τῷ χαρακτῆρι τούτῳ, καὶ τῶν διφθόγγων· ὀγκηρὸν γὰρ πᾶσα ἔκτασις. καὶ εἴπου, βραχέα συγκρουστέον βραχέσιν, ὡς. πάντα μὲν τὰ νέα καλά ἐστιν. ἢ βραχέα μακροῖς· ὡς Ἥλιος. ἢ ἄλλως γέ πως διὰ βραχέος. καὶ ὅλως ἐμφαίνεσθαι δεῖ καταφρόνητον τὸν τοιοῦτον τρόπον τῆς λέξεως, καὶ ἰδιωτικόν, καὶ αὐτὰ ταῦτα πεποιημένον.

Fugiendi igitur sunt et longorum elementorum concursus in forma hac, & diphthongorum: tumidum enim est omnis productio. & sicubi, breuia cum breuibus concurrere oportet, vt. Πάντα μὲν τὰ νέα καλά ἐστιν. vel breuia cum longis, vt ἥλιος, aut alia quapiam ratione per breuem literam, & demum intelligi esse abiectum hunc modum locutionis, & vulgarem, & hac ipsa factum.

Cum ostendisset productiones, quas vocauit ἐκτάσεις, in extremis partibus membrorum esse amplas, & ea de causa inimicas huic formæ: intelligeretq; concursus litterarum vocalium longarum esse quasdam ἐκτάσεις, docet oportere etiam in ipsa vitare concursus illarum litterarum vt diphthongarum etiam, idest earum, quę dupli-

cem sonum habent:mixtumque ex sono duorum elementorum, cuius præcepti rationem eam reddit, quam significaui. Inflatum enim inquit, tumidumque est omnis porrectio, ἐκτάσεις ipse inquit: vtitur enim eodem verbo, quo supra vsus fuerat: effici autem id, gignique, quod hoc nomine significatur, concursibus illis, quas dixit, nullo negotio intelligimus: producitur enim valde tempus concursu illo duarum productarum litterarum. vt etiam earum, quæ conflatæ sunt è duabus. ὀγκηρὸν id valere, quod dixi, apertum est: ὄγκος enim significat tumor, & quasi moles quædam, sed ad mores etiam transfertur id verbum: ita enim ipsum vsurpauit Aristoteles in iiij. libro de moribus ad Nicomachum, quo loco docuit qui finis esset eorum, qui sua bona in colloquijs, omnique oratione extenuant: indeque, quod dissimulatione vtuntur, vocati sunt εἴρωνες: tradit nanque id ipsos facere, quia fugiant elationem animi: nolintque vllo pacto videri ventosi homines. inquit enim. οὐ γὰρ κέρδους ἕνεκα δοκοῦσι λέγειν, ἀλλὰ φεύγοντες τὸ ὀγκηρόν. Cum autem concursus certos quosdam valde alienos esse ab hac forma docuisset, ostendit nunc qui concursus ferri in ea possint, si tamen rari fuerint & infrequentes: nam crebrum vsum etiam illorum probari non posse videtur significasse, cum inquit. Et si vllo in loco, breuia cum breuibus coniungendum est. vtitur autem nunc alio verbo in eadem re significanda, quę sanè commode ambobus ostenditur, & nunc σύμπληξις: nunc σύγκρουσις vocatur, fit vero manifesto id in eo exemplo, quod ponit: cum enim concursus illic fiat in extremo, & quę præcedit, & quę consequitur littera breuis est. Vnde acceptum exemplum hoc sit, dicere non possum. sententia eorum verborum aperta est: affirmauit enim qui id protulit, omnes res cum vigent, nouellæque sint pulchras esse, quamuis sua vi non paucæ ipsarum carere eo bono existimentur. quod etiam arripuit virgo quædam non incallide, cum se matri purgaret, accusanti ipsam, quod consuetudinem stupri habuisset, cum deformi adolescente. dixerat enim illa ignosci ei aliquo modo potuisse, si formosi alicuius iuuenis amori operam dedisset. Respondit igitur ipsa, murem etiam ea ętate, turpem in primis bestiolam formosum esse: liceat enim mihi sententię non illepidæ explicandæ causa aliquantulum à proposito digressum fuisse, præsertim cum minutæ res hæ de quibus hic agitur, insuaues sint; fastidiique non parum gignant. Sequitur autem. Vel breues cum longis, coniungere scilicet oportet, vt in eo vocabulo testatur fieri, quo sol à Græcis poetis plerunque appellatur: de qua voce, vna littera aucta, supra disputatum est: præcedit enim illic longa littera, consequitur verò breuis. Vel demum inquit ita opus esse id tractari, vt in eo concursu omnino sit altera littera correpta. Relicta autem hac parte, in vniuersum præcipit nihil oportere tractari in hac tenui nota, quod aut illustre sit, aut elaboratum: contra enim requiri in ipsa genus quoddam elocutionis quod honore careat, vulgareque sit, videaturque potius studio adhibito tale effectum esse, idest contemptum & nulla re discrepans à more idiotarum. Indefinito autem tempore hic legi ἐμφαίνοντι verius puto, quàm vt prius erat in mea editione, ἐμφαίνοντα, instanti, si tamen nomina, quę sequuntur accusandi casu ponantur, vt sane inueni scriptum in duobus exemplaribus: intelligere autem debemus χρὴ. nam quin sententiæ quoque hoc magis conueniat, dubitandum non est: hic enim quoque vt supra alia ratione traditur quid fieri à nobis oporteat: summaq; diligentia si à vitio abesse volumus, seruandum sit.

Φευγέτω δὲ καὶ τὰ σημειώδη σχήματα: πᾶν γὰρ τὸ παράσημον ἀήθες καὶ οὐκ ἰδιωτικόν: τὴν δὲ ἐνάργειαν καὶ τὸ πιθανὸν μάλιστα ὁ χαρακτὴρ οὗτος ἐπιδέξεται. περὶ ἐναργείας οὖν καὶ πιθανότητος λεκτέον.

Fugiat autem & insignes figuras: omne enim quod notam adpositam habet, præter consuetudinem est, & minime vulgare. euidentiam autem & probabilitatem maxime forma hæc recipiet. de euidentia igitur & probabilitate dicendum.

Reuersus

Reuersus ad certam rem præcipiendam, addit superioribus preceptis, hanc formam vitare debere figuras illustres, & quæ notis quibusdam adpositis indicarentur: hoc enim arbitror valere, quod inquit σχήματα σημειώδη: notus enim est mos priscorum grammaticorum, qui notas contra loca quædam optimorum auctorum ponebant, quæ notæ aliquam rem significarent illic contineri, aut alicui vitio affinem: aut insignem aliqua virtute, siue illa in singulis verbis maneret, siue in constructione ipsorum, siue etiam in sententia. vnde quoque notę illæ diuersæ erant. Vsus quoque est Halicarnasseus hoc nomine in vita Isocratis, quam dum scriberet, ornauit ipsam multis documentis huius artis, in qua egregium se ille præstiterat. inquit igitur, cum de locutione accurati eius scriptoris dissereret. καὶ γὰρ αὕτη πάσας ἀπεχομένη καὶ σημειώσεως ἂν ἀξιωθείη τῶν ἀπεμφαινόντων. Huius vero præcepti vtilitatem comprobans Demetrius inquit. Omne nanque quod ita notatum est, præter consuetudinem est: & minime vulgare, propriumq; idiotarum. παράσημον, iunctum è duobus verbum, vsurpatum quoque est ab Aristotele in libro sophisticorum elenchorum, qui tamen, & si de ijsdem notis loquitur, aliter videtur id cepisse: valet enim illic idem quod simplex signum, nisi fallor. verba ipsius hæc sunt. ἀλλ' ἐν μὲν τοῖς γεγραμμένοις ταὐτὸν ὄνομα, ὅταν ἐκ τῶν αὐτῶν στοιχείων γεγραμμένον ᾖ καὶ ὡσαύτως. κἀκεῖ δ' ἤδη παράσημα ποιοῦνται. Sed etiam Demosthenes eodem pacto composuit id nomen loco illo, quo in causa Ctesiphontis vitam & mores Æschinis exagitauit. ait enim ἀρουραῖος Οἰνόμαος παράσημος ῥήτωρ. Cum autem quæ remoueri deberent inde, vt nimis insignia, Demetrius ostendisset: quæ tamen hæc forma recipiat sine damno vllo, declarat, quamuis & ipsa valeant aliquid ad ornandum, & sine studio curaq; parati non possint. illa vero sunt euidentia, & quidquid est factum ad persuadendum. prius eorum ἐνάργεια vocatum est à Græcis: alterum πιθανότης, siue (vt Demetrius ipsum nunc appellat) πιθανόν: Quintilianus auctor est ἐνάργειαν illustrationem, & euidentiam à Cicerone nominari: in Lucullo certe ipse perspicuitatem, aut euidentiam illam appellari posse affirmat, quamuis de alia enargia illic loquatur, ea scilicet, quæ in rebus existit: non illa, quæ manet in certo quodam genere, vsuque verborum, indeque proficiscitur. Cum igitur duas has res conuenire huic tenui formæ ostenderit, de ipsis instituit disputare; orditur autem (vt ipse quoque testatur) ab euidentia, quam accurate explanat.

Πρῶτον δὲ περὶ ἐναργείας. γίνεται δ' ἡ ἐνάργεια πρῶτον μὲν ἐξ ἀκριβολογίας καὶ τοῦ παραλείπειν μηδὲν, μηδ' ἐκτέμνειν. οἷον. Ὡς δ' ὅτ' ἀνὴρ ὀχετηγός: καὶ πᾶσα αὕτη ἡ παραβολή: τὸ γὰρ ἐναργὲς ἔχει ἐκ τοῦ πάντα εἰρῆσθαι τὰ συμβαίνοντα, καὶ μὴ παραλελεῖφθαι μηδέν.

Primum autem de euidentia. oritur autem euidentia primum quidem ex accurata narratione, & cum relictum est nihil, neq; amputatum. ueluti. Ὡς δ' ὅτ' ἀνὴρ ὀχετηγός, *& omnis hæc collatio: euidentiam enim habet ex eo quod cuncta dicta sunt quæ eueniunt, & nullum omissum est.*

Nascitur inquit euidentia primum ex accurata, minutaque rerum omnium, quæ in ea re fiunt, expositione: ἀκριβολογία enim hoc valet: exquisita inquam narratio, & vt ipse ostendit (est enim quod sequitur quasi declaratio quædam huius iuncti nominis) cum omittitur nihil, neque amputatur. Cum autem vno è pluribus ortu ipsius monstrato, posse id eam rem probare vellet, vtitur exemplo Homeri, qui in collatione, qua Scamandri impetum in Achillem fugientem ostendere voluit (obruere enim heroem inimicum suis aquis fluuius Troicus nitebatur, motus misericordia suorum, quos cateruatim ille leto dabat) ita diligenter minuteque omnia persecutus est, vt qui audit, non audire se, sed videre: & omnia oculis contemplari putet. Imitatus est eum locum Virgilius, de re rustica pręcipiens: & studium agricolarum exponens, quo ma-

 ximis

ximis ficcitatibus occurrunt, ne segetes siti extinguantur. principium eius diligentis perspicuæque narrationis est. Deinde satis fluuium inducit: riuosque sequentes. verumtamen Græcus ille magis apposite omnia complexus est, vt nullo negotio quilibet intelliget, qui locos inter se conferre voluerit. nam quod inquit cursu eius aquæ calculos omnes, qua fluit commoueri: & in extremo, præuenire illam ducem ipsum, & qui ei viam facit, non parum ualet ad rem ante oculos collocandam. qui volet igitur an res hoc pacto se habeat, diligenter existimabit: quin certe Homericus ille locus contineat in se uirtutem hanc, dubitari non potest. initio verò illius similis huc comportato, omnem eam collationem id boni in se habere auctor testatus est quod factum esse affirmat ex eo, quod cuncta, quę illo tempore eueniunt dicta sunt: nihilq; relictum est. Cum autem Homeri poemata referta sint multis maximisque uirtutibus hanc in primis ipsum studiose colere facile cognoscere potuere, qui non omnino negligenter poetam eum legerunt: crebro enim lucem afferre uolens rebus, eo se contulit. in quo magna admiratione dignus est: cum enim res tenues humilesque in primis describat, retinet tamen in illis plurimum dignitatis. Huiuscemodi etiam est locus ille, cum Phœnix Achilli commemorat mirificum quendam ipsius pueri amorem erga se: & quemadmodum ipse tunc nollet ab alio quopiam foueri, commodisue ullis affici: accedit enim ad res admodum pusillas: vt sunt officia, quæ teneræ illi ætati exhibentur. qua sane in re tractanda nouauit etiam uerbum ἀποβλύζων: itaq; expressit rem, quam aliter uix ostendere potuisset: & illius nominis nouitate comportauit eò ornatus non parum ac splendoris. inquit igitur in aliis, quæ idem ualent. πολλάκι μοι κατέδευσας ἐπὶ στήθεσσι χιτῶνα οἴνου ἀποβλύζων ἐν νηπιέῃ ἀλεγεινῇ. quibus autem hoc non aliquando contigit, quod eo uerbo significatur, ij ab his officiis erga pueros sine dubio longe afuerunt. Sed cur non idem aliquando præclare fecisse Dantem nostrum exemplo aliquo doceam? ipse enim quoque diligenti hac singularum partium expositione res crebro ponit ante oculos, ut in collatione illa, qua declarauit magnum eum metum discussum cito à se fuisse, quo repente oppressus fuerat, cognitis quibusdam signis timoris in vultu sui ducis, dum iter illud periculosum atque horribile faceret: atque ita ab eodem illi malo, quod creauerat, medicinam factam: vtitur enim simili rustici hominis, qui aduentante iam vere, quod tempus magno cum desiderio diu expectauerat, imagine quadam hiemis subito perturbatus esset, qua tamen breui temporis spatio disiecta, recipit animum: ille enim locus accurata narratione diuersorum motuum animi pastoris illius, factorumque iisdem quę certa signa sunt eorundem affectuum, facit ut pæne quę audimus uidere nobis uideamur: et manifesto ornatus est eadem hac uirtute: præcipue autem ab ea parte, cum cecinit. Lo villanello, à cui la robba manca. nam superiora, quæ tamen & ipsa pars eiusdem collationis sunt, grandiora sunt & subtiliora, quàm illa, quę scite adhibentur ad gignendam euidentiam: ac valent quod obscurum est illustrare.

Καὶ ἡ ἱπποδρομία δὲ ἡ ἐπὶ Πατρόκλῳ, ἐν οἷς λέγει. Πνοιῇ δ' Εὐμήλοιο μετάφρενον, καὶ. Αἰεὶ γὰρ δίφρου ἐπιβησομένοισιν ἐΐκτην: πάντα ταῦτ' ἐναργῆ ἐστιν ἐκ τοῦ μηδὲν παραλελεῖφθαι, τῶν τε συμβαινόντων καὶ συμβάντων.

Et cursus equorum in funere Patrocli, vbi inquit. Πνοιῇ δ' Εὐμήλοιο μετάφρενον, &. Αἰεὶ γὰρ δίφρου ἐπιβησομένοισιν ἐΐκτην: *cuncta hæc perspicua sunt ex eo quod nihil relictum est, eorum quæ eueniunt, & euenere.*

Non contentus exemplo vno Homeri Demetrius, alterum ponit eiusdem poetę è loco, qui consequitur. est autem vbi commemoratur cursus equorum: certamenque illud, quod ab Achille, vt funus sodalis ornaret, institutum est: præcipue autem quod illic dictum est, flatu Diomedis equorum Eumeli sincipur latosque humeros calefactos fuisse, multum ad hoc valere putauit poeta. vt id etiam, quod illic præcedit, quam-

uis

uis hic ab hoc nostro doctore post illud positum sit. Semper enim videbantur ascensuri esse in currum: ipsique imminebant Hoc etiam Virgilius, vt superius, aliquo modo expressit, cum locum similem persequeretur: prorsusque & ipse contendit rem illam ante oculos eodem pacto constituere. inquit igitur- quo deinde sub ipso Ecce volat: calcemque terit iam calce Diores Incumbeos humero. Et si præclara hæc exempla faciunt, vt scropulus nullus restet in animo alicuius de hac re, libet tamen mihi mirificum quoddam ponere optimi, & ipsius Latini poetæ, qui etiam merito semper ob huius rei egregiam facultatem valde laudatus est. Geta igitur apud Terentium, cum Antiphoni ostenderet, quomodo rem occultam indagasset, ita cum eo locutus est: atque hoc vsus initio narrationis. Vbi in gynæceum ire occipio puer ad me accurrit Mida. pone me adprehendit pallio. Resupino, respicio. rogo quam ob rem retineat me. ait esse vetitum intro ad heram accedere. & infra. Hoc vbi ego audiui, ad fores suspenso gradu placide ire perrexi, accessi, astiti, animam compressi, aurem admoui, ita animum cœpi attendere hoc modo sermonem captans. sine dubio hic à poeta cuncta tacta sunt, nihilque ab ipso, quod valeat ad rem illustrandam: ingeniumque seruorum exprimendum prætermissum est. Apparet etiam omnem illum Catulli locum, quo parcas descripsit, eandem in se virtutem continere: præcipue autem versus eos, quibus pinxit mulierum studium, dum nent, accurateque omnia, quæ illo tempore ab ipsis fiunt, subtiliter complexus est. Post alterum Homeri exemplum Demetrius eadem pænè repetit, quę supra post prius illud ediderat, habentia scilicet vim confirmationis. quod enim illic euidentiæ existit nullum alium fontem habere tradit: sed manare totum ex eodem studio poetæ, qui nihil reliquit eorum, quæ illic contingunt cum id geritur, aut vnquam perspecta sunt contingere.

Ὥστε πολλάκις καὶ ἡ διλογία ἐνάργειαν ποιεῖ μᾶλλον, ἢ τὸ ἅπαξ λέγειν. ὥσπερ τό. Σὺ δ᾽ αὐτὸν καὶ ζῶντα ἔλεγες κακῶς, καὶ νῦν ἀποθανόντα γράφεις κακῶς: δὶς γὰρ κείμενον τὸ κακῶς, ἐναργεστέραν σημαίνει τὴν βλασφημίαν.

Quapropter sæpe & repetitio euidentiam facit potius, quàm semel dicere. quemadmodum illud. Σὺ δ᾽ αὐτὸν καὶ ζῶντα ἔλεγες κακῶς, καὶ νῦν ἀποθανόντα γράφεις κακῶς: *bis enim positum* κακῶς, *euidentiorem ostendit maledictionem.*

Addit nunc Demetrius, quod inde etiam non valde remotum est; vel potius pars illius præcepti haberi debet. Quapropter sępe numero etiam iterare aliquid euidentiam parit, magis quàm id semel tantum dicere: ductum certe hoc est è superiore pręcepto: iterare nanque aliquid, perinde est, atque omnia diligenter, exquisiteque docere, quæ in eodem illo facto nascuntur: nec dissimilem vim habet. Vt autem verum esse probet, quod dixerat, citat testimonium veteris auctoris, qui, vt magis hæreret in animo auditorum id quod ostendebat, eius quem criminabatur conuicium, studiumque male dicendi, verbum, quod potissimum id aperiebat, iterauit: bisque in extremo duorum membrorum posuit κακῶς. vsus antea eodem exemplo est Demetrius non appellato, vt hic, nomine auctoris. inquit igitur. iterum prolatum illud κακῶς planius monstrat maledictum illud: nec sinit elabi ex auribus auditorum pessimum studium lædendi existimationem probrorum, quo ille tenebatur.

Ὅπερ δὲ τῷ Κτησίᾳ ἐγκαλοῦσιν ὡς ἀδολεσχοτέρῳ διὰ τὰς διλογίας, πολλαχοῦ μὲν ἴσως ἐγκαλοῦσιν ὀρθῶς: πολλαχοῦ δὲ οὐκ αἰσθάνονται τῆς ἐναργείας τοῦ ἀνδρός: τίθεται γὰρ ταὐτὸ, διὰ τὸ πολλάκις ποιεῖν ἔμφασιν πλείονα.

Quod autem Ctesiæ obijciunt, vt loquaciori propter repetitiones, multis

quidem

quidem fortasse locis recte obijciunt: multis autem non sentiunt hominis eui dentiam: ponit enim idem, quia sæpe habet maiorem vim.

Cum Demetrius cogitasset videri quosdam contra se sentire, qui hoc ipsum, quod ipse bono sæpe esse, ac magnopere adiuuare finem eius, qui id in oratione ponit, affirmatat, valde reprehenderent: eoque nomine Ctesiam accusarent, & iudicium suum comprobare, & auctorem illum historiæ lepidum & elegantem aggreditur defendere. qui nanque illum non probabant, quia multus fuerat in ea ratione, tidem præceptum hoc auctoris huius nostri tentabant. Inquit igitur hoc consilio: Quod autem Ctesiæ quidam obiiciunt, vt loquaciori propter geminationes, multis locis fortasse recte id obiiciunt. multis autem contra non sentiunt perspicuitatem huius viri. Non penitus igitur ipsum à culpa remotum putat Demetrius: neque prorsus vitio affinem arbitratur. hoc autem verum esse ostendere volens, ait, ipsum bis idem ponere, quia multis locis hoc gignit maiorem emphasin, idest magis aperit affectum eius qui dicit: quidque ille inclusum in animo habeat, patefacit. Ctesias autem hic, quem appellat, patria Gnidius fuit: arte vero medicus, qui vixit apud Artoxerxem regem Persarum, vocatum Meliorem ab institutis & moribus, vt distingueretur ab altero qui deteriorem vitam sequutus fuerat: ipsique commendatione illius artis admodum gratus fuit. scripsit autem res gestas Persarum pluribus libris. huius mentionem fecit sæpe Plutarchus in vita eius regis: quem etiam narrat ornasse summo studio Clearchum Laconem, missum à sua rep. cum iis mandatis, vt dicto esset audiens omnibus in rebus Cyro; vel potius mirifice, quacunque re potuit in conatu illo Cyri exponendo, fauisse laudi & gloriæ Lacedæmoniorum.

Οἷα τὰ τοιάδε. Στρυάγγλιος τις ἀνὴρ μῆδος, γυναῖκα σακίδα καταβαλὼν ἀπὸ τοῦ ἵππου: μάχονται γὰρ δὴ αἱ γυναῖκες ἐν σάκαις: ὥσπερ αἱ ἀμαζόνες. θεασάμενος δὴ τὴν σακίδα εὐπρεπῆ καὶ ὡραίαν, μεθῆκεν ἀποσώζεσθαι. μετὰ δὲ ταῦτα σπονδῶν γενομένων, ἐρασθεὶς τῆς γυναικὸς, ἀπετύγχανεν: ἐδέδοκτο μὲν αὐτῷ ἀποκαρτερεῖν. γράφει δὲ πρότερον ἐπιστολὴν τῇ γυναικὶ μεμφόμενος, τοιάδε. Ἐγὼ μέν σε ἔσωσα, καὶ σὺ μὲν δι' ἐμὲ ἐσώθης: ἐγὼ δὲ διὰ σὲ ἀπωλόμην.

Cuiusmodi sunt hæc. Stryaglius quidam vir Medus, femina Sacida ex equo deiecta: (pugnant enim feminæ apud Sacas: vt Amazones) cum vidisset Sacida formosam & florentem ætate, potestatem illi fecit vt salua abiret. postea ictis fœderibus, cum amaret illam, repulsam passus est. statuit igitur secum inedia vitam finire. antea autem scribit epistolam ad mulierem hanc ipsam accusans. Ego te conseruaui, & tu opera mea conseruata es: ego autem tua opera perij.

Vt facilius id probet, locum certum ex historia Ctesiæ profert, in quo extremo id factum esset. Σακίδα vero mulierem vocat eius gentis, qui Sacæ dicti sunt: eorum meminit etiam Catullus, cum nationes longinquas appellaret suo quodam in carmine: Strabo preterea testatur in VII. libro ipsorum mentionem fecisse Chœrilum, non valde laudatum poetam, qui dixerit. Μηλονόμοι τε σάκαι, γενεᾷ σκύθαι: αὐτὰρ ἔναιον Ἀσίδα πυροφόρον. feminam vero illam laudat Ctesias non solum à specie corporis verum etiam à flore ætatis: hoc enim valet quod addidit ὡραίαν. nam vetulę etiam mulieres formosæ possunt esse, quæ tamen quamuis dignitatem aliquam retineant, dignæ non sunt, quæ illo modo amentur. Ἀποκαρτερεῖν significat abstinere se à cibo: inediaq; vitam finire,

nire, quomodo etiam hoc verbum cepit Hegesias, qui librum suum quendam ita inscripsit ἀποκαρτερῶν, in quo inducebatur quidam à vita per inediam discedens. Sed his relictis exemplum ipsum attendamus, quod in his verbis manet. Ego equidem te conseruaui, & tu mea opera conseruata es. Si nanque præteritum suum officium in illam exponere tantum voluisset, poterat posteriore membro supersedere: idem enim penitus illo, quod priore commemoratur. estque hæc sine dubio διλογία.

Ἐνταῦθα ἐπιτιμήσειεν ἂν ἴσως τις βραχυλόγος οἰόμενος εἶναι, ὅτι δὶς ἐτέθη πρὸς οὐδὲν τὸ ἔσωσα καὶ δι' ἐμὲ ἐσώθης: ταυτὸν γὰρ σημαίνει ἀμφότερα. ἀλλ' εἰ ἀφέλοις θάτερον, συναφαιρήσεις καὶ τὴν ἐνάργειαν, καὶ τὸ ἐκ τῆς ἐναργείας πάθος. καὶ τὸ ἐπιφερόμενον δὲ, τὸ ἀπωλόμην, ἀντὶ τοῦ ἀπόλλυμαι, ἐναργέστερον αὐτῇ τῇ συντελείᾳ ἐστί: τὸ γὰρ δὴ γεγονὸς, δεινότερον τοῦ μέλλοντος, ἢ γινομένου ἔτι.

Hic reprehenderet aliquis fortasse qui breuitati studeret, quod bis nullam ob causam positum esset conseruaui te, & per me conseruata es: idem enim significant ambo. sed si abstuleris alterum illorum, vnà abstuleris & euidentiam, & qui nascitur ex euidentia affectum. præterea quod infertur, illud inquam perij, pro pereo, euidentius est quia ita res exituum habuit: quod enim factum iam est, grauius est quàm quod futurum est, aut adhuc fit.

Demetrius nunc locum eum diligenter perpendit hoc pacto. Inueniri hic posset aliquis, breuiloquens esse volens: atque hoc quidem rectum semper esse: seruarique in primis oportere existimans, qui insimularet scriptorem, quod bis positum est idem nulla necessitate, idest conseruaui te, & mea opera conseruata es: idem enim prorsus ostendunt ambo. ipse vero plus in hoc videns: errorem que illius stulti reprehensoris confutare studens, ita quasi cum eo agit. Negari non potest quin idem iteratum sit, verum si alterum illorum sustuleris, inde simul euidentiam sustuleris, & præterea motum illum animi, quem excitat euidentia. Cum ita purgasset Ctesiam Demetrius: nec tantum purgasset, verum etiam id quod crimini dabatur ipsi, laude dignum esse ostendisset, illud etiam, quod sequebatur, commendari debere, virtutemq; continere significauit, & sanè idem aliquo modo efficere. inquit igitur. Et id quod adiungitur. quod scilicet perij dixit, non pereo instanti tempore, euidentius est, quia res iam impleta perfectaque esse dicitur. quod enim inquit factum est, acrius vehementiusque est eo, quod futurum est, aut adhuc fit. perij igitur quod dixit, id malum exitum habuisse significauit, absolutumque iam esse, quare magnitudo eius eo pacto perspicitur.

Καὶ ὅλως δὲ ὁ ποιητὴς οὗτος (ποιητὴν γὰρ αὐτὸν καλοίη τις εἰκότως) ἐναργείας δημιουργός ἐστιν ἐν τῇ γραφῇ συμπάσῃ.

Et omnino vtique poeta hic (poetam enim ipsum vocarit aliquis merito) euidentiæ opifex est in vniuersa historia.

Addit Demetrius relictis certis locis, in vniuersum poetam eum: Ctesiam intelligens, opificem esse, fabricatoremque euidentiæ in omni illa sua scriptione: conarique omni ratione, quod mirifice etiam præstitit, res, quas narrat ante oculos constituere. Euidentiam verò multum valere ad animos commouendos cognouit etiam Plutarchus, qui in Artoxerxe: cum artificium Xenophontis extolleret in ea pugna exponenda, qua rex ille fratrem Cyrum vicit, inquit scriptorem eum semper illic in aliquo affectu

affectu auditorem tenere, atque ita eum tractare tanquam si ille præsens adfuisset, ipsiusque multum interesset, qui finis eius prælij foret, quod totum effici ostendit ob perspicuitatem. Quin autem magis nos moueant, quæ videmus, quàm ea, quæ audimus, dubium non est: illa vero, quæ illo modo narrantur, aspici videntur. Cum vero Ctesiam poetam vocasset, qui soluta oratione res gestas scripserat, antequam sententiam absoluisset, docuit id à se temere prolatum non fuisse. non sine causa enim ipsum poetam vocari posse: nec tamen aperuit qua de causa conueniret illi hoc nomen. est igitur quærendum hoc. cum autem apud Plutarchum in vita regis eius legatur scripta Ctesię fabularum plena fuisse: nec fabularum tantum, verum etiam illatum incredibilium & absurdarum, diuertiq; sæpe narrationem eius ad res commenticias, aptasque magis dramatibus, hoc arbitror impulisse hunc nostrum auctorem vt vocaret ipsum poetam. quo enim magis induere personam poetę potuit, quàm si hoc faceret, quod libenter eum crebroq; fecisse à bono auctore accepimus? nam & si euidentia eximia, crebroque tractata, non aliena est ab officio poetæ, magis tamen illud est proprium ipsius: inueniuntur enim aliorum quoque scriptiones hoc bono ornatæ, vt paulo supra, secutus ipse testimonium grauissimi doctissimique auctoris, de certa quadam parte anabasis Xenophontis commemoraui.

Οἷον καὶ ἐν τοῖς τοιοῖσδε. δεῖ τὰ γενόμενα οὐκ εὐθὺς λέγειν, ὅτι ἐγένετο, ἀλλὰ κατὰ μικρόν, κρεμῶντα τὸν ἀκροατὴν καὶ ἀναγκάζοντα συναγωνιᾶν: τοῦτο ὁ κτησίας ἐν τῇ ἀγγελίᾳ τῇ περὶ κύρου τεθνεῶτος ποιεῖ.

Veluti & in iis ipsis. Oportet ea quæ facta sunt non vno verbo dicere facta esse, sed paulatim, suspenso auditore & traducto illo in eosdem animi motus: hoc Ctesias in nuntio de Cyro mortuo facit.

Cum scriptorem illum in omni sua historia moliri perspicuitatem dixisset, voluit partem aliquam ipsius talem indicare. quare locum eum è multis potissimum sumpsit, quo matri significata est per nuntium, qui confecto prœlio venit, mors Cyri: quod munus ille obijt caute ac prudenter. Antea igitur quid fieri omni eo tempore oporteat Demetrius docet. deinde seruatum id à Ctesia diligenter fuisse demonstrat. vnde non sine causa suspicari aliquis posset, cum hoc expositurus esset, venisse in mentem Demetrio vocare Ctesiam poetam, non historicum, quia res exponeret, vt fieri debuere, non vt factę sunt: difficile enim est credere tanto consilio hominem eum præditum fuisse, & si in familijs regum, ac fortunatorum virorum reperiuntur ministri prudentes: & qui quid singula tempora postulent, nouerunt. Sed hoc relicto, auctor inquit. Oportet quæ facta sunt, non statim vnoque verbo dicere facta esse, sed paulatim narrare, suspensumque tenere auditorem, ac trahere ipsum in eosdem animi motus. Hoc igitur est, quod præcipit auctor: custodirique debere affirmat, cum res scilicet aduersæ debent exponi. nam si boni aliquid, prosperique nuntiandum esset, omnis illa mora molesta foret ei qui audit: nec tamen non tunc etiam facere non posset, quin eodem pacto animo commoueretur, singulis partibus eius narrationis perceptis. Non sanè in animo habuit nunc Demetrius nuntios aliquarum rerum instruere: & quæ sequi ipsos aut fugere oporteat, in ea persona sustinenda, docere: sed quod præcipit ad eos ornandos aptum, præcipit ut facilius probet recte et ordine fecisse Ctesiam, qui ita induxerit nuntium illum: fuit enim hic aditus quidam ad eos refellendos, qui falsò peccasse illum eo tempore putabant: & ad auctorem eum sine causa sæpe insimulatum declarandum. Sequitur autem (illustrem enim quoque aliquem locum huiusmodi monstrare voluit. atque illo verum esse probare quod in vniuersum dixisset) Hoc Ctesias in nuntio matri allato de Cyro mortuo facit.

Ἐλθὼν γὰρ ὁ ἄγγελος, οὐκ εὐθὺς λέγει ὅτι ἀπέθανε κῦρος παρὰ τὴν παρυσάτιν

ἐστιν· τοῦτο γὰρ ἡ λεγομένη ἀπὸ σκυθῶν ῥῆσίς ἐστιν· ἀλλὰ πρῶτον μὲν ἤγγειλεν, ὅτι νικᾷ· ἡ δὲ ἥσθη καὶ ἠγωνίασε· μετὰ δὲ τοῦτο ἐρωτᾷ, βασιλεὺς δὲ πῶς πράττει. ὁ δὲ, πέφευγέ φησι, καὶ ἡ ὑπολαβοῦσα· τισαφέρνης γὰρ αὐτῷ τούτων αἴτιος, καὶ πάλιν ἐπανερωτᾷ. κῦρος δὲ ποῦ νῦν; ὁ δὲ ἄγγελος ἀμείβεται. ἔνθα χρὴ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας αὐλίζεσθαι· κατὰ μικρὸν, καὶ κατὰ βραχὺ προϊὼν, μόλις δὲ δὴ λεγόμενον, ἀπέρρηξεν αὐτό· μάλα ἠθικῶς, καὶ ἐναργῶς τόν τε ἄγγελον ἐμφήνας ἀκουσίως ἀγγέλλοντα τὴν συμφορὰν, καὶ τὴν μητέρα εἰς ἀγωνίαν ἐμβαλὼν καὶ τὸν ἀκούοντα.

Cum venisset enim nuntius, non extemplo dicit Parysatidi mortuum esse Cyrum: hoc enim fuisset quod fertur Scytharum vox: sed primum quidem nuntiat, ipsum vicisse: hæc autem gauisa est & toto animo commota: deinde quærit ex illo. Rex vero vt agit? ille vero, inquit, fugit. Et hæc suscepto sermone: Tissaphernes enim ipsi horum causa est. Et rursus quærit. Cyrus autem vbi nunc est? nuntius autem respondet. quo loco decet fortes viros degere. paulatim, & breui progrediens, vix tandem vt dicitur, rupit ipsum. cum valde morate, & euidenter ostendisset & nuntium inuitum narrare calamitatem illam, & matrem etiam coniecisset in mærorem & eum qui audit.

Totam rem Demetrius accurate, dilucideque narrat, vel potius qua ratione in ea narranda nuntius ille vsus sit, exponit. Parysatis reginæ nomen est: matris duorum illorum fratrum, qui tunc prœlio inter se contenderant. Nam quod auctor inquit. si statim dictum fuisset, Cyrum mortuum esse, simile ipsum futurum fuisse illi, quod vulgo fertur. A Scythis oratio, prouerbium est quod edi solitum erat de dura agrestique oratione, quales erant mores eius feræ barbaręque nationis. infra propè extremum libri iterum auctor vtitur eadem voce, in loco valde huic simili explicando. Lucianus quoque non vno loco id vsurpauit, qui tamen aliquando pro ῥῆσις posuit ἀπόκρισις. Cum ostendat autem Ctesias, audita victoria Cyri, Parysatin lætatam fuisse, scire opus est: quod copiose exponit Xenophon, illam mirifice amasse alterum illum filium: fauisseque quacunque re poterat gloriç Cyri. vt ab Artoxerxe alieno animo erat, qui hic rex ab ipsa appellatur, quia regno ipse potiebatur. cum verò nuntius respondisset, regem fugisse, in eo prœlio Artoxerxes primum pulsus est, virtute maxime Græcarum copiarum. Postquam autem multum versauit animum reginæ nuntius, antequam sęuissimum illud vulnus aperuisset, cum de illa ipsa re quæsitum ex eo esset, nec tegere amplius id incommodum posset, obscure tamen, dignitatisq; plenis verbis, eam rem commemorauit: arripuit enim id boni, quod in eo facto erat, cum cetera mœroris ac lacrimarum illic plena forent: respondit igitur Cyrum tunc degere, vbi decet honestos fortesque viros domicilium sibi collocare. Huiuscemodi quadam ratione ornatur apud Æschylum, in fabula vocata ἑπτὰ ἐπὶ θήβαις, eadem mors, in pugna scilicet obita: inquit enim mortuum esse, vbi adolescentes pulchrum est mori. Nec dissimile est illud Ciceronis in celebrando funere eorum, qui apud Mutinam contra M. Antonium pugnantes, interfecti sunt: inquit enim. In fuga fœda mors est: in victoria gloriosa. etenim Mars ipse ex acie fortissimum quemq; sibi oppignerat. Explicat vero accuratè Demetrius consilium eius nuntij. inquit enim. Paulatim nuntius ille, facto illo in minutas partes conciso, vix tandem, vt dici solet, rupta voce id protulit. cum vero statim addat auctor. Valde morate & euidenter, manifesto loquitur de Ctesia, qui toto animo inseruiuit illi personæ: studuitque ipsam extra

omnem

omnem periculi aleam ponere. patefecit igitur inqoit ounoum eum inuitom aperuisse calamitatem illam, matremque Cyri coniecit in plures motus: qui motus necessario etiam excitantur in animo eius, qui legit, aut locum illum recitari audit.

Γίνεται δὲ καὶ ἐκ τοῦ τὰ παρεπόμενα τοῖς πράγμασι λέγειν ἐνάργεια. οἷον ὡς ἐπὶ τοῦ ἀγροίκου βαδίζοντος, ἔφη τις, ὅτι πρόσωθεν ἤκουστο αὐτοῦ τῶν ποδῶν ὁ κτύπος προσιόντος, ὡς οὐδὲ βαδίζοντος, ἀλλ' οἷον γε λακτίζοντος τὴν γῆν.

Oritur autem et inde euidentia: cum dicuntur ea, quæ consequuntur res. veluti de rustico homine iter faciente, quidam inquit, quod longe audiebatur strepitus pedum ipsius accedentis, tanquam non euntis illius, sed quasi tellurem pedibus verberantis.

Monstrat aliam originem euidentiæ, superiore ratione illius gignendę diligenter explicata: nasci enim ipsam tradit hoc etiam pacto. cum scilicet ea, quæ consequuotur res aliqoas, exponuotur: illa enim quoque commemorata faciunt, vt id quod antecessit melius intelligatur, & quasi antę oculos eorum qui audiunt collocetur, quia id quod sequitur esse nō soler, nisi fuerit quod antecedir. Diooysius Halicarnasseus, qui & ipse io vita Lysiæ de perspicuitate disseruit, cum velit scriptorem illum causarum ornatum esse cum aliis multis hac quoque virtute, hunc tantum ipsius footem indicaoit. vocat autem παρακολουθοῦντα, quæ ouoc παρεπόμενα Demetrios. ioquit igitur. nam verba ipsa ponam. γίνεται δὲ ἐκ τῆς τῶν παρακολουθούντων λήψεως. Sed eoam definiuit eo loco Dionysius euidentiam. Inquit eoim Euidentia est vis quædam ac facultas, quæ ante sensus adportat ea, quæ dicuntur. Id autem verum esse exemplo incertó nonc auctoris Demetrius confirmat: est eoim cuiusdam, qui cum de rustico homioe loqueretur, progressuque ipsius, inquit: antequam ille videretur, exanditum strepitum pedum ıpsius fuisse tanqoam ille non graderetur, sed quasi pedibus tellorem verberaret. λακτίζειν valere calce, ictuque pedis quempiam percutere apertum est, vel ex voce illa peruulgata Platonis, qui (vt fertur) questus est aliquando de ingrato animo Aristotelis, viuente adhuc illo incipientis sentenoas ipsius oppugnare: imagine enim valde apta ad culpam illam demonstrandam ıpsum notauit. Exemplum Demetrij manet: idque fuit, quod genuit perspicuitatem, in sententia illorum verborum, quæ paulo supra expressi: neque enim id cooongere potuit, nisi in moribus hominis agrestis: alieoique ab omni poliriore cultu. nam ea, quę sequuntur, Demetrii verba sunt declarantis quæ vis, ratioque sit superiorom illorum. Cnm vero supra ostenderim Dantem certo quodam loco primam illam rationem secutum, fuisse perspicuum, vt magis etiam eodem tempore ille rem eam ante oculos constitueret, tetigit secundam hanc: cum enim de pastore illo, qui pruioa visa, colore ipsius deceptus, putauit adhuc hiemem vigere: commotusq; valde animo est, cecinit. Ond'ei si batte l'anca, manifesto hoc, femur inqoam ferire, est ἑπόμενον: & posterum quiddam ac consequens animi perturbati: qoos enim vehemens aliqois dolor repeote cepit, hoc facere consuerunt. aptum igitur & ipsum est, valdeque accommodatum ad significandam sollicitudinem illam animi: & ea de causa, exemplum mirifice appositum huic præcepto declarando. erant igitur summi iogenii poetæ omnia cognita, quæ boo um hoc: virtutemqoe eximiam studiosi poematis exprimere ac conformare posseot.

Ὅπερ δὲ ὁ Πλάτων φησὶν ἐπὶ τοῦ Ἱπποκράτους. Ἐρυθριάσας ἤδη τῇ νυκτί: ἤδη γὰρ ὑπέφαινέ τι ἡμέρας, ὥστε καταφανῆ αὐτὸν γενέσθαι, ὅτι μὲν ἐναργέστατόν ἐστιν, παντὶ δῆλον: ἡ δὲ ἐνάργεια γέγονεν ἐκ τῆς φροντίδος, τῆς περὶ τὸν λόγον: καὶ τοῦ ἀπομνημονεῦσαι, ὅτι νύκτωρ πρὸς αὐτὸν εἰσῆλθεν ὁ Ἱπποκράτης.

Quod

Quod autem Plato de Hippocrate inquit, cum adhuc nox esset, quod erubuisset: iam enim apparebat lux, ut color aspici potuerit, quin euidentissimum sit, nemo inficias iret: euidentia autem nata est ex cura, quæ adhibita est in ea oratione: & ex eo quod recordatus est noctu ad se venisse Hippocratem.

Tertius (vt opinor) hic locus est. vnde possit effici perspicuitas. exemplum autem prius posuit, quàm oratione patefecerit, quod docere voluit; inde enim elicit quod animaduertendum & imitandum putat. Exemplum vero è Platone sumptum est, sermoneque illo, qui Protagoras vocatur. Cum enim Hippocrates, formosus puer, ante lucem ad Socratem domum venisset, significaturus ei aduentum magni illius sophistæ, loquens cum ipso sanctissimus senex, fecit vt erubesceret, quod cum Plato litteris prodidisset, recordatus est supra se in eo sermone dixisse, id factum esse βαθέος ὄρθρου. ne locus igitur ille videretur repugnare superiori sententię (quomodo enim in tenebris color oris illius immutatus cognosci potuit?) addidit. ἤδη γὰρ ὑπέφαινέ τι ἡμέρας. & quę sequuntur: idest, iam enim lucìscebat, vt Cicero aliquando in eadem re exponenda locutus est. quare rubor ille potuit oculis percipi. Sed idem etiam Virgilius significauit, apud quem Nisus delicias suas admonens quid facto opus sit. Absistamus ait: iam lux inimica propinquat. & vt Hippocratis immutatum colorem, florentis & ipsius ętate, albescens iam cęlum patefecit, ita paulo post apud poetam dissimili sane in casu, causa tamen eadem, Euryalum galea sublustri noctis in vmbra Prodidit immemorem. Cum igitur hæc loca optimorum auctorum multis modis similia inter se sint, non alienum putaui illum etiam indicare. Quę sequuntur post sententiam hanc, Demetrij sunt: pendentque è principio expositionis huius exempli: integer enim sensus est. Quod autem Plato scripsit de Hippocrate, maxime perspicuum esse: abundareque hac virtute, omnibus planum est. Vt opinor autem, si ita, vt exprimere locum conatus sum, ille se habuisset: & nihil præterea additum fuisset, nullus scrupulus hic esset. nunc autem molestum est, quod in mediam illam expositionem verborum Platonis inserta sunt aliunde duo verba. quæ nescio quomodo eò irrepserint: scriptoris illius grauissimi certe non sunt: nec satis apte illic à Demetrio mihi collocari potuisse videntur: frangunt enim ordinem verborum illius. sunt mihi pręterea hoc nomine suspecta, quia prius eorum idem est cum illo, quod sequitur apud Platonem. manet etiam sententia (vt videor mihi ostendisse) si illa inde afuerint. Quod si maculæ nihil hic est, potuerunt illa illuc à Demetrio inculcati, vt redigeret in memoriam eorum, qui legerent, cum adhuc nox esset venisse ad Socratem puerum eum, nam multo supra initio illius sermonis id positum fuerat, et ea fortasse de causa ipsa eo coniecta fuerant, ad ostendendam aliquo modo pugnam illam, quæ suberat: neque enim omnes, qui eum locum Platonis legunt apud hunc scriptorem recordari statim possunt tempus illud. non cognita autem ea re, non appareret quæ causa impulisset Demetrium, vt id comprobaret, ac verum esse tam diligenter doceret. Sequitur Demetrius, palam facere volens, & quasi digito monstrare, vnde nascatur euidentia. Perspicuitas gignitur ex studio, curaque multa, quæ posita est in ea re narranda: manifesto enim tenetur voluntas scriptoris, qui studuit rem explanare: illaque diligentia animaduersa ab eo, qui legit, vim non paruam habet ad rem illustrandam. Addit alterum etiam, quod idem efficit: ait enim præterea illam oriri ex eo, quod in mentem redegit noctu ad ipsum, Socratem scilicet, venisset Hippocrates. omnis igitur caligo inde his duabus rationibus pulsa est.

Κακοφωνία δὲ πολλάκις, ὡς τὸ. Κόπτει δ' ἐγκέφαλος, καὶ. Πολλὰ δ' ἄναντα, κάταντα: μεμίμηται γὰρ τῇ κακοφωνίᾳ τὴν ἀνωμαλίαν: πᾶσα δὲ μίμησις ἐναργές τι ἔχει.

Asperitas autem soni sæpe idem efficit, veluti illud. Κόπτει δ' ἐγκέφα-

λος, &c. Πολλὰ δ' ἄναντα, κάταντα: *imitatus enim est asperitate soni inæqualitatem illam: omnis autem imitatio euidens quiddam in se habet.*

Addit superioribus Demetrius, qui (nisi fallor) quartus modus est, aliter etiam aliquando ipsam gigni. nam hoc præceptum non semper verum esse apparet, sed tunc tantum cum exponuntur res, quibus conueniat hæc asperitas soni. inquit igitur. Durus præterea sonus vocis atque asper, scilicet gignit perspicuitatem: ponitque ante oculos res illas, & ipsas tales. idest molestas, & asperas. Vtitur autem duobus Homericis locis, eorum prior est, vbi in Odyssea narratur immanitas Polyphemi, qui pedibus arreptis duobus socijs Vlysis eorum capita ad tellurem percussit, vnde statim cruor inde manans terram madefecit: in illa igitur priore parte versus, quam ponit hic auctor, percipitur asperitas non parua, vt ægre pronuntiari queat. quin autem factum illud sæuum, dirumque requireret in primis hunc asperum sonum, dubitari non potest. vnde vsurpata ipsa tunc tanta asperitas vocis fecit, vt res illæ fieri viderentur. alterum exemplum depromptum est ex altero opere: prolataque sunt ea verba, de itineribus quibusdam, locisque asperis: eorum enim itinerum quædam habebant arduos ascensus: quædam verò contra præruptos descensus. Declaratio Demetrij, qua posteriorem hunc poetæ locum explanauit, est. Imitatus enim est sono illo molesto & odioso auribus, inæqualitatem eius itineris. nam sonus etiam eorum verborum videtur nunc non sine difficultate sursum ferri: nunc vero deorsum repente deuolui. additque quod restabat ad rationem id concludendum. Omnis autem imitatio habet in se quiddam euidens. nec fieri potest, vt qui subtiliter, apteque rem aliquam exprimit, non eodem tempore ipsam quasi constituat ante lumina eorum, qui audiunt, quamuis non imitetur rebus illis, quæ vulgo adhibentur ad simulachra corporum fingenda, & exprimenda.

Καὶ τὰ πεποιημένα δὲ ὀνόματα ἐνάργειαν ποιεῖ, διὰ τὸ κατὰ μίμησιν ἐξενηνέχθαι, ὥσπερ τὸ Λάπτοντες. εἰ δὲ πίνοντες εἶπεν, οὔτ' ἐμιμεῖτο πίνοντας τοὺς κύνας, οὔτε ἐνάργειά τις ἐγίνετο. καὶ τὸ, Γλώσσῃσι δὲ τῷ Λάπτοντες προσκείμενον, ἔτι ἐναργέστερον ποιεῖ τὸν λόγον. καὶ περὶ ἐναργείας μὲν ὡς ἐν τύπῳ εἰπεῖν, τοσαῦτα.

Et facta utique nomina euidentiam gignunt, quia imitatione prolata sunt, quemadmodum illud. Λάπτοντες. *Si autem* πίνοντες *dixisset, neque imitatus esset bibentes canes, neque euidentia vlla illic extitisset, & illud.* Γλώσσῃσι *vtique adpositum illi* Λάπτοντες, *adhuc euidentiorem reddit orationem. & de euidentia quidem, vt crasso modo dicere licuit, tot.*

Cum abesse non posse ab imitatione perspicuitatem affirmasset, admonet quod inde aptum est, (vt ipsemet etiam docet) nomina facta gignere & ipsa euidentiam, quia inquit edita, fabricataque sunt ad similitudinem quarundam rerum. est igitur hic quintus atque vltimus locus eorum, quos proposuit ad gignendam euidentiam vtiles. Exemplo verò illustrare hoc volens, vtitur verbo ficto, fabricatoque ab Homero: cum enim in collatione quadam de lupis loqueretur bibentibus, nouum verbum formauit λάπτειν, quo verbo ratio illa egregie exprimitur, qua canes, & valde similes canibus, lupi in bibendo vtuntur: tanquam enim linguam in aquam tingunt, & sonum quendam, dum eam in os coniiciunt, edunt. Vt apparet autem, probat mirifice grauis hic & eruditus scriptor ingenium Homeri, qui auxilio vnius verbi à se facti totam illam rem constituere ante oculos eorum, qui legunt, potuerit: vt illi non audire, sed videre se existiment, quod geritur. non est igitur solum ab omni labe vitioq; vacuus locus hic Homericus, sed etiam summa laude dignus, & qui satis commendari

dari non possit. quare miror hac ætate inuentos qui iu crimen ipsum vocare ausi sint, nam quod illi putaruut haud exprimere id verbum rem eam, nou facile dici potest quantopere errarint, nisi se dignos existimant quibus magis credatur de veritate Grę ci sermonis, quàm Demetrio, summo oratori ac philosopho: & omnibus veteribus grammaticis. Quod verò illi, noui Zoili, quos certe nos arbitramur eandem quam ipse palmam ex eodem facto reportaturos, addunt, parum commode etiam linguas luporum eorum vocatas esse aridas, qui paulo ante cędem fecissent, & adhuc ipsam cruore aspersam haberent, quàm falsum sit iutelligitur etiam inde, quia nisi illam arefactam habuissent, non sinuissent: uec ad fontem, cupiditatem, qua conficiebantur humoris expleturi, accessissent. Constituto autem consilio Homeri vitium contrariæ rationis, auctor exponit: si enim inquit communi voce vsus tunc esset, dixissetque πίνοντες, non imitatus fuisset lupos bibentes: id enim verbum, uon proprium est eius quadrupedis, sed commune ipsi cum ceteris pęnè omnibus animantibus, quare non exprimit rationem illam. Addit deinde idem, neque euideutia vlla inde exutisset, quæ scilicet uascitur magna ex illa re illo modo expressa. Quod etiam à summi ingenii poeta adiuuctum fuit illi verbo λάψοντες quamuis dubium esse non posset, quin illa parte corporis iu ea re vterentur, tradit Demetrius magis euidentem efficere orationem: adiuuareque conatum poetæ, qui rem illam studuit ante oculos constituere. Ostendit autem statim se ad exitum peruenisse huius præceptionis de euidentia, in qua, si nou omnia, quæ dici potuere, persecutus sit, docet tameu se tetigisse, quæ satis esse illi rei adumbrandæ possint: neque enim se vnquam cogitasse exquisitè cuncta explicare.

Τὸ πιθανὸν δὲ ἐν δυοῖν, ἔν τε τῷ σαφεῖ καὶ συνήθει· τὸ γὰρ ἀσαφὲς καὶ ἀσύνηθες, ἀπίθανον. λέξιν τε οὖν οὐ τὴν περιττὴν, οὐδὲ ὑπέρογκον διωκτέον ἐν τῇ πιθανότητι· καὶ ὡσαύτως σύνθεσιν βεβαιοῦσαν καὶ μηδὲν ἔχουσαν ἐνρυθμοειδές.

Ad persuadendum autem aptum in duobus manet, in eo quod planum est, & in eo quod vsitatum: obscurum enim & extra consuetudinem, alienum est à persuadendo. Verba igitur neque eximia: neque inflata sectari oportet in genere dicendi probabili, & eodem pacto compositionem stabilem, & nihil habentem numerosum.

Cum huic notę tenui valde obesse ceteros ornatus docuisset, nõn tenuere autem solum ipsam dixisset euidentiam, & orationem factam ad persuadendum, priore illa virtute iam explicata, transit ad alteram exponendam, quæ πιθανότης vocatur: primumque, quod accommodatum est ad persuadendum, tanquam fundatum esse iu duobus ostendit, quorum alterutu est planam, apertamque oratiouem esse: alterum verò vsitatam eandem & ex cousuetudine. id verò verum esse, requirique vt ornatum sit duabus illis tebus quod valet multum ad persuadendum, probat à contrario. quod enim inquit obscurum est, & præter consuetudiuem, expers est eius boni: nec aptum vllo modo esse potest ad persuadendnm. Cum igitur communiter hoc pacto præcepisset de hac re, nunc transit ad singulas partes, quæ sanè pręcepta nascuutur ex eo, quod iam in vniuersum demonstratum fuerat: Vnde inquit. Genus igitur verborum (hoc enim videtur vocare nuuc elocutionem) neque eximium atque elegans: neque tumidum oportet sequi iu oratione facienda apta ad persuadendum: uec enim consuetudo captat flores verborum, & quod elatum valde est in eo genere. Eodem pacto inquit oportet compositiouem verborum esse stabilem, ac bene fundatam. hoc enim arbitror valere quod ipse iuqnit σύνθεσιν βεβαιοῦσαν idest quę tanquam in lubrico pedem non ponat & fugiat periculum lapsionis, quod videtur ostendere id, quod addit, tanquam declarationem quandam (nisi fallor), uon debere illam seruire numeris, sed vacuam esse ab omni illa suauitate, quæ nascitur ex structura certa verborum.

Ἐν τούτοις τι ἦν τὸ πιθανόν, καὶ ἐν ᾧ Θεόφραστός φησιν, ὅτι οὐ πάντα ἐπ' ἀκριβείας δεῖ μακρηγορεῖν, ἀλλ' ἔνια καταλιπεῖν, καὶ τῷ ἀκροατῇ συνιέναι, καὶ λογίζεσθαι ἐξ αὐτοῦ: συνιεὶς γὰρ τὸ ἐλλειφθὲν ὑπὸ σοῦ, οὐκ ἀκροατὴς μόνον, ἀλλὰ καὶ μάρτυς σου γίνεται.

In his igitur existit factum ad persuadendum, et in eo quod Theophrastus inquit, quod non cuncta oportet accurate prolixeq; exponere, sed quadam relinquere auditori vt ipse intelligat, & cogitet sua vi: cum enim intellexerit quod omissum est à te, non auditor solum, sed & testis tuus efficitur.

Paucis illis verbis visus sibi fuerat aliquo modo Demetrius implesse hunc locum, vnde inquit. In his rebus manet id, quod in oratione vocatur πιθανόν. addit tamen tanquam consilio mutato. Et in illa subtili animaduersione Theophrasti: doctissimus enim ille vir vidit, hoc etiam adiuuare eam rem, si qui dicit non omnia exquisite persecutus fuerit, sed quædam reliquerit, quæ is, qui audit, per se percipiat ratione, ipsorum subducta, quemadmodum illa facta sint intelligat. admonuit igitur ne orator nimis diligens esse vellet; longamque orationem consumeret in singulis partibus eius facti minute exponendis. Aiebat enim ille, quomodo id prodesset ostendere volens: nouum enim hoc acciderat auribus multorum, negligentiam scilicet, si ita appellanda est, cum ficta, & simulata sit, plus prodesse quàm diligentiam. aiebat igitur. intelligens ille, auditor scilicet, quod omissum à te fuerit sua vi, non solum auditor, verum etiam testis tuus fit.

Καὶ ἅμα εὐμενέστερος: συνετὸς γὰρ ἑαυτῷ δοκεῖ διὰ σέ, τὴν ἀφορμὴν παρεσχηκότα αὐτῷ τοῦ συνιέναι: τὸ δὲ πάντα ὡς ἀνοήτῳ λέγειν, καταγινώσκοντι ἔοικε τοῦ ἀκροατοῦ.

Et simul beneuolentius est: acutior enim sibi videtur tua opera, qui ansam ei præbuisti intelligendi: contra autem omnia vt stulto exponere, simile est damnanti auditorem.

Præterea inquit hoc seruare in dicendo eiusdem animum ob i conciliat: fitque qui audit tibi beneuolentior: videtur enim sibi ipse acutus esse tua opera & studio, qui ansam ei præbuisti, vt intelligeret quod in oratione tua desiderabatur. contra verò inquit cuncta illi tanquam stulto homini commemorare, est tanquam condemnare auditorem ipsum, tarditatis scilicet. Discriminis vero hoc est inter posterius hoc & prius commodum, quę ambo capiuntur ex eodem consilio ab oratore, quod superiore illa ratione qui audit præsenti tantum illi tuo tempori seruit & tanq̃ testis tuus factus, adiuuat causam finemq; illum tuum: inferiore vero efficitur, vt faueat ille tibi semper; quia bene de ipso existimasti, studioq; tuo effecisti, vt sapientior sibi ipse multo, quàm antea vnquam, visus fuerit.

Ἐπεὶ δὲ καὶ ὁ ἐπιστολικὸς χαρακτὴρ δεῖται ἰσχνότητος, καὶ περὶ αὐτοῦ λέξομεν. Ἀρτέμων μὲν οὖν, ὁ τὰς Ἀριστοτέλους ἀναγράψας ἐπιστολάς φησιν, ὅτι δεῖ ἐν τῷ αὐτῷ τρόπῳ, διάλογόν τε γράφειν καὶ ἐπιστολάς: εἶναι γὰρ τὴν ἐπιστολήν, οἷον τὸ ἕτερον μέρος τοῦ διαλόγου.

Quia autem & nota epistolaris eget tenuitate, & de ipsa dicemus. Artemon igitur

igitur, qui exſcripſit Ariſtotelis epiſtolas, ait, oportere eodem ſtilo dialogum ſcribere & epiſtolas: eſſe namq; epiſtolam tanquam alteram partem dialogi.

Abſoluta iam forma dicendi gracili ac tenui, quę ſanè illo in genere laude digna eſt, ac probatur, ſequebatur vt vitioſam, deprauatamque oſtenderet, & quæ in illa ipſa humilitate labitur: nec conſequitur finem ſuum. antequam tamen illam aggrederetur, rectum eſſe putauit tradere rationem ſcribendarum epiſtolarum ea de cauſa, quam ipſe oſtendit, quare ornat præterea hunc libellum hac eleganti vtilique præceptione: vtilis enim in primis ipſa hac ætate eſt, qua amiſſis magna ex parte, neglectiſque ceteris pænè omnibus eloquentię partibus, hęc vna colitur: magnoque in honore adhuc eſt. inquit igitur. Quia nota, formaque epiſtolaris eget tenuitate, de ipſa etiam dicemus. Cum enim de nota dicendi tenui, exiliique diſputaſſet, oportere ſe putauit aliquo modo hanc rem, in qua etiam tenuitas requiritur, explicare. Ordimr autem ab iudicio, quod de hac re fecit doctus vir, & qui non parum in ipſa vidiſſe exiſtimatus eſt. commendat autem ipſum prius: nec paruam eſſe debere auctoritatem hominis oſtendit. narrat enim hunc eſſe Artemonem illum, qui Ariſtotelis epiſtolas exſcripſit, & vt ab aliis commode legi poſſent, ſtudio ſedulitateque ſua effecit. ipſius verò ſententia hæc de hac re fuit. oportere eadem forma dialogum ſcribere, & epiſtolas, cuius etiam opinionis ſuę rationem reddidit: affirmauit enim epiſtolam eſſe tanquam alteram partem dialogi: ſermoniſque eius, qui hoc verbo à Græcis primum appellatus fuit: hoc igitur fuit iudicium ipſius de nota vera ſcribendarum epiſtolarum.

Ἀναγράψαι, quo verbo de ſtudio Artemonis loquens vſus eſt Demetrius, valet hic (vt puto) exſcribere, & quaſi ex autographo, aliove libro in alium transferre, atque diuulgare: ita certe cepit hoc verbum Porphyrius in quæſtionibus in Homerum, qui inquit non longè à principio octauæ. οὐδὲν δὲ χεῖρον καὶ τὸν Ἡρόδοτον φιλονοῦντί σοι τὴν πᾶσαν τοῦ ἀνδρὸς ἀναγράψαι τὴν ζήτησιν. Aliquo modo munus eſſe epiſtolam inquit, quia non eſt verè epiſtola vna earum rerum, quæ dono dantur ab amicis, ſed proximè accedit ad illas. Videndum etiam eſt, an hic pro τρόπῳ, legi debeat τύπῳ: hoc enim mihi magis aptum videtur ſententiæ auctoris: vel potius rationi ipſi loquendi.

Καὶ λέγει μέν τι ἴσως, οὐ μὴν ἅπαν· δεῖ γὰρ ὑποκατεσκευάσθαι πως μᾶλλον τοῦ διαλόγου τὴν ἐπιστολήν· ὁ μὲν γὰρ μιμεῖται αὐτοσχεδιάζοντα· ἡ δὲ, γράφεται καὶ δῶρον πέμπεται τρόπον τινά.

Et dicit aliquid fortaſſe, non tamen omne: oportet enim factam eſſe aliquo modo magis quàm dialogum epiſtolam: hic enim, imitatur extempore dicentem: hæc autem, ſcribitur & donum mittitur aliquo modo.

Ponderat diligenter Demetrius ſententiam Artemonis: primumq; ipſam laudat, deinde quid in illa deſideret oſtendit: vt enim eum non aberraſſe tradit à vero, ita non omne, quod oportebat, attigiſſe putat, neq; penitus veram ſententiam eius eſſe: oportet enim inquit magis factam: magiſque expolitam eſſe epiſtolam, quàm dialogum, cuius etiam ſententiæ ſuæ ipſe cauſam affert. inquit enim. Hic enim imitatur ſubito dicentem, dialogus ſcilicet, qui texi debet verbis, ſententiiſq; quæ occurrere poſſint in dicendo: in mentemque venire cuilibet. contra autem addit, hæc ſcribitur & aliquo modo muneri mittitur. quæ autem ſcribuntur, monimentiſque litterarum mandantur, conſideratiora debere eſſe planum eſt. Petrus Alcyonius in proœmio eorum librorum, quos ſcripſit de exilio, cum de dialogo diſputaret mentionem fecit huius loci, ſententiamque Demetrii exprimere conatus eſt, qui tamen vereor ne lapſus ſit, cum dixerit exiſtimaſſe Demetrium epiſtolam in inferiore locandam eſſe ordine; dialogum in ſuperiore. mihi enim contra videtur ille cenſuiſſe, cum aperte

tradat in epistola requiri maiorem curam & ornatum: quæ autem huiuscemodi sunt digna habentur, quæ priorem & honestiorem locum obtineant. tribuisse igitur dicit epistolæ hunc auctorem, quod manifesto ille assignauit dialogo.

Τὶς γοῦν οὕτως ἂν διαλεχθείη πρὸς φίλον, ὥσπερ ὁ ἀριστοτέλης πρὸς ἀντίπατρον, ὑπὲρ τοῦ φυγάδος γράφων τοῦ γέροντός, φησιν. Εἰ δὲ πρὸς ἁπάσας οἴχεται τὰς φυγὰς οὗτος, ὥστε μὴ κατάγειν, δῆλον ὡς τοῖς γε εἰς ᾅδου, κατελθεῖν βουλομένοις, οὐδεὶς φθόνος: ὁ γὰρ οὕτω διαλεγόμενος ἐπιδεικνυμένῳ ἔοικε μᾶλλον, οὐ λαλοῦντι. ἢ

Quis igitur sic loqueretur cum amico, vt Aristoteles ad Antipatrum, super exule sene scripsit, qui inquit. Si autem ad omnes fugas hic abit, vt non reducere liceat, planum est non esse inuidendum his, qui apud inferos sunt, redire volentibus: qui enim sic disputat, demonstranti magis similis est, non familiariter loquenti.

Probare volens Demetrius nihil esse debere in dialogo valde exultum atque elegans, vtitur exemplo loci cuiusdam ex epistola Aristotelis ad Antipatrum regem, qui locus vt illic improbari non potuit: nec vitio affinis existimari: & si expolitus est, & non sine artificio magno tractatus: præsertim in litteris ad opulentum hominem, regemque missis, ita valde alienus fuisset à sermone familiari, congressuque amicorum: neque enim dubito, quin Demetrius iubeat ne illum imitemur in sermonibus: nec orationem illam exornatam, factamque, eò comportandam esse. inquit enim. Quis inquam sic loqueretur, sermonemq; haberet cum amico, in congressu scilicet aliquo, quemadmodum scripsit epistolam Aristoteles ad Antipatrum, super exule sene. verba autem ipsius ponit, quæ sanè, vt non paruo ornatu referta esse intelliguntur, (& si fortasse non omnino ille sentitur, parsque aliqua ipsius nos fugit) ita obscuritatis aliquid in se continent: quę (vt opinor) nascitur inde, quia nota nunc ea non sunt, quæ sententiam illam illustrabant. conabor autem ipsorum vim exprimere, vt, si fieri potest, verus sensus inde aliquo modo eliciatur. Si autem inquit ad omnes fugas hic abit ex oculis, vt non liceat, cum velis, reducere, planum est, quod ijs, qui apud inferos sunt, redire volentibus, nulla inuidia. idest nemo, qui sapiat, illis inuidere debet, quia scilicet, & ipsi quod ardenter cupiunt, nunquàm adepturi sunt: conficit igitur ipsos desiderium illud sine vtilitate vlla. Videndum tamen est an legi debeat οὕτως: id enim quasi postulare videtur, quod sequitur statim ὥστε: nec sententia etiam id refugit. sed tamen, vt iam testatus sum, omnia incerta, quia cognitum non est quod supra commemoratum fuit. φυγὰς fugas verti, non exilia, quamuis dubium non sit, quin fuga illa exilium vocetur à Latinis, quia nescio, an in hac ipsa voce luserit Aristoteles, quare nolui inde discedere: & præterea notaui aliquando Ciceronem Latina hac vsum, cum sine vlla dubitatione exilium intelligeret, vt pro P. Sestio cum inquit. Si Themistoclem non deterruit à rep. defendenda, nec Miltiadis calamitas: nec Aristidis fuga. οἴχεσθαι non simpliciter valet ire, sed repente eripi ex oculis, & tanquam euanescere. huiuscemodi igitur quippiam ab eo quoque exule eo tempore fiebat: omnis enim res incerta est. Horatius in ode quadam, & ipse moram apud inferos vocauit exilium propter similitudinem quandam: qui tamen vt leniret translationem illam, addidit quod exilium illud distingueret à ceteris exilijs: ita autem cecinit- omnium versatur vrna Serius ocyus, sors exitura: & nos in ęternum Exilium impositura cymbę. Nam non sine causa puto Demetrium admonuisse illam epistolam scriptam fuisse super exule sene, quod aliter cognitum non fuisset: mihi enim verisimile est aliquid leporis, elegantięque in eum locum aspersum fuisse ab ea ętate, propinqua morti, perpetuoque illi exilio, vt Flaccus inquit. Quę sequuntur Demetrij sunt, osten-

ostendentis genus illud sermonis magis aptum esse oratori, qui ad pompam verba faciat: & aliquam rem laudet, aut vituperet, quàm homini, qui sine vlla cura delectuque, aut verborum, aut sententiarum loquatur, quæ ratio idonea est sermonibus familiaribus: adhibeturque in dialogis, simulachris, imaginibusque illorum ipsorum sermonum: ἐπιδεικνυμένῳ enim quod inquit sine dubio valet id, quod ostendi. vnde demonstratiuum dicendi genus à Græcis ἐπιδεικτικὸν vocatum est. quamuis aliis quoque nominibus significetur.

Καὶ λύσεις συχναὶ, ὁποῖαι, οὐ πρέπουσιν ἐπιστολαῖς: ἀσαφὲς γὰρ ἐν γραφῇ ἡ λύσις. καὶ τὸ μιμητικὸν, οὐ γραφῆς οὕτως οἰκεῖον, ὡς ἀγῶνος.

Καὶ αἱ λύσεις, ἢ ἰδιοποιίαι

Et solutiones crebræ, quales, non congruunt epistolis: obscurum enim in scriptione dissolutio. & illud quod factum est ad imitandum, non est ita proprium suumque scriptionis, vt certaminis.

Vnum, quod si adhiberetur ad epistolas, nullo modo illic conueniret, præsertim si crebrum atq; illustre foret, esse in illis scribendis fugiendum docet, idest dissolutum ac sine coniunctionibus vllis tractatum. rationem autem statim sui consilii reddit: & cur inde id sedulo remouendum sit docet. inquit enim. Obscurum enim est in scriptione dissolutio ut contra in iis, quæ recitari debent: actioneque adiuuari, est perspicuum: hoc enim intelligere debemus, id, quod sanè ipse supra suo loco testatus est. Adiungit autem nunc. Et omne illud, quo imitamur aliquid non est ita suum, propriumque scriptionis, vt concertationis ac pugnæ: actores verò excitari dissolutione hac antea quoque declarauit. Est autem valde molestum initio huius præceptionis illud ὁποῖαι: neque enim apparet quales intelligat dissolutiones, & tamen videtur certum quoddam ipsarum genus notare. ut autem suspiciones omnes meas aperiam, vereor ne hic macula insederit. nam antecedentem etiam vocem in scriptis libris mendum occupauit, quod conatus olim sum tollere. nescio tamen an quod studui tunc præstare potuerim, ac pænè sententiam mutaui: cum enim illi habeant λύσεις ἰσχναὶ ὁποῖαι, tota hac re melius (vt arbitror) considerata, uereri cœpi ne legi potius debeat λύσεις ἠθοποιοὶ, vt id verbum, quod corruptum erat, iunctum fuerit: quod ab aliquo imperito sit postea dissectum: factumque temere ex illo ἰσχναὶ ὁποῖαι. Dionysius quoque Halicarnasseus in vita Lysiæ ex certa quadam compositione uerborum testatur nasci mores in oratione, & non solum ex sententiis, & quodam genere uerborum: & sanè affirmat illos cognosci, & apparere facile in oratione soluta: neq; tamen intelligit dissolutionem hanc, quam nunc significat Demetrius, sed vocat solutam orationem nexu comprehensionum illarum liberam, quæ appellantur περίοδοι: & numeris etiam, ut ex uerbis ipsius percipitur, quæ sunt hæc. Καὶ συντίθησι γε αὐτὴν ἁπλῶς πάνυ καὶ ἀφελῶς, ὁρῶν ὅτι οὐκ ἐν τῷ περιόδῳ καὶ τοῖς ῥυθμοῖς ἀλλ' ἐν τῇ ἀλελυμένῃ λέξει γίνεται τὸ ἦθος. Confirmauit etiam me in hac opinione, quod additum est hic de imitatione: cum enim supra nihil tetigerit Demetrius de ipsa, non perspicitur unde hoc aptum sit, quod ualet ad præceptum superius comprobandum, & cur repente incœperit de illa disputare. existimandum igitur est illud inclusum fuisse in verbo, quod corruptum est: magis enim aperte intelligitur continere in se imitationem: nec posse sine illa commode tractari mores quàm solutionem. Quin etiam uerbo hoc ipso iuncto utitur statim rhetor ille ut præcipere cœpit de hac ipsa re, idest de moribus: inquit enim. ἀποδίδωμι τι σῶ αὐτῷ καὶ τὴν δυναμιν ταύτην ἀρετὴν, καλουμένην δὲ ὑπὸ τῶν πολλῶν ἠθοποιΐαν & quæ sequuntur. Cogitandum igitur, an mihi in hac re contigerit, quod plerunque usu uenire peruulgata uoce ferebatur, ut posteriores cogitationes sapientiores fuerint.

Οἷον ὡς ἐν τῷ εὐθυδήμῳ. Τίς ἦν ὦ σώκρατες, ᾧ χθὲς ἐν λυκείῳ διελέγου, ἦ πολύς ὑμᾶς ὄχλος περιειστήκει. καὶ μικρὸν προελθὼν ἐπιφέρει. Ἀλλά μοι ξέ

νος τις φαίνεταί μοι εἶναι, ᾧ διελέγου, τίς ἦν; ἡ γὰρ τοιαύτη πᾶσα ἑρμηνεία καὶ μίμησις ὑποκριτῇ πρέπει μᾶλλον, οὐ γραφομέναις ἐπιστολαῖς.

Ueluti in Euthydemo. Quis erat Socrates, cum quo heri in Lyceo disputabas? quando vos magna turba hominum circumstabat. & cum paulum processisset infert. Sane mihi peregrinus quidam videtur esse, cum quo disputabas, quis erat? Huiuscemodi enim omnis locutio & imitatio histrioni congruit magis, non epistolis, quæ scribuntur.

Comprobare quod dixerat volens, locum moustrat è sermone illo Platonis, qui vocatur Euthydemus: in quo, quia couiunctioues loco positæ non suut, manifesto tenetur illum egere studio actoris: accommodatumque valde esse ad illius finem. ipse vero ita se rem habere declarat verbis, quę consequuntur exemplum: ait enim. Huiuscemodi nanque omuis locutio, & imitatio histrioni magis cohuenit, non epistolis, quæ scribuntur. extremum autem hoc posuit, quia pars est eius, à quo supra remouerat actionem: & præterea, quia posset aliquis certiorem facere amicum absentem per nuutium: mandataque illi dare, quę voce expoueret. qua in re locum haberet imitatio: ac si ille omitteret tunc coniunctiones, facilius posset commouere illum, cum quo agit. si tameu id, de quo agitur actioni accommodatum esset. Verba autem, quæ prima habita sunt in eo sermone exemplum in se continent: edita vero illa illic fuere à Critoue, quærente è Socrate quis nam foret homo, cum quo pridie in Lyceo ille disseruerat: cum enim ex alia tellure esset, ignotus ei erat. uam quod Demetrius adiungit primis illius verbis positus, nou nulla alia, quæ paulo post sita illic dicit, quę sunt interiecta inter ipsa, sunt quibus osteudit præ multitudine se non potuisse eò accedere: nec audire plane quippiam eorum, cum tameu sublato capite videre ipsum illum hospitem potuerit. quia igitur prima tantum ac postrema pars formam dicendi, quæ dicta est, retinebat, ideo relictis ceteris ipsa posuit. frequens igitur interrogatio: & eoruudem verborum in priucipio ac fine repetitio sine vllis copulis, vim eam, quam osteudit, habet. In posteriore sane parte huius exempli verba quædam immutata sunt: neque euim omnino illa legitur hic, vt apud Platonem, Sed hoc frequens apud hunc auctorem est.

Πλεῖστον δὲ ἐχέτω τὸ ἠθικὸν ἡ ἐπιστολή, ὥσπερ καὶ ὁ διάλογος: σχεδὸν γὰρ εἰκόνα ἕκαστος τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς γράφει τὴν ἐπιστολήν. καὶ ἔστι μὲν καὶ ἐξ ἄλλου λόγου παντὸς ἰδεῖν τὸ ἦθος τοῦ γράφοντος: ἐξ οὐδενὸς δὲ οὕτως, ὡς ἐπιστολῆς.

Plurimum autem habeat epistola moratum, quemadmodum et dialogus: ferme enim quisque imaginem animi sui scribit epistolam. & licet quidem & ex alia omni oratione videre mores scribentis: è nulla autem sic, vt ex epistola.

Cum remouisset ab epistola, quod ipsi non conueniebat, ostendit nunc quiddam, quod frequens in ea esse debet: summoque studio illic effingendum est: quod tamen epistolę proprium uou est, sed commuue ipsi cum dialogo. id autem est mores in ca expressi, iugeniumque scribentis. quod Demetrius ἠθικὸν vocat. cum igitur ipsam abundare debere hoc bono prædicasset: in primisque studium poni cum epistolam aliquis scribit, in hac re affirmasset, causam hanc sui consilij adfert. Fermè enim effigiem suorum morum singuli homines scribunt epistolam. quare in qua uon appareret ingenium,

genium, indolesq; scribentis non videretur epistola, & proprio ipsius bono careret.

Quod verò nunc de vi, naturaque epistolæ narrat Demetrius, nos quoque vulgo dicere solemus de illis, qui domum ędificant: affirmamus enim singulos homines semetipsos, quasi ædificare, idest formam illam ipsius sequi, quæ conuenit ipsorum naturæ: atque ita exprimere in ea re mores ingeniumque suum. Quod autem facit ad modum hunc loquendi, Dionysius quoque Halicarnasseus Lysiæ orationes dixit videri εἰκόνας morum. quia ille, summis virtutibus instructus scriptor, mirum quantum valeret in illis exprimendis: & ante oculos eorum, qui legerent, ponendis: nec vlli ferè mores hominum inuenirentur, quos ille aliquando aliquam occasionem nactus, in orationibus suis non adumbrasset, vel potius pinxisset, quare merito illę imagines, & simulacra illorum appellari poterant. Constituere verò volens quod dixerat, auctor hic noster inquit. Et licet sanè ex quacunque alia oratione videre mores eius, qui scribit è nulla tamen tam facile, proptięque, quàm ex epistola, quia scilicet in ipsa eximie illi expressi sunt, vt qui illam legit eodem tempore quasi apertum aspiciat pectus illius, qui scripsit, & intimos eius sensus omnes notos habeat. Fuit senarius antiqui poetæ, &, vt arbitror, Menandri, qui versus quod tangit hic Demetrius verum esse asseuerabat, cuius naturæ sit homo, melioris ne an deterioris notæ ex oratione ipsius cognosci. Græce ille ita pronuntiatus fuit. ἀνδρὸς χαρακτὴρ ἐκ λόγου γνωρίζεται. videtur igitur ad illam sententiam allusisse Demetrius, & vt id verum esse concessit, ita addidit è nullo genere orationis id magis percipi, quàm ex hoc, quod vocatur epistola.

Τὸ δὲ μέγεθος συνεστάλθω τῆς ἐπιστολῆς, ὥσπερ καὶ ἡ λέξις: αἱ δὲ ἄγαν μα-
κραί, καὶ προσέτι κατὰ τὴν ἑρμηνείαν ὀγκωδέστεραι, οὐ μὰ τὴν ἀλήθειαν ἐπιστολαὶ κγ'
γένοιντο ἄν, ἀλλὰ συγγράμματα, τὸ χαίρειν ἔχοντα προσγεγραμμένον. καθάπερ
τὰ Πλάτωνος πολλά, καὶ ἡ Θουκυδίδου.

Magnitudo autem epistolæ contrahatur, quemadmodum & locutio: valde enim longæ, & præterea oratione tumidiores, non per veritatem epistolæ, sed opera essent, quæ gaudere, adscriptum habeant. quemadmodum Platonis multa, & epistola Thucydidis.

Cum ex epistola oportere intelligi naturam, & mores eius, qui scribit, ostendisset, de magnitudine ipsius nunc disserit: & quàm longa illa esse debeat præcipit. tradit igitur contrahi debere epistolæ longitudinem, & quasi corpus, quemadmodum eiusdem locutionem: ut enim illa non valdę ornata, & polita esse debet, ita si magnitudo ipsius nimis porrigeretur, importuna foret. libere autem prununtiat quid sentiat de hac re contra magnos etiam auctores. qui id, quod ipse reprehendit, commiserant, qui tamen (vt arbitror) non hoc verum rectumque esse, quod fecerant, existimabant. vt erant prudentes, & diserti viri: nec iudicio peccauerant, sed commoda quædam sua tunc secuti fuerant. cum enim argumenta cepissent, quę paucis exponi non possent, & ad absentes scriberent, necessario aliquo modo in hoc vitium incidebant: plures enim erant, quæ terminos, iustamq; mensuram epistolæ transirent, ipsius sententia, quæ (vt ait) dignæ potius videbantur, quę libri vocarentur quàm epistolæ, si tamen eædem vt longiores quàm oporteret, ita etiam inflatiores ac tumidiores essent libri autem, in quorum principio, fronteque adpositum foret gaudere, vel bene rem gerere, vt erat mos Græcorum notare in capite epistolarum; declarabant enim hoc pacto statim voluntatem suam egregiam erga illos, ad quos scriberent, quod valebat ad eorum gratiam ineundam. cum verò quæ huiuscemodi sint ostendere vellet, inquit Platonis multas tales esse: & vnam quandam Thucydidis. Demetrio igitur illa etiam Ciceronis, qua petijt à L. Lucceio, vt res suas gestas scriberet, epistola visa non foret,

foret, atque id duabus de causis, & quia satis longa est, & quia est omni verborum ornatu, sententiarumque expolita: adhibuit enim in ea scribenda stilum eundem, quo vtebatur cum domi orationes scriberet. ipse tamen laudat ipsam Pomponio: bellamque appellat, quod vere de ipsa prædicare potuit. præterea cum Pomponius se illi purgasset, quod in epistolis ad ipsum garrulus sibi visus esset, inquit Atticum non bene sensum animi sui percepisse, quia epistola ipsius longissima quæque optima sibi videretur, quod, vt commemorat, prædicauerat prius Aristophanes grammaticus de Archilochi iambis: cum enim quęsitum ex eo esset quis optimus eorum esse ipsi videretur, eo modo respondit,

Καὶ τῇ συντάξει μέντοι λελύσθω μᾶλλον: γελοῖον γὰρ περιοδεύειν, ὥσπερ οὐκ ἐπιστολὴν, ἀλλὰ δίκην γράφοντα, καὶ οὐδὲ γελοῖον μόνον, ἀλλ᾽ οὐδὲ φιλικόν: τὸ γὰρ δὴ κατὰ τὴν παροιμίαν, τὰ σύκα, σύκα λεγόμενον, ἐπιστολαῖς ταῦτα ἐπιτηδεύειν.

Et structura quidem verborum dissolutior potius fit: ridiculum enim in orbem includere sententias, tanquam non epistolam, sed causam scribas, & non solum ridiculum, sed neque amicitiæ aptum: quod enim prouerbio fertur, ficum, ficum dicere, idem in epistolis oportet custodire.

Addit aliud, quod custodiri debere, propriumque epistolę esse putat, quia remotum est a nimia cura, studioque, quod illic nullo modo congruit. hoc autem est, vt, quod ad structuram, compositionemque verborum pertinet, sit dissolutior, nec certis ambitibus, comprehensionibusque clausa. idest & cęsim, membratimque feratur oratio: dissolutam enim compositionem hanc appellat. estque sine dubio hæc diuersa compositio ab illa, quam supra docuit minime conuenire epistolis. Quàm autem locum in epistola non habeat structura contraria huius ostendere volens: vitiumque ipsius demonstrare, inquit. Ridiculum enim est orbes illos in epistola fabricare, qui vocantur περίοδοι, tanquam si causam aliquam in foro agas, & non domi epistolam scribas: nec tantum ridiculum, verum etiam alienum ab officio amicorum inter se. prius illud obest, quia indicat iudicio carere, qui scribit: ornareque rem alieno decore, & quod illic aptum non est. alterum impedit consilium ipsius, qui fortasse id moliebatur, vt iucundior esset amico. contra enim cura illa tanta, diligentiaq; præ se fert omne aliud magis q̃ simplicitatem illam, quę postulatur in amicitia. Quam minime autem conueniat tantam curam ponere in texendis verbis, & in orbem illum sententiis redigendis, declarat, affirmans in contraria re potius studium esse adhibendum: in quo vtitur voce peruulgata apud Græcos, quæ significabat suis, propriisque nominibus singulas res esse appellandas, & non vtendum circuitione, fuco ve vllo verborum: idem igitur auctor est nobis, vt faciamus in epistolis. Prouerbii huius mentionem quoque fecit Lucianus in libro, quem scripsit de lege historiæ. qui videtur ostendere è comœdia quadam sumptum illud esse. res autem pręterea illic alia appellatur, quæ dicebatur eodem pacto esse tractanda. est igitur apud lepidum eum scriptorem: in eo tamen opere magis grauem, quàm in ceteris. ὡς ὁ κωμικός φησι τὰ σύκα, σύκα, τὴν σκάφην δὲ σκάφην ὀνομάσων. Dionysius quoque in vita Lysiæ, cum moratas orationes ipsius in primis esse probare vellet. cuius boni obtinendi, vt ostenditur illic, tres viæ, rationesque sunt, quarum vna est ea, quam hic accommodatam esse epistolæ tradit Demetrius, inquit componere illum venustissimum scriptorem verba simpliciter, & pure, & qui videret non ex periodis, & numeris, sed ex soluta locutione nasci mores, nam moribus ornatam etiam esse oportere epistolam supra noster auctor significanit: vnde adiuuat hoc quoque id consilium.

Εἰδέναι δὲ χρὴ ὅτι οὐχ ἑρμηνεία μόνον, ἀλλὰ καὶ πράγματά τινα ἐπιστολι

κά

καί ἐστιν. ἀριστοτέλους γοῦν, ὃς μάλιστα ἐπιτετυχέναι δοκεῖ τοῦ τύπου ἐπιστολικοῦ, Τοῦτο δὲ οὐ γράφω σοί φησιν: οὐ γὰρ ἦν ἐπιστολικόν.

Scire autem oportet, non solum elocutionem, verum etiam res quasdam esse accommodatas epistolis, Aristoteles sane, qui præter ceteros videtur consecutus formam epistolarem. Hoc autem non scribo ad te inquit: non enim epistolæ accommodatum est.

Postquam, qui stilus conuenit epistolæ, docuit, quę sua, propriaq; materia est eiusdem, præcipit: putat enim non omnem rem commodè posse epistola explicari. inquit igitur. Non debet nos fallere, non tantum certum quoddam genus dicendi habere epistolas, verum etiam esse res quasdam veram materiam ipsarum, & quæ illic mirifice quadrent. Auctoritate autem Aristotelis hoc confirmat, qui in epistola quadam id testatus fuerat. antequam tamen verba ipsius ponat, ostendit testimonium ipsius in hac re magni ponderis esse. affirmat enim ipsum existimari à prudentibus veram formam epistolæ scribendæ consequutum fuisse: & in hac quoque re, vt in reliquis, multum vidisse. Simplicius quoque in commentariis in categorias, cum de obscuritate, qua vtitur multis suis in operibus Aristoteles, disputaret, probare volens eum natura talem non fuisse, sed iudicio, ac voluntate, dixit facultatem ipsum planè scribendi habuisse indicare notam epistolarum ipsius, additque neminem eorum, quorum notitia habeatur, similem illi fuisse in forma, quæ conuenit epistolis tractanda: ipsius vero testimonium de hac re, quod citat, Demetrius est. Hoc autem tibi non scribo: non enim est epistolæ aptum.

Εἰ γάρ τις ἐν ἐπιστολῇ σοφίσματα γράφει καὶ φυσιολογίας, γράφει μὲν, οὐ μὴν ἐπιστολὴν γράφει: φιλοφρόνησις γάρ τις βούλεται εἶναι ἡ ἐπιστολὴ σύντομος καὶ περὶ ἁπλοῦ πράγματος ἔκθεσις καὶ ἐν ὀνόμασιν ἁπλοῖς.

Si enim aliquis in epistola sophismata scribit & naturæ rationes, scribit quidem, non tamen epistolam scribit: expressio enim quædam amoris debet esse epistola, concisa, & de simplici re expositio, & in nominibus simplicibus.

Sequitur Demetrius, ita prorsus se illud habere ostendens. Si enim aliquis in epistola acutas disputationes scribit, quales sunt vocatorum sophistarum, siue naturę ipsius rationem explicat, scribit sanè, litterisque mandat res illas, non tamen epistolam scribit, quod vt comprobet, cuiusmodi debeat esse epistola docet. inquit enim. Scriptio enim quædam humanitatis, illecebrarumque plena debet esse epistola, & illa quidem breuis, & simplicis cuiusdam rei expositio. eodemque pacto simplicibus nominibus texi. Hinc igitur percipitur, euoluta vi naturaque epistolæ, quantopere peccent illi qui res obscuras, & remotas à sensibus hominum communique vita, includebant in epistolis. Epicurus autem in eam culpam potissimum incidit, vt intelligere licet ex scriptis Laërtii, quibus vitam ipsius subtiliter persecutus est: nouam enim illam suam rationem cum integris voluminibus antea copiose explicasset, de iisdem rebus scripsit postea ad amicos non nullas epistolas, quibus erudire ipsos voluit, & tradere paucis disciplinam illam, cuius ipse princeps & auctor fuerat: hoc enim ipsi sedulo ab eo petierant qui vellent degustare præcepta primo illo tempore mirifice grata & accepta hominibus. Leguntur autem tres huiuscemodi epistolæ illic, quarum prima est ad Herodotum de rebus naturalibus. secunda ad Pythoclem de rebus superis. tertia ad Menæceum de rebus bonis ac malis.

o.

Κάλλος μέντοι αὐτῆς αἵ τε φιλικαὶ φιλοφρονήσεις. καὶ πυκναὶ παροιμίαι ἐνοῦσαι· καὶ τοῦτο γὰρ μόνον ἐνέστω αὐτῇ σοφόν, διότι δημοτικόν τί ἐστιν ἡ παροιμία καὶ κοινόν· ὁ δὲ γνωμολογῶν, καὶ προτρεπόμενος, οὐδ' ἐπιστολῆς ἔτι λαλοῦντι ἔοικεν, ἀλλὰ μηχανῆς.

Pulchritudo sane ipsius erunt inter amicos aptæ blandiciæ. & crebra proverbia illic inclusa: etenim hoc tantum in ipsa existat sapiens, quia populare quiddam est proverbium, & commune: qui autem sententias edit, & suadet aliquid, non ei similis est, qui per epistolam loquatur, sed per machinam.

Cùm supra maiore cura scribi debere epistolam, quàm dialogum dixisset, qualis esse debeat ornatus ille, expolitióque, declarat. inquit enim pulchritudinem ipsius, atque honestatem esse blandicias illas, quæ mutuo vsurpantur ab amicis, nec non crebra prouerbia, in eam inserta, cui statim addit. (videbatur enim hoc egere confirmatione: prouerbia nanque olent prudentiam non paruam, & sunt tanquam sententiæ quędam vsu ipso veræ cognitæ ac comprobatę, cum contra in epistola nihil poni debeat valde eruditum) hoc solum rectè collocari in ea posse sapiens, ac remotum à captu idiotarum. quia popularis res est prouerbium, & communis, idest cuius propter frequentem ipsius vsum nemo ignarus esse potest. vnde vidimus magni iudicii poetam Terentium Andria sententiam grauem in ore serui collocare; quia peruulgata erat. In quam verò culpam incideret, qui tanquam sententias cuderet, dum scriberet epistolam: & aliquem accuratè quopiam impelleret auctoritate sua, ostendit dicens, qui hoc temptaret similem futurum ei, qui nō per epistolam cum aliquo loqueretur, sed per machinam, instrumentumque quoddam, quo in scenam personæ deorum repente descendebant. deorum enim proprium esse videtur: naturæque illi prę stantissimæ conuenit, præcipere hominibus quid facto opus sit, & quæ sequi illos oporteat in vita aut fugere, demonstrare. mortales verò cum huiuscemodi aliquid aggrediuntur arroganter faciunt. vnde tota hęc ratio remouenda est ab epistola. Quod si aliquibus hoc licet propter admirabilem quandam opinionem sapientię, illa pręcepta nimis tristis est ac seuera: nec conuenit vllo modo epistolę.

Ἀριστοτέλης μέντοι καὶ ἀποδείξεσί που χρῆται ἐπιστολικαῖς, οἷον διδάξαι βουλόμενος, ὅτι ὁμοίως χρὴ εὐεργετεῖν τὰς μεγάλας πόλεις καὶ τὰς μικράς, φησίν. Οἱ γὰρ θεοὶ ἐν ἀμφοτέραις ἴσοι. ὥστ' ἐπεὶ αἱ χάριτες θεαί, ἴσαι ἀποκείσονταί σοι παρ' ἀμφοτέραις: καὶ γὰρ τὸ ἀποδεικνύμενον αὐτὸ ἐπιστολικόν, καὶ ἡ ἀπόδειξις αὐτή.

Aristoteles sane & demonstrationibus quibusdam locis vtitur epistolarum propriis. ceu docere volens, quod eodem pacto decet beneficia conferre in magnas ciuitates & in paruas, inquit: Dii enim in vtrisque æquales. quapropter quia Gratiæ deæ, æquales constituentur à te apud vtrasque: etenim ipsum quod demonstratur epistolæ accommodatum est, & demonstratio hæc ipsa.

Cum affirmasset quidquid sapiens est ac pręter sensus hominum, abhorrere ab epistola: videret autem accuratam argumentationem de aliqua re, quod negari non potest quin sapientię opus sit, aliquando vsurpatam in epistola ab Aristotele, de hoc ago

ro

re voluit: ac sine culpa vlla id attigisse prudentem scriptorem declarare, quia ratio illa simul, & venusta est: & venustatis plenam materiam tractat, quare intelligitur esse accommodata epistolæ. inquit igitur. Aristoteles sane quibusdam locis demonstrationibus vtitur, aptis tamen epistolæ: hoc enim arbitror valere, quod adiunxit ἐπιστολικαῖς. ceu cum docere vellet oportere eodem pacto beneficia conferre in ciuitates magnas, & paruas. ita agit. Dij enim in vtroque genere vrbium sunt pares, æqualesque, & non (hoc enim videtur intelligi debere) magnæ magnos deos habent: paruæ autem paruos. quare inquit cum gratiæ sint deę: hæc enim altera propositio est, quæ sumitur ad concludendum, pares à te in vtrisque collocari debent, & non magnitudine inter se differentes, quæ conclusio manifesto est. χάριτας autem, & deas ipsas vocari, & beneficia conlata in quempiam apertum est. statim autem Demetrius infert, quod vindicat à vitio totum eum locum, vel potius ipsum mirifice ornat. aptum autem est è superioribus ipsius verbis, ait enim. Etenim id, quod probatur: rationeq; concluditur, epistolę accommodatum est, & probatio itidem ipsa.

Ἐπεὶ δὲ καὶ πόλεσί ποτε καὶ βασιλεῦσι γράφομεν, ἔστωσαν δὲ αὗται αἱ ἐπιστολαὶ, μικρὸν ἐξηρμέναι πως· στοχαστέον γὰρ καὶ τοῦ προσώπου, ᾧ γράφεται. ἐξηρμένη μέν τοι καὶ οὐχ ὥστε σύγγραμμα εἶναι ἀντ᾽ ἐπιστολῆς, ὥσπερ αἱ ἀριστοτέλους πρὸς ἀλέξανδρον, καὶ πρὸς τοὺς δίωνος οἰκείους ἡ πλάτωνος.

Quia autem & ciuitatibus aliquando & regibus scribimus, sint sane hæ epistolæ, paulo elatiores aliquo modo: attendere nanque oportet & personam cui scribitur. Elatior sane fuerit, non tamen vt volumen sit pro epistola. Quemadmodum illæ Aristotelis ad Alexandrum, & ad Dionis propinquos epistola Platonis.

In extremo huius de epistolæ modo præceptionis narrat Demetrius mutatis personis, mutari etiam aliquantulum debere stilum rationemq; omnem scribendi. si fuerint scilicet illę inter se magno interuallo discrepantes, vt sunt regum atque opulentissimorum virorum, siue ciuitatum nationumque, ac priuatorum hominum. inquit enim. Quia autem, & ciuitatibus aliquando, & regibus scribimus, sint sane huiuscemodi epistolæ paulum elatę: proponere enim sibi oportet eum, qui scribit, personam eius ad quem scribit: efficereque, ut illa ipsi respondeat, cum igitur his verbis concessisset, vt grandior illa vndique esset, ne tamen aliquis sibi putaret licere illam in immensum augere, tanquam terminos figit, quos transire non oporteat, quare addit. Elatior sane sit illa, non tamen ita, vt liber sit: volumenque ab aliquo docto viro conditum, cuiusmodi inquit sunt (nam monstrat illas, vt opinor, quas putat esse instar operis alicuius) epistolæ Aristotelis ad Alexandrum Macedonem, & epistola Platonis ad Dionis propinquos. Supra certe, cum ostendere vellet, quę hac culpa laborarent, sine dubio Platonis multas tales esse affirmauit. quare Aristoteles etiam, & si illum magnopere probatum fuisse in hoc genere scriptionis narrat, potuit aliquando, victus materia ipsa opulentissimiq; regis dignitate, ad quem scribebat, mensuram quam putat Demetrius iustam esse, transire: magisq; seruire illis rebus, quàm naturæ ipsius epistolæ, si tamen breuitas omnino est vis & natura illius: neq; enim omnes eodem pacto de hoc senserunt.

Καθόλου δὲ μεμίχθω ἡ ἐπιστολὴ κατὰ τὴν ἑρμηνείαν ἐκ δυοῖν χαρακτήροιν τούτοιν, τοῦ τε χαρίεντος καὶ τοῦ ἰσχνοῦ. καὶ περὶ ἐπιστολῆς μὲν τοσαῦτα, καὶ ἅμα περὶ τοῦ χαρακτῆρος τοῦ ἰσχνοῦ.

In vniuersum autem misceatur epistola, quod ad locutionem facit, ex duabus his formis, venusta inquam & tenui. & de epistola quidem tot, & simul de forma tenui.

Demum inquit, vt finis imponatur huic disputationi de epistola: in vniuersumque, quod restat, exponatur. quod ad stilum facit, genusque orationis, temperetur epistola è duabus his formis, ex venusta scilicet lepidaque: & ex tenui ac gracili, quod postquam protulit, concludit præceptionem hanc, atque inquit. Et de epistola quidem hæc satis sint, simulque de tenui nota. nam supra etiam testatus sum aliquo modo absolutam fuisse explicationem formæ huius subtilis, cum incœpit disserere de lege, rationeque scribendæ epistolę. Cum autem, quid senserit de vera forma ornatuque epistolę auctor hic noster, cognitum iam sit: singulæque ipsius sententiæ diligenter ponderatæ, libet indicare iudicium quoque fecisse de eadem re rogatum ab amico doctissimum, eundemque sanctissimum virum, Gregorium Nazianzenum in epistola quadam ad Nicobulum, quæ tamen vnà cum aliis non nullis formis adhuc excusa non est. sedulo igitur theologus ille politissimus in ea primum disputat de magnitudine ipsius, quam putat argumento rebusque, de quibus illic agitur, accommodari debere. deinde quomodo obtineri possit, vt illa plana, apertaque sit cum dignitate aliqua, docet: hoc enim quoque ab illa in primis postulatur. ad extremum de lepore ipsius, ac venustate diligenter loquitur: & quæ ratio sit illius pariendæ tradit. Mentionem sanè Gregorius in ea nullam Demetrii facit: nec ab iudicio ipsius, si quis accurate videat, dissentit. qui tamen putaret ipsum hunc locum huius libelli legisse, & ad ipsum etiam iudicium suum accommodasse (vt opinor) non erraret. quamuis primo ille uideatur ea parte dissentire, qua remouit ab epistola longitudinem Demetrius, præceptumque illud veræ mensuræ irridere.

Παράκειται δὲ καὶ τῷ ἰσχνῷ διημαρτημένος χαρακτὴρ, ὁ ξηρὸς καλούμενος· γίνεται δὲ καὶ οὗτος ἐν τρισίν. ἐν διανοίᾳ μὲν, ὥσπερ τις ἐπὶ Ξέρξου ἔφη, ὅτι κατέβαινεν ὁ Ξέρξης μετὰ πάντων τῶν ἑαυτοῦ: μάλα γὰρ ἐσμίκρυνε τὸ πρᾶγμα, ἀντὶ τοῦ μετὰ τῆς ἀσίας ἁπάσης ἐπεῖν; μετὰ πάντων τῶν ἑαυτοῦ φήσας.

Vicina autem est tenui, viciosa forma, quæ uocatur arida: nascitur autem & hæc in tribus. in sententia quidem, quemadmodum quidam de Xerxe inquit, quod descendit Xerxes cum omnibus suis: valde enim extenuauit rem, pro illo. cum cuncta Asia, dicens cum omnibus suis.

De nota, quæ cum vellet tenuis esse, & in illo genere prædita ea virtute, quæ illic existit, inde cadit, ac vitijs multis affinis est, agit. idem contingere in nota tenui, quod in reliquis, prius ostendens, vt prope se positam illa vera habeat hanc falsam ac vitiosam. vocari verò ipsam aridam affirmat, quam statim etiam testatur manere in ijsdem tribus rebus, quibus reliquæ formæ & rectæ, & deprauatę consistunt. Primum igitur quomodo hęc labes in sententia gignatur, declarat, commemorans vocem cuiusdam: nomine enim ipsum non appellat, qui cum de Xerxe loqueretur: ipsiusque in Græciam irruptione, cum innumerabilibus copiis, inquit ipsum cum omnibus suis descendisse statim autem auctor explanat insulsitatem hominis, vereque aridum ieiunumque ipsum fuisse declarat: valde enim ait, minuit, extenuauitque rem. Vt verò magis errorem illius patefaceret, quomodo res illa, omnium maxima exponenda foret, si quis id, quod decet, seruare voluisset, exponit his uerbis. Cum enim dicendum foret, cum vniuersa Asia, dixit cum omnibus suis, tanquam de aliquo patre familias loqueretur qui omnes suos quopiam secum duxisset: vt sanè Cicero locutus est in quarto libro in Verrem,

Verrem, cum ostendere vellet magnitudinem iniriç, quam qui hoc fecerunt, accepissent, & quantam lætitiam cepissent ex aduentu suo. inquit enim. Heraclius ille, & Epicrates longe mihi obuiam cum suis omnibus processerunt.

Περὶ δὲ τὴν λέξιν γίνεται τὸ ξηρόν, ὅταν πρᾶγμα μέγα σμικροῖς ὀνόμασιν ἀπαγγέλλῃ. οἷον ὡς ὁ γαδαρεὺς ἐπὶ τῆς ἐν σαλαμῖνι ναυμαχίας φησί, καὶ τοῦ φαλάριδος τοῦ τυράννου ἔφη τις. Ἄττα γὰρ ὁ φάλαρις ἠνώχλει τοῖς ἀκραγαντίνοις. ναυμαχίαν γὰρ τοσαύτην, καὶ τυράννου ὠμότητα, οὐχὶ τῷ ἄττα ὀνόματι: οὐδὲ τῷ ἐνόχλει ἐχρῆν λέγειν, ἀλλ' ἐν μεγάλοις καὶ πρέπουσι τῷ ὑποκειμένῳ πράγματι.

Circa locutionem autem exoritur aridum, quando rem magnam pusillis verbis quis exposuerit. ceu Gadareus de pugna nauali prope Salamina ait. & de Phalaride tyranno quidam inquit: Si quibus enim in rebus Phalaris molestus fuit Agrigentinis; pugnam enim naualem tantam & tyranni sæuitiam, non nomine illo si quibus neque molestus fuit, oportebat dicere: sed magnis & quæ decerent rem, de qua agebatur.

In verbis, iisque omnibus, quæ ad locutionem referuntur, nascitur, inqnit, ariditas, qnum rem magnam aliquis tenuibus, minutisq; verbis exposuerit. Exemplis verò vitinm eriam hnc demonstrare volenr, tradit Gadareum in hanc culpam incidisse, cum de nauali pugna, quę prope Salamina commissa est, loqueretur. Quis fuerit Gadareus hic, quem significat Demetrius, mihi compertum non est. à patria certe ipse illum appellat. Gadara vero vocatam Syrię vrbem, quæ & Antiochia & Seleucia variis temporibus nnminata est, veteres illi memnriæ prndiderunt. Sed aliud præterea hic molestum est, quod vnx Gadarei illius recitata non est. siue illa negligentia librariorum defecit, siue vt nnta & peruulgata, omissa ab auctnre fuit: ex verbis tamen, quę sequuntur Demetrij, quibus videtur declarare voluisse ambo hæc exempla, suspicari aliqnis posset ijsdem illis verbis vsum quoque fuisse Gadareum in illa re narranda, quibus alter ille in improbis factis Phalaridis aduersus Agrigentinos ostendendis, quod si verum foret, mirnm qunmodo diuersi hnmines ijsdem verbis abuti potuerint in longe alius rebns narrandis, quibus tamen rebus conuenerit inter se, vt fuerint grandes, & dignæ mainre apparatu verbornm, & eosdem illos, quia hoc fecerint, insimulari. sed relicto priore exemplo, vt incerto, de Phalaride tyranno quendam verba fecisse narrat, vtentem ratione illa praua & vitiosa, quam patefacit. vocem autem eius ponit, quæ valet. Quibus sanè in rebns, huiuscemodiqne aliis non nullis molestus fuit Phalaris Agrigentinis. nam illud ἄττα factum videtur rebus minutis. & quę ferri facile possint, significandis: eodemque pacto ἐνοχλεῖν verbum ostendit leuia impedimenta cuipiam adlata, quæ potius aliquantulum perturbent, quàm valeant hominem labefactare, & statu rerum suarum ipsum euertere. testimonin huic rei esse potest quod Aristoteles vocauit σοφιστικὰς ἐνοχλήσεις: negotia, quæ sophistæ cuipiam exhibent in disputando. cum scilicet fallacibus suis rationibus moram illi adferunt: manifesto enim astutam illorum rationem illic contempsit, & verbo ei accusandæ apto appellauit. mala vero, quæ attulit sænus ille rex ciuibus suis longe aliud efficiebant. in explicatione igitur horum exemplorum Demetrius inquit nullo modo illis nominibus illic oportuisse uti. sed grandibus, & quæ conuenirent rei, quæ narrabatur, ac materiæ denique ipsi.

Ἐν δὲ συνθέσει γίνεται τὸ ξηρόν, ἤτοι ὅταν πυκνὰ ᾖ τὰ κόμματα. ὥσπερ ἐν τοῖς ἀφορισμοῖς ἔχει. Ὁ βίος βραχύς, ἡ τέχνη μακρά, ὁ καιρὸς ὀξύς, ἡ πεῖρα σφαλερά. ἢ ὅταν ἐν μεγάλῳ πράγματι ἀποκεκομμένον ᾖ τὸ κῶλον καὶ μὴ ἐκπλέων.

In compositione autem nascitur aridum, siue quando crebra fuerint incisa. vt in aphorismis. Vita breuis, ars longa, occasio acuta, experientia lubrica: vel quando in magna re amputatum fuerit membrum, & non plenum.

Tertia, quæ restabat, ratione quomodo gignatur hoc malum ostendens, inquit in compositione verborum effici aridum hunc stilum duobus modis; prior eorum est, quando incisa fuerint crebra, vt in aphorismis Hippocratis: rursus enim eò se confert, vtiturq; exemplo initio eius operis, vt fecit non longe à principio huius suæ scriptionis Demetrius. Alter modus ita peccandi est, vt ipse accurate docet, quando in magna re aliqua exponenda membrum fuerit amputatum, & nullo modo perfectum, completumque. Animaduertendum autem in priore ratione huius culpæ admittendæ videri dissentire inter se hunc nostrum auctorem, & Hermogenem. vel potius in existimanda compositione illa, qua vsum ambo testati sunt Hippocratem in eo præclaro opere, quod vocauit aphorismos: cum enim manifesto hic noster vitio ipsam affinem esse uelit, ille potius videtur laudare & grandem, honorisque plenam putare: ostendere enim volens, quæ membra habeant dignitatem (intelligo autem quæ ille vocat σεμνὰ) inquit huiusmodi esse, quæ breuiora fuerint: addiditque oportere ipsa esse tanquam aphorismos, nec tamen Hermogenes ponit exemplum Hippocratis ipsius, contentus (vt arbitror) hoc indicasse, sed Platonis. qui cum animos immortales esse probare vellet, ita argumentatus est. Animus omnis est immortalis: quod enim semper mouetur immortale est, & quæ sequuntur.

Ὥσπερ τις Ἀριστείδου κατηγορῶν, ὅτι οὐκ ἀφίκετο εἰς τὴν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίαν. Ἀλλὰ αὐτόκλητος ἔφη, ὅτι ἡ μὲν Δημήτηρ ἦλθε καὶ συνεναυμάχει: Ἀριστείδης δὲ οὔ: ἡ γὰρ ἀποκοπὴ καὶ ἀπρεπὴς καὶ ἄκαιρος. ταῖς μὲν τοιαύταις ἀποκοπαῖς ἐν ἑτέροις χρηστέον.

Quemadmodum quidam Aristidem accusans, quod non venit in pugnam naualem prope Salamina, Atqui inquit sua sponte Ceres venit & vna nobiscum pugnauit: Aristides autem non: abscisio enim & indecora & intempestiua est. huiuscemodi quidem abscisionibus in alijs vtendum est.

Exemplo illustrare posterius hoc volens, tradit in hanc culpam incidisse quendam, qui Aristidem illum Atheniensem, omnium iustissimum, criminatus est: accusauit .n. illum, quod in pugna nauali, quę propè Salamina commissa est, non fuit: nec operam suam patriæ præbuit: ijs enim verbis, vel potius hac ipsorum structura ipsum usum tradit. Atqui inquit sponte sua & minime vocata Ceres eò venit, & vnà cum Græcis contra Persas pugnauit: Aristides autem non. αὐτόκλητος idem (vt opinor) hic valet quod αὐτόματος, nisi fallor autem eo potissimum, quicunque ille fuit, verbo illic vsus est, quia voluit eripere Aristidi facultatem tuendi factum suum: dixisset enim se vocatum non fuisse; pręsertim cum eo tempore eiectus Athenis esset. Si tamen inuocata Ceres illic astitit, magis videbatur non debuisse expectare Aristides, dum vocaretur. Scholion vetus in Homerum: & eruditis illis temporibus confectum, eodem verbo vsum est, cum exprimeret locum eum, quo Phœnix in extrema sua oratione significauit Achilli valde ipsum peccaturum esse, si rogatus tunc, multisq; muneribus donatus, noluerit opem ferre Græcis: idemq; postea, quod sane factum est, sponte sua, sine vlla eorum gratia ac muneribus, opitulatus ipsis fuerit. Verba eius sunt. ἐλέγχει ὅτι καὶ ἄκων ὕστερον αὐτόκλητος ἐπικουρήσει. Addit Demetrius, vitium illius compo-

sitionis

fitionis declarans. Amputatio enim illa, & quasi decurtatio, & indecora est & intempestiua: non conuenit enim vllo pacto amplitudini eius rei, de qua agitur, cum sit minuta ipsa: & quæ alio loco temporeque adiuuare potest, illic prorsus inutilis est ac nocet: neque enim dubitandum est, quin huiuscemodi abscisionibus aliquando locus sit, vt auctor etiam testatur, qui inquit aliis in locis ipsis vti oportere. Exempla autem ipsarum sunt apud Græcos, & Latinos poetas: non dissimilia enim sunt illa quoque apud Virgilium, cum terminauit versus his duobus monosyllabis mus, & bos. Videndum autem est, an hoc quod in extremo posuit, huiuscemodi scilicet incisionibus alibi locum esse, pertineat etiam ad superiorem partem: nomen enim idem pæne est: pusilla enim illa membra, vel potius non integra membra, inde κόμματα appellata sunt. loca vero quędam in orationibus requirere genus illud dicendi concisum, certum est, cum scilicet commotus valde est orator, & inflammare vehementer cupit eos qui audiunt: tunc enim ira illa ingens & atrocitas eius facti non patitur vt absoluat membra: longioresq́; comprehensiones conficiat: multoq́; magis feriunt animum auditoris sententię, quæ paucis verbis continentur, siue singulis nominibus inclusę sunt: vt autem qui tempore hoc facit, laudem magnam meretur, ita contra, qui semper ac sine delectu vllo, in iustam reprehensionem incidit. Vnde non defuerunt qui Sallustium, prudentissimum alioqui scriptorem, hoc nomine insimularint: & aridum nimis: minutumq́; in compositione illa verborum, quam amauit, fuisse putarint. Sed hoc relicto, proprie de quo quæsitum est, ad inferius præceptum arbitror pertinere, quamuis aliquo modo etiam accommodari possit superiori parti.

Πολλάκις μέν τοι τὸ μὲν διανόημα αὐτὸ ψυχρόν τί ἐστι, καὶ ὡς νῦν ὀνομάζομεν κακόζηλον: ἡ σύνθεσις δ᾽ ἀποκεκομμένη, καὶ κλέπτουσα τοῦ διανοήματος τὴν ἄδειαν: ὥσπερ ἐπὶ τοῦ νεκρᾷ τῇ γυναικὶ μιχθέντος ἔφη τις, ὅτι οὐ μίγνυται αὐτῆς ἀνήρ: τὸ μὲν γὰρ διανόημα, καὶ τυφλῷ δῆλον φασίν: ἡ σύνθεσις δὲ συσταλεῖσα κλέπτει μέν πως τὴν ἄδειαν τοῦ πράγματος: ποιεῖ δὲ τὴν νῦν ὄνομα ἔχουσαν ξηροκακοζηλίαν, συγκειμένην ἐκ δυοῖν κακῶν, ἐκ μὲν τῆς κακοζηλίας, διὰ τὸ πρᾶγμα: ἐκ δὲ τοῦ ξηροῦ, διὰ τὴν σύνθεσιν.

Sæpe sane sensus ipse frigidum quiddam est: &, vt nunc nominamus, cacozelus: compositio autem abscissa, & quæ furatur sensus eius licentiam. Quemadmodum de eo qui cum vxore mortua mixtus erat, dixit quidam. quod non miscetur amplius cum ipsa: sensus enim vt aiunt, cæco apparet. compositio autem contracta, furatur aliquo modo licentiam eius rei. efficit autem quæ nunc nomen habet ξηροκακοζηλίαν, *concretam è duobus malis, ex mala affectatione, propter rem: & ex arido propter compositionem.*

Adiungit Demetrius demonstrare volens, quando, vt in malis, hæc minuta, concisaque compositio fructum aliquem ferat. sæpe numero sententiam ipsam frigidam esse, & dignam, quę κακόζηλος vocetur, de quo vitio supra disseruit, cum quo illud ostendatur, nomen ipsius ætate vsurpari solitum hic tradat. compositionem verò concisam quasi tegere illud & obscurare, efficereque aliquo modo, vt id, quod alioqui turpe esset: nec aures hominum tulissent, si plene enuntiatum fuisset, tuto edi possit. Exemplo verò cuiusmodi hoc fit ostendere volens, recitat vocem cuiusdam, qui rem flagitiosam, ac tætram exponens, artificio hoc vsus est, & tanquam velo quodam operuit spurcitiem eius facti breuitate ipsa. sermo habebatur de homine, qui corpus miscuerat cum vxore mortua, inquit igitur ille. οὐ μίγνυται αὐτῆς ἀνήρ. diligenter autem De-

metrius bonum huius rationis exponit, sed male factum est, quod locus mendosus est: & macula quapiam inquinatus. quare non omoino percipitur artificium illius, qui ita locutus est, sed cum huic malo (vt opinor) vix medicina adhiberi possit, agamus de studio auctoris, quo voluit illustrare consilium ipsius. inquit igitur. Sententia oeminem fallere potest: apparet enim etiam cęco, vt ferebatur vulgo, quid ille significarit, vel potius rem illam oefariam esse. compositio tamen verborum coontracta tanquam furatur, & parit sibi licentiam eius rei exponendæ: nam nisi concise id editum foret, aures omnium turpitudioem illam respuissent. addit autem. Et efficit, procreatque eam, quæ nunc vocatur, iunctis tribus nominibus ξηροκακοζηλία, nam innctis illis duobus nominibus, quibus ostenditur praua affectatio, additum est tertium, quod significat ariditatem illam. anctor tamen nulla mentione facta compositionis huius verborum, rem ipsam, quoinodo concreta sit cogitans, affirmat ipsam iunctam esse è duobus malis, quæ mala, etiam quæ sint, aperit: docetque constare id vitium ex mala affectatione, quod nascitur à re ipsa: & ariditate, quod coonflatum est compositione illa: io extremo scilicet imminuta, & quasi decurtata. Ne desim autem, si qua ratione possim, opitulari voci illi corruptæ, in quodam sais antiquo libro sic legitur. οὐ μίγνυται αὐτ'. Amicus quidam meus, eruditus & acutus vir arbitrabatur legi debere pro αὐτῆς patrio casu αὐτῇ, in ceteris nihil mutabat. Misceri corpus cum aliqua, honestè dici solitum & à Græcis, & à Latinis, cum rem cum ea haberi, significare volebant, notum arbitror. vnde Aristoteles in secundo libro de otto animantium, cum Venerem, quam Græci vulgo vocant ἀφροδίτην, intelligeret, appellauit ipsam deam κυρίαν τῆς μίξεως, idest quæ mixtionem hanc gubernat ac regit. Cicero in primo de dioinatione, vbi locum Platoois vertit, inquit. Vt aut cum matre corpus miscere videatur, aut cum quouis alio homine, vel deo: cum suo politissimus scriptor, & maximè verecundus, quod respondet huic Lanno, vsus fuisset.

Καὶ τὰ περὶ τῆς δεινότητος δὲ δῆλα ἂν εἴη λοιπὸν ἐκ τῶν προειρημένων, ὅτι καὶ αὐτὴ γένοιτ' ἂν ἐν τρισὶν, ἐν οἷσπερ οἱ πρὸ αὐτῆς χαρακτῆρες: καὶ γὰρ πράγματά τινα ἐξ ἑαυτῶν ἐστι δεινά: ὥστε τοὺς λέγοντας αὐτὰ δεινοὺς δοκεῖν, κἂν μὴ δεινῶς λέγωσι.

Et quæ de grauitate quod reliquum est aperta esse possunt ex ijs quæ dicta iam sunt, quod & hæc existit in tribus, in quibus etiam formæ quæ sunt ante ipsam: etenim res quædam per se ipsas sunt graues, adeo vt qui dicunt ipsas graues videantur, quamuis non grauiter dicant.

Quartam formam, notam ve dicendi aggreditur, quæ δεινότης vocatur à Gręcis, de qua etiam accurate disseruit Hermogenes, quamuis formas dicendi has aliter ille partitus sit. oratorem verò certum quendam, laudatnm sanè illum in eo studio, δεινὸν solitnm vocari, notum est. vnde Aristoteles quæsiuit in ijs problematibus, quibos complexus est, quę philologiæ sunt, cur consuetudo sermoois uocaret, & oratorem bonum, & patrem familias, deditum augendo patrimonio, & ductorem itidem exercitus probatum, δεινὸν: tibicinem autem, & histrionem cum laudaret, illo nomine non vteretur. Sed etiam magnus ille magister eius artis eo loco, quem indicaui, disputauit de ui huius nominis: neque enim putat eodem sensu à Theocrito appellatum esse Simonidem poetam, cantorem ve, δεινὸν, quo multi mortales appellarent oratorem δεινὸν eum, qui profundis, reconditisque sententiis, vel methodis vteretur, siue (vt addit) nominibus magnitudinem habentibus. Sed aliorum etiam non nullorum longè aliam opinionem refert de vi eius sermonis, qui oratorem eo bono præditum diceret: cum enim multa concurrere deberent in oratore, vt verè ille δεινὸς dici posset, hi magis hoc, quàm cetera valere id opinabantur: ille verò contra aliud id efficere ac pręstare

stare

stare existimabat. Donatus, interpres Terentii, cum poeta dicit aliqnid violenter factum, tradit ipsum expressisse hoc aduerbium δεινῶς. Sed qnum fallere nos non possit notio huius nominis, quomndo ipsam hanc notam conflari putet Demetrius videamns. primnm igitur affirmat, quæ ad eam pertinent, obscnra esse non posse cognitis rebus iam traditis: percipitur enim inde ipsam quoque manere in ijsdem tribus rebus, quæ notas ante positas constituunt. idest sententiis, verbis, compositione verborum. initium verò ducit à sententiis. confirmare nanque volens quod dixerat, notam scilicet hanc nasci ex illis rebns, inquit. Snnt enim res non nullæ sua vi acerbæ ac granes, quare qui eas expouunt, & ipsi tales videntur. idest graues, quamuis non grauiter dicant, neque vtantur genere illo dicendi, cui cunuenit hoc nomen: grauitas enim ea comitatur rebus, non propria est dictionis eius: neque inde proficiscitur.

Καθάπερ ὁ Θεόπομπος τὰς ἐν τῷ πειραιεῖ αὐλητρίας, καὶ τὰ πορνεῖα, καὶ τοὺς αὐλοῦντας, καὶ ᾄδοντας, καὶ ὀρχουμένους, ταῦτα πάντα δεινὰ ὀνόματα ὄντα, καί τοι ἀσθενῶς εἰπὼν, δεινὸς δοκεῖ.

Quemadmodum Theopompus tibicinas in Piræo, & lupanaria, & tibia vtentes, & canentes, et saltantes, hæc omnia grauia nomina existentia, quamuis languide dixerit, grauis videtur.

Exemplo illustrare volens, quod dixerat, res inquam atroces retinere speciem quandam eius stili: quamuis dicantur molliter & eneruate, vtitur loco quodam ex historia Theopompi. est autem hic Theopompus ille, qui maledicentissimus scriptor est habitus, cuius genus scribendi asperum cogitauit aliquando Cicero imitari, vt ipsemet narrat in epistola qnadam ad Atticum: & ipse enim & Timæus historias suas maledictis refersferunt. Vexauit autem ille maledictis non solum Philippum Macedonem: sodalesque ipsius, verum etiam Athenienses, vt memoriæ prodirum est: atque ex hoc etiam loco apparet. Demostheni quoque valde infensua fuit: insimulauitq; ipsum leuitatis & inconstantiæ, affirmans illum ijsdem hominibus ac rebus diutius vti non potuisse, vt narrat Plutarchus in vita, quam scripsit, summi illius oratoris: qui tamen purgat ipsum ostendens maledictum hoc in mores ac vitam Demosthenis nullo modo cadere. Appellauit verò Theopõpus eo loco, quo turpissimas maculas Atheniensibus inurere studuit, tibicinas, quæ in Piræo quæstum facerent, & lupanaria, & tibia vtcutes multos: canentes alios & saltantes. quare Demetrius adiungit cuncta hæc: sanè nomina grauia, plenaq́ue acerbitatis, cum protulisset, & si infirmè languideq́, dixit, & non genere dicendi apto ad vulnus infligendum, vehemens tamen grauisque videtur. Nomina vero illa fœda & apta notandis moribus teneris & impudicis, quę sedulo collegit Theopompus, vt læderet Athenienses, redigunt mihi in memoriam similem locum Taciti, quo scriptor ille in xv. libro historię narrauit eadem flagitia Romæ aliqnando admissa regnante Nerone, consilio illius, vel potius dementia, quo tempore ipse, cũ semper ad omne facinus paratus esset, in primis se omni turpitudine ac macula inquinauit: & populo R. victori omnium gentium illusit. neq; tamen hoc quicquam valet ad vitium, de quo Demetrius hic agit, demonstrandum. non minuit enim Tacitus languore structuræ fœditatem earnm rerum: nec culpa sua fecit, vt inde qui audit animum abducat. Descriptio eius tęterrimi temporis cum longior sit apud eum: ac tota ponat ante oculos ludibrium illud impuri principis, hac tamen parte maxime viget. Naues auro & ebore distinctę: remigesque exoleti per ætates & scientiam libidinum componebantur: volucres & feras diuersis è terris & animalia maris Oceano abusque petiuerat. crepidinibus stagni lupanaria astabant, illustribus feminis completa & contra scorta visebantur nudis corporibus. iam gestus motusq; obsceni. cur verò putet Demetrius imbecillo genere dicendi Theopompum vsum infra docet.

Κατὰ δὲ τὴν σύνθεσιν ὁ χαρακτὴρ οὗτος γίγνοιτ᾽ ἂν πρῶτον μὲν εἰ κόμματα ἔχοι ἀντὶ κώλων: τὸ γὰρ μῆκος ἐκλύει τὴν σφοδρότητα: τὸ δὲ ἐν ὀλίγῳ πολὺ ἐμφαινόμενον δεινότερον: παράδειγμα τὸ λακεδαιμονίων πρὸς φίλιππον. Διονύσιος ἐν κορίνθῳ: εἰ δὲ ἐξέτειναν αὐτὸ, διονύσιος ἐκπεσὼν τῆς ἀρχῆς, πτωχεύει ἐν κορίνθῳ διδάσκων γράμματα, διήγημα σχεδὸν ἂν ἦν μᾶλλον ἀντὶ λοιδορίας.

Compositione forma hæc fieret primum quidem si incisa habeat pro membris: longitudo enim dissoluit impetum illum: in pauco autem multum apparens grauius est: exemplum est illud Lacedæmoniorum ad Philippum. Dionysius Corinthi: si autem porrexissent ipsum, Dionysius amisso principatu, Corinthi mendicus viuit, docens litteras, narratio ferme fuisset potius pro conuicio.

Prima ratione huius formæ fingendæ, quæ manet in sententiis, explicata, transit ad secundam, quæ oritur à collocatione verborum. inquit igitur: Compositione verò existeret hæc forma primum (nam modi sunt plures) si habeat incisa pro membris. cuius rei rationem hanc reddit. Longitudo enim dissipat id, quod vehemens illic atque acre erat: contraque (inquit) cum in pauco, idest in breui spatio loci apparet multum: quodque vim magnam habeat, grauius illud acriusque est. Exemplo verò patefacere hoc volens, veritatemque huius præcepti comprobare, illustri ipso in primis vtitur, & quod valde celebratum est à Græcis & Latinis scriptoribus, vt ab ipso quoque supra non semel: vt non longè à principio huius libri, quo loco & ipse non nulla tetigi, ad declarationem huius vocis facientia. quibus addere nunc placet, Plutarchum quoq; in libro, quo disseruit de loquacitate, quam ἀδολεσχίας vocant, existimasse auctoritate huius vocis, in primis breuis ac concisæ emendari posse errorem multorum, qui valde in ea re peccarent: deterrerique loquaces homines ab omni illa ratione, quare oportere ait ipsam illis obiicere: ostendereque quantam venustatem, vimque habeat: & vt hanc, ita etiam non nullas alias ipsi similes voces. Cum vtilitatem huius sententiæ, illo modo pronuntiatæ, Demetrius ostendisset, docet peccaturos tunc fuisse Spartiatas, finemque suum impedituros, si diligenter rem narrassent: &, quod inuolutum in paucis illis verbis erat, explicassent. vt autem vitium eius rationis: importunitatemque ponat ante oculos, ipse hoc facit: laxatq; quod illic adstrictum fuit, vt multo supra docui fecisse Ciceronem in epistola quadam ad Pætum. & sanè verba illa Latina pænè exprimunt hæc ipsa huius auctoris. Adiungit autem Demetrius eo pacto rem expositam, futuram fermè narrationem fuisse, quod efficere eo tempore nolebant magnanimi illi ac generosi viri: animus enim eorum erat sapienter dicto refellere arrogantem rationem Philippi: docereque qui minaretur aliis, debere quoque ipsum aliquid timere exemplo opulentissimi hominis, qui in grauissimum malum incidit, condicionemque contrariam penitus superiori illi suę fortunæ.

Κἀν τοῖς ἄλλοις δὲ φύσει ἐβραχυλόγουν οἱ λάκωνες: δεινότερον γὰρ τὸ βραχὺ καὶ ἐπιτακτικόν: τὸ μακρηγορεῖν δὲ τῷ ἱκετεύειν πρέπει, καὶ αἰτεῖν.

Et in alijs vtique natura breuiter loquebantur Lacones: grauius enim est quod breue est, & aptum mandatis dandis: prolixe autem dicere congruit cum aliquis supplex est, atq; poscit.

Cum vocem eorum talem commemorasset Demetrius, addit Laconas natura omnibus

bus in rebus amasse breuitatem, quod etiam statim declarat conuenisse moribus atque ingenin ipsorum, qui erant tristes & facti ad imperandnm: nulla enim Græcorum natio magis abhorruit à seruilibns ministeriis. conuenisse autem, quia orario breuis est vehementior & acrior: congruitq; omnibus, qui præcipiunt aliquid ac mandant: hoc enim manifesto valet quod breue est, esse idem ἐπιτακτικόν: supra enim quoque inquit. ἐπιτάσσειν esse debere concisum ac breue. Idem etiam significare volens Aristoteles in VI. libro de moribus ad Nicomachum, cum distingueret sagacitatem, vt ita nunc appellem φρόνησιν, à prudentia, dixit hanc esse ἐπιτακτικήν, idest factam ad mandandum semper aliquid, imperandumque, cum altera illa existimet tantom: nec preterea impellat ad ea, quæ vera, vtiliaque esse sennt, efficienda. Cui etiam tempori conueniat contrarium, idest longam, prnlixamque orationem habere, nstendit Demetrius, idest contrario tempori, & cum aliquis cngitur implorare misericordiam alicuius, supplicemque se illi præbet, vt etiam cum rogat aliquid, postulatque se subleuari.

Διὸ καὶ τὰ σύμβολα ἔχει δεινότητας, ὅτι ἐμφερῆ ταῖς βραχυλογίαις: καὶ γὰρ ἐκ τοῦ βραχέως ῥηθέντος ὑπονοῆσαι τὰ πλεῖστα δεῖ, καθάπερ ἐκ τῶν συμβόλων, οὕτω καὶ τὸ χαμόθεν οἱ τέττιγες ὑμῖν ᾄσονται, δεινότερον ἀλληγορικῶς ῥηθὲν, ἢ εἴπερ ἁπλῶς ἐῤῥήθη, τὰ δένδρα ὑμῶν ἐκκοπήσεται.

Quare & symbola habent grauitates, quia similia sunt breuiloquentijs: etenim ex breuiter dicto suspicari plurima licet, quemadmodum ex symbolis, sic & illud. Humo vobis cicadæ canent, grauius allegorice prolatum, quàm si simpliciter dictum esset, arbores vobis excidentur.

Inde quoque intelligi posse Demetrius affirmat (est enim hoc tanquam corollarium) cur symbola vocata, idest nbscuræ quædam voces, & qnæ recnnditos sensus habent: quales erant illæ Pythagoræ, continent in se formam hanc: suntqne vehementia & acria: id enim inquit contingere illis, qnia similia sunt, pariaque breuiloquentiæ, idest hnic concisæ ratinni, quæ sensus animi paucis verbis indicat. Similia autem ipsi, qoia idem vtraqoe ratione efficitur, nam qoin natura earum rerum diuersa sit, dubitandum non est: aliud enim est nnta illa, quæ vocatur symbolum, aliud breuiloquentia. obscuritas etiam, quæ in symbolis existit, alium ortum habet, atq; illa qnam secum trahit breuitas nrationis. hanc igitur similitudinem inter res diuersas, ipse diligentet explicat: ac primum quomodn perturbet breuitas docet. perturbat igitur inquit quia ex eo, qund breui, paucisque verbis prolatum est, licet nobis plurima cogitare: nec statuere omnino cum animis nostris possumus, quid potissimum anctor eins vocis significare voluerit: solliciti nanque sumus non de vna tantum re, sed de pluribus, quod vsu venire qooque affirmat in symbolis: cum enim valde illa obscura sint: nec certo teneatur verus eorum sensns, multa nobis in mentem veniunt, quæ cuncta molesta sunt: faciuntque vt hoc, & illuc animo feramur. Meminit etiam hic vocis, cuius supra non semel mentionem fecit: & quam in secundn librn de ratione dicendi Aristoteles narrat à Stesichoro editam fuisse ad Locrenses verba faciente, cum deterrere vellet eos à contumeliis afficiendo opulentissimo oiro: dixit enim putare se nmninn fore, ut cicadæ ipsis humo canant. inquit igitur noster hic illnd illo modo pronuntiatum, obscurè scilicet, fuisse acrius, uehementiusque multo quàm si simpliciter, planeque dictum fuisset. arbores ex agris uestris excidentur: hoc enim modo unum tantum malum timeri potuit: illo verò plura.

Τάς γε μὴν περιόδους ἐσφίγχθαι μάλα δεῖ κατὰ τὸ τέλος: ἡ γὰρ περιαγωγὴ, δεινόν: ἡ δὲ λύσις, ἁπλούστερον καὶ χρηστοηθείας σημεῖον. καθάπερ ἡ ἀρχαία πᾶσα ἑρμηνεία: ἁπλοϊκοὶ γὰρ ἀρχαῖοι.

Periodos sane contortas valde esse oportet in fine: circumactio enim graue quiddam est: solutio autem, simplicius & probi ingenij signum: quemadmodum antiqua omnis locutio: simplices enim antiqui.

Et hoc sine dubio compositionis est: pars enim ipsius est extremas partes comprehensionum, aut astrictas esse, aut laxas. Iubet igitur, vt qui in genere hoc aliquid posse uult, det operam ut ambitus hi ipsi uerborum in extremo clausulaque ipsa sint ualde astricti: firmeque inter se connexi: hoc enim ualet oportere ipsas valde ἰσφίγχθαι eo loco. si verò custoditum id fuerit, docet ipsum multum adiuturum esse hanc formam: rationemq; eius reddit hoc pacto: circumactio nanq;, orbisq; ille: (ut ita nunc appellem περιαγωγὴν) uehemens quiddam est & acre: contraq; dissolutio simplicius: probique ingenii & aperti signum: iuncto enim uerbo, quod appellauit χρηστοήθειαν, ostendit mores probos, remotosque ab omni astutia, fallacique ratione. addit autem huiuscemodi fuisse orationem omnem antiquorum: cum enim illi forent aperti, simplicesque in omni vita, sensus etiam animi sine fuco ullo, fallaciaque edebant. Cicero quoque in epistola quadam ad Atticum idem protulit de indole, moribusque priscorum. ait enim. Vide quam sim antiquorum hominum. sed hoc relinquamus, quod confirmatione non eget. Verbum σφίγγειν, quo vtitur de orbibus his orationis loquens, intelligitur valde accommodatum esse huic ipsorum clausulæ ostendendæ: Plato enim quoq; in Timæo ipso vsus est, qui tamen de longe aliis orbibus tunc disserebat: similibus tamen his nostris ambitibus verborum ea parte. Hæc autem ipsius verba sunt. ἡ τοῦ παντὸς περίοδος, ἐπειδὴ συμπεριέλαβε τὰ γένη, κυκλοτερὴς οὖσα καὶ πρὸς αὑτὴν πεφυκυῖα βούλεσθαι συνιέναι, σφίγγει πάντα καὶ κενὴν χώραν οὐδεμίαν ἐᾷ λείπεσθαι.

Ὥστε ἐν δεινότητι φεύγειν δεῖ τὸ ἀρχαιοειδὲς, καὶ τοῦ ἤθους, καὶ τοῦ ῥυθμοῦ: καὶ καταφεύγειν μάλιστα ἐπὶ τὴν νῦν κατέχουσαν δεινότητα. τῶν οὖν κώλων αἱ τοιαῦται ἀποθέσεις. Ὡμολόγησα τούτοις ὡς ἂν οἷός τε ὦ, συνερεῖν, ἔχονται μάλιστα, οὗ εἴρηκα ῥυθμοῦ.

Quapropter in grauitate fugere oportet quod speciem habet & antiquæ indolis, & numeri antiqui in oratione: & confugere maxime ad eam quæ nunc continet omnia grauitatem. membrorum igitur huiuscemodi depositiones. Ὡμολόγηκα τούτοις ὡς ἂν οἷός τε ὦ, συνερεῖν, *apta maxime sunt ab eo numero quem dixi.*

Addit Demetrius, cum res eo modo se habeat, oportere fugere, si uolumus esse acres ac uehementes in dicendo, quidquid similitudinem aliquam habet simplicis illius antiquitatis, & in moribus fingendis, & in numeris orationis: & nullo modo imitari illos, sed confugere, totosque se conuertere ad eam, quæ illo tempore tenebat omnia & quasi regnabat δεινότητα: studereq;, adhibito in omni re summo artificio, quacunq; ratione possit consequi finem suum. ut autem exemplo aliquo, auctoritateque clari oratoris, confirmaret præceptum hoc, indicat locum Demosthenis ex oratione in Leptinem, qui in primis orator coluit hanc formam dicendi, ualdeq; se remouit à uetere illa simplicitate: affirmatque illum in primis respondere iudicio suo: continereque in se numerum eum, & quasi nodum compositionis, quem probet. quare quicunque tales, qualis illa sit, conficere potuerint membrorum clausulas, & imitati fuerint ipsas, id quod ipse ualde idoneum & accommodatum esse huic notæ putat, eos consecuturos esse hoc bonum. quin autem nobilis ille orator, accuratusque scriptor claudat ita sententiam suam: connectatque in extremo, dubitari non potest.

Ποιεῖ δέ τινα καὶ ἡ βία κατὰ τὴν σύνθεσιν δεινότητα: δεινοὶ γὰρ πολλαχοῦ καὶ τὸ δύσφθογγον, ὥσπερ αἱ ἀνώμαλοι ὁδοί. παράδειγμα τὸ δημοσθενικόν, τὸ Υμᾶς, τὸ δοῦναι ὑμῖν ἐξεῖναι.

Efficit autem quandam & violentia in compositione grauitatem: graue enim multis locis & quod ægre profertur, veluti viæ inæquales. exemplum est Demosthenicum illud. Υμᾶς, τὸ δοῦναι ὑμῖν ἐξεῖναι.

Illo, qood pertinet ad clausulas aptas huic notæ fingendas iam tradito, aliod, quod idem efficiat, adfert: formam inquam hanc acrem ac vehementem. illud autem est do ritia in compositiooe. cum scilicet verba quædam ita iuncta sunt, vt molestiæ multum exhibeant ei, qui pronuntiat: ægreque possint edi. cum enim explanare vellet in quo maneat mora illa & difficultas, hoc attulit. multisq; locis inquit acre vehemensque esse id quod asperum in oratione est: vixque edi potest. Antequam autem ad ea; quæ sequuntur accedam, libet experiri an scrupulum, qui io animom meum iniectus est, eximere queam, oc aliis quoque molestus sit. Videri enim posset non sioe causa Demetrius idem duobus locis præcepisse, qood negligentiæ plenum esset: hic scilicet & infra non multo, vbi inquit. ἔτι δ' ὅτι κακοφωνία δεινότητα ποιεῖ. Arbitror igitur aliud hic βίαν significare, & quod eo loco positum ab ipso est, κακοφωνία: βία enim est molestia, qoam seotit, qui dicit ob hiatus crebros io oratione, concursusque litterarum asperos, in quos incidit: hoc vero, vt ipse tradit efficit hanc formam dicendi. κακοφωνία est, cum in oradone existit aliquid, quod auribus eorum, qui audiunt, molestum sit, quia malum sonum, odiosumque in se habet. potest tamen illud, quod io se vitiom hoc habet, carere illo malo, quod supra traditum est: vitia enim prorsus, malaque hæc sunt, & si prosunt huic fini, valent qoe ad commouendos exacerbandosq; animos auditorum. Noo mirari verò nos oportere, si inde id nascitur, ostendere Demetrius volens, simili vtitur: idem.o.hic vsu venire docet, quod in viis inęqualibus: noo sioe labore enim multo, molestiaq; illac iter fit. Cum autem in hac re, qoæ corpore sentitur hoc planum sit, eodem pacto se rem habere intelligitur in ea, quæ animo percipitur: eadem enim inæqualitas & asperitas inuenitur aliquando io cursu orationis. Exemplum oostet auctor esse voluit huius animaduersioois Demosthenis itidem locum ex eadem oratione oon molto infra superius illud positum. io quo notandum est primum exempli verbum sumptum esse è superiore sententia. iode autem cœpit, quia ipsom quoque adionat eam duritiem. vt tota autem res planior sit, integrum locum pooam. ἐν δὲ τῷ προσγράψαι, μηδὲ τὸ λοιπὸν ἐξεῖναι ὑμᾶς, τὸ δοῦναι ὑμῖν ἐξεῖναι.

Τὰ δ' ἀντίθετα καὶ παρόμοια ἐν ταῖς περιόδοις φευκτέον: ὄγκον γὰρ ποιοῦσιν, οὐ δεινότητα. πολλαχοῦ δὲ καὶ ψυχρότητα ἀντὶ δεινότητος. οἷον ὡς ὁ Θεόπομπος κατὰ τῶν ἑταίρων τῶν Φιλίππου λέγων, ἔλυσε τῇ ἀντιθέσει τὴν δεινότητα. Ἀνδροφόνοι δὲ τὴν φύσιν ὄντες, λέγων, ἀνδροπόρνοι τὸν τρόπον ἦσαν: τῇ γὰρ περιαυτοτεχνίᾳ: μᾶλλον δὲ κακοτεχνίᾳ, προσέχων ὁ ἀκροατής, ἔξω γίνεται θυμοῦ παντός.

Contraria autem contrarijs opposita & similia uerba in periodis fugiendum est: tumorem enim efficiunt, non grauitatem: multis autem locis & frigus pro grauitate. veluti Theopompus contra sodales Philippi dicens, dissoluit oppositione grauitatem: inquit enim. Ἀνδροφόνοι δὲ τὴν φύσιν ὄντες, ἀνδροπόρνοι τὸν τρόπον ἦσαν: *inani enim illi studio: vel potius prauo studio, animum adhibens auditor, extra omnem iram existit.*

Adiungit

Adiungit Demetrius, debere quoque nos, si volumus esse acres ac vehementes in dicendo, nullo modo contraria contrariis verbis opponere. neque etiam paria assimiliaque, quę sibi respondeant, in membris verba collocare, sed omnem hanc alieno tempore illic positam concinnitatem, elegantiamq; compositionis vitare. Quid autem mali nascatur inde, si quis præceptum hoc neglexerit declarat. tradit enim rationem hanc gignere tumorem quendam, & inflationem orationis, non grauitatem: idemque addit, multis locis ipsam, nedum pariat hanc formam acrem, gignere frigus & insulsitatem non paruam; contrariumq; efficere demum eius, quod voluit ille, qui stulte ipsam illic adamauit: id, quod vsu venisse tradit Theopompo, qui abreptus studio hoc, cum stilum suum expolierit his festiuitatibus, corrupit finem suum: fregitque ac dissipauit formam eam, quam tempus illud quærebat, affectatione harum elegantiarum. Pluribus de hac re: maloque Theopompi consilio non disputabo: tota enim multo supra declarata est. vbi verba eadem etiam ipsius posuit Demetrius, cum accurate disputaret de membris illis comprehensionum, quæ similiter desinunt: vocanturque ὁμοιοτέλευτα, sed etiam vtroque in loco post exemplum ipsum vitium illius compositionis: & quasi originem eius mali, demonstrare volens, iisdem vsus est non solum sententiis, sed pæne etiam verbis, nisi quod hic vocat primum nimiam illam curam περιεργίας: statimque tanquam se ipsum accusans, quod non idoneo verbo vsus sit, addit verius eam vocari potuisse κακοτεχνίαν, quia mali multum peperit: & non solum inanis & superuacanea fuit: illic autem statim hoc nomine, magis culpam errorem que illum ostendente, ipsam vocauit.

Πολλὰ μέν τοι ὑπ' αὐτῶν τῶν πραγμάτων ὥσπερ ἀναγκαζόμεθα συνθεῖναι στρογγύλως καὶ δεινῶς. οἷον τὸ δημοσθενικὸν τὸ τοιοῦτον. Ὥσπερ γὰρ εἴ τις ἐκείνων ἑάλω, σὺ τάδ' οὐκ ἂν ἔγραψας, οὕτως ἂν σὺ νῦν ἁλῷς, ἄλλος οὐ γράψει: αὐτὸ γὰρ τὸ πρᾶγμα καὶ ἡ τάξις αὐτοῦ, συμπεφυκυῖαν σαφῶς ἔχει τὴν σύνθεσιν, καὶ οὐδὲ βιασάμενος ἄν τις ῥᾳδίως ἑτέρως συνέθηκεν αὐτό.

Multa sane ab ipsis rebus tanquam cogemur componere rotunde & grauiter. cuiusmodi est Demosthenicum hoc. Ὥσπερ γὰρ εἴ τις ἐκείνων ἑάλω, σὺ τάδ' οὐκ ἂν ἔγραψας, οὕτως ἂν σὺ νῦν ἁλῷς, ἄλλος οὐ γράψει: *ipsa enim res & ordo ipsius, innatam aperte habuit compositionem, & ne si vim quidem adhibuerit, aliquis facile aliter ipsum componeret.*

Post insimulatum rursus eiusdem culpæ Theopompum, intelligens Demetrius huiuscemodi quippiam fecisse aliquando Demosthenem: locumq; illum à nemine reprehensum esse sed potius ab omnibus valde celebratum, ostendit vnde fiat, vt idem ferè apud alios scriptores diuerso modo accipiatur: traditque id nasci, quia captauit Theopompus illas concinnitates, & aliunde asciuit: Demosthenes verò eò tractus est: & cum inuenisset ipsas in rebus illis innatas, non repudiauit. quare non oratoris eius illæ esse existimantur, sed propriæ rerum. contra autem festiuitates Theopompi eò comportatæ videbantur, cum alienæ forent: neque illic vllo pacto conuenirent. Inquit igitur. Multa sanè ab ipsis rebus aliquo modo coacti componemus rotunde & grauiter. significat igitur, quod dixi, non esse quæsitas eas elegantias in componendo cum prudentibus probantur, sed potius sponte illic natas: oratorique quasi necessitatem impositam illas admittendi, quod cum fit, tunc simul manent & elegantia compositionis & sententiarum grauitas: hoc enim prorsus significare voluit auctor, cum inquit illud tunc compositum esse στρογγύλως καὶ δεινῶς: rotundam enim structuram verborum appellat, quę lepida & suauis fit. id vero in se bonum habere affirmat locum Demosthenis ex oratione contra Aristocratem: retinereque cum concinnitate compositionis grauitatem: nec extingui vllo pacto vim eius sententiæ, acerbitatemq; sua-

uitate

uitate eius coagmentationis. Sed de hoc etiam clarissimi oratoris loco supra disputaui. Demetrius enim multo antea ipso quoque vsus est, vbi docet quid intersit inter periodum & enthymema. veniam autem dari oportere Demostheni, qui id commisisset, ostendere nunc uolens, inquit rem ipsam seriemq; eius, innatam habuisse compositionem illam, idque apertum esse: additque, rem augens, ac quod dixit, uerum esse docens. Si quis etiam contendat, & tanquam vim faciat ei sententiæ, vix eum aliter compositurum eam esse, & aliud genus coagmentationis eò adhibiturum, quia quod insitum est in aliquo, vix inde potest extirpari.

Ἐν γὰρ πολλοῖς πράγμασι συντίθεμεν, ὥσπερ οἱ τὰς κατάβασεις τρέχοντες, ὑπ' αὐτῶν ἑλκόμενοι τῶν πραγμάτων.

In multis enim rebus componimus, veluti qui per decliues vias currunt, ab ipsis rebus tracti.

Simili quoque hoc illustrare volens Demetrius, inquit in rebus oratione vinciendis idem contingere aliquando illis, qui dicunt, quod vsu venit hominibus, qui per decliuia loca currunt: vt enim illi hoc facere coguntur, nec possunt aliter ingredi, impulsi natura talis viæ, ita qui coagmentant verba, rapiuntur a rebus ipsis & coguntur eam compositionem sequi, quam illæ requirunt & aptam sibi esse aliquo modo sentiunt. Perspicitur autem ex hoc etiam loco, si quis diligenter attendat, auctorem huius eruditi libri oratorem fuisse, & eum quidem magnum ac iudicio præditum. nam præterquam quod non potuisset hæc tam subtiliter distinguere, qui non diu versatus in foro fuisset, ac sæpe periculum fecisset harum rerum, verba quibus nunc vtitur hoc declarant: facit enim se vnum illorum, ac quod aliis omnibus eius ordinis, sibi etiam contingere debere necessario testatur. præsertim autem hoc aperte monstrat, quod inquit συντίθεμεν: ostendit enim verbum hoc, eum, qui ita de se loquitur, componere verba solitum: quod studiose facere pertinet ad oratores.

Ποιητικοὶ δὲ δεινότητός ἐστι, καὶ τὸ ἐπὶ τέλει τιθέναι τὸ δεινότατον: περιλαμβανόμενον γὰρ ἐν μέσῳ ἀμβλύνεται, καθάπερ τὸ Ἀντισθένους. Σχεδὸν γὰρ ὀδυνήσει ἄνθρωπος ἐκ φρυγανίων ἀναστάς: εἰ γὰρ μετατεθείη τις οὕτως αὐτό: Σχεδὸν γὰρ ἐκ φρυγανίων ἀναστὰς ἄνθρωπος ὀδυνήσει, καίτοι ταυτὸν εἰπών, οὐ ταυτὸν ἔτι νομισθήσεται λέγειν.

Efficiens autem grauitatis est, & in fine ponere quod grauissimum est: comprehensum enim in medio hebescit, quemadmodum illud Antisthenis. Σχεδὸν γὰρ ὀδυνήσει ἄνθρωπος ἐκ φρυγανίων ἀναστάς: *si enim aliquis ipsum sic mutato ordine componat.* Σχεδὸν γὰρ ἐκ φρυγανίων ἀναστὰς ἄνθρωπος ὀδυνήσει, *quamuis idem dixerit, non idem amplius existimabitur dicere.*

Ostendit aliud, quod idem efficit: valetque non parum ad eundem finem adipiscendum. id autem est, vt quod maxime in aliqua sententia acerbum, indignumque videri potest, in extremo ponatur: ita enim tradit vim illius, & quasi indignitatem maiorem futuram. cum contrà si in medio collocaretur, cingereturque vndique pluribus verbis, hebetius ipsum futurum sit: multumque suarum virium amissurum. hoc verò ipsum, quod alio loco positum, tantopere variatur, in sententia manet, non in verbo ipso positum est. Cum cuperet autem exemplo hoc, quod præcipit illustrare, Antisthenis locum huc adfert, in quo, vt suspicari licet, hoc tunc maximè apparebat.

cum res, de qoa illic agebatur, nota erat, personaque itidem ipsa, de qua sermo erat, ac
tempus neminem fallebat: nuoc enim, cum hęc omoia in obscuro posita siut, non
tantam locem habet. oam quem etiam Antisthenem intelligar incertum est: illum
ne familiarem Socratis, qoi duram & asperam vitam coluit: an eum, qui historiam
scripsit, & pręcepta etiam de ratione dicendi edidit. quare cootigit huic exemplo,
quod auctor ipsi vsu venturum fuisse alia ratione dicit, si ordo immutaretur. langui-
dius enim multo redditum est his rebus omoibus ignoratis: oec munus suum ipsum
amplius obit, sed tameo exprimam illud, vt potero. sensus igitur eorum verborum
hic videtur esse. Fermè enim cruciabit homo è cremiis exurgens. φρύγανα valere ma
teriam tenuem, aridamqoe, quam Latini verbo hoc ostendebant, quia flammæ corri
piendę idonea esset, apertum est. Ἀναστὰς quin valeat cum surrexisset, dubium non
est, qoi aote scilicet sedebat aut iacebat. crebro autem Gręci ita vsurpant hoc verbum.
indignum autem videri potuit, & stomachum probis viris mouere, honestam & gra-
uem persooam illic mansisse. Idem etiam nomen particeps naturæ verbi, mixiumque, existimari ab aliis posset ab ἀνίστημι, quod valet pellere ex aliquo loco, & sępe ex-
turbare, è conuiuio ductum esse, qood si verum est, loqoi potuit Antisthenes hic de
aliquo honesto viro, qui importuoitate alicuius è mensa deiectus sit, quę tamen men
sa structa esset è vili admodum materia, quare cum maxime indigous esset illa iniu-
ria, siue vnus ille, siue plures fuissent, quibus id cootigisset, illud factum potuit ma-
gnopere displicere ijs, qui viderunt. & magoum dolorem illis inurere. hoc mihi in
mentem venit cogitanti diligenter quod potuerit ab Antisthene significari. eum igi-
tur (nisi omnino hoc falsum est) ioiuria omois manserit io eo, quod significatur extre
mo illo verbo ἀναστὰς: idque meritò videri potuerit mioime ferendum, affirmat De-
metrius ipsum eo loco positum futurom grauius & acerbius, quàm si in media illa sen
teutia ioclusum fuisset. vt ipse statim facit, mutato ordine verborum eorum, quo va
riato, corruptoque exemplo ipso ioquit. Qui idem hoc pacto proouutiarit, quam-
uis idem dixerit, nullo modo potari poterit, idem dixisse. adeò variatur senteotia, to
taqoe res alia fit, variata compositione verborum.

Ἡ δ' αὐτὴ θέσις, ἣν ἐπὶ τοῦ θεοπόμπου ἔφην, οὐδ' ἐν τοῖς δημοσθενικοῖς ἥρμοσεν,
ἔνθα φησίν. Ἐτέλεις, ἐγὼ δ' ἐτελούμην: ἐδίδασκες, ἐγὼ δὲ ἐφοίτων: ἐτριταγω-
νίστεις, ἐγὼ δὲ ἐθεώμην: ἐξέπιπτες, ἐγὼ δὲ ἐσύριττον: κακοτεχνοῦντι γὰρ ἔοικε διὰ
τὴν ἀνταπόδοσιν: μᾶλλον δὲ παίζοντι, οὐκ ἀγανακτοῦντι.

Oppositio autem, quam de Theopompo dixi, in Demosthenicis etiam illis non congruit, vbi inquit. Ἐτέλεις, ἐγὼ δ' ἐτελούμην: ἐδίδασκες, ἐγὼ δὲ ἐφοίτων: ἐτριταγωνίστεις, ἐγὼ δὲ ἐθεώμην: ἐξέπιπτες, ἐγὼ δὲ ἐσύριττον: *par enim est alicui qui praua arte vtatur, propter redditionem, vel potius ludat, non stomachetur.*

Post pręceptum nooom explicatum, redit aliquo modo ad illud, quod in Theopom
po accusarat, cum similem illi locum apod Demosthenem in nobilissima oratione in
uenisset. de qoo libere existimat, ac quid soi iudicii sit, aperit: neqoe metuit etiam i-
psum insimulare. est autem, vbi præteritam suam vitam Demosthenes coofert cum
Æschinis vita: & vt in sua cuncta pleoa dignitatis esse significat, ita illius veterem con
dicionem inquinatam fuisse maximis sordibus, & omni dedecore refertam declarat.
neque tamen plenum eum locum Demetrius hic pooit: quædam enim, quæ in me-
dio illic sita sunt præterit: oeque etiam ordinem seotentiarum custodit: illam igitur
sedulo affectatam oppositionem sententiarum repreheodit. vt iam aotea io Theo-
pompo dignam eam esse somma repreheosiooe significarat: & post eam hic in con-
spectu positam, damnans ipsam ioquit. oratorem eo loco videri posse vitiosa, depra-
uataq;

uataque arte vti. propter studium illud suum tantum, contraria semper contrariis opponendi: statimque, tanquam non satis expressisset peccatum Demosthenis, nec verum nomen illius vitii posuisset, se ipsum quasi corrigens ait potius illic eum existimari posse ludere: & non, vt oportebat: tempusque illud postulabat, stomachari & indignari. Cum igitur Demosthenis vim: facultatemque dicendi incredibilem admiraretur Phalereus, quod multis modis intelligere licet, aliquid tamen in ipso desiderabat id, quod etiam memoriæ proditum est à veteribus scriptoribus. nam quod non simile est huic, quod nunc in ipso reprehendit, sed ab eodem erroris fonte manat, tradit Plutarchus in vita Demosthenis inuentos non nullos, & eos quidem disertos & politos viros, quibus actio ipsius non probaretur. cum putarent motus corporis Demosthenis humiles esse, ac quod ille eo tempore effingeret; ignobile ac tenerum: in quorum numero testatur fuisse etiam Demetrium Phalereum. Postquam autem Demetrius docuit magnos quoque oratores aliquando peccare, qui non suo tempore sectentur ornatus quosdam ac festiuitates, non verebor indicare locum Ciceronis, valde (vt opinor) similem ei, quem ipse Demosthenis in crimen vocat ac non par uæ culpæ affinem putat. vt accurate ille, subtiliterque ab eruditis viris expendatur: existimeturque an merito quoque ipse idem vitium in se contineat. est autem vbi grauissime accusat M. Antonium: in ipsiusq; persona probat constitisse principium belli ciuilis, quod gestum est inter C. Cæsarem, & Cn. Pompeium. totus vero locus, qui videri posset nimis magno studio esse concinnatus, hic est. Vt igitur in seminibus est causa arborum & stirpium, sic huius luctuosissimi belli semen tu fuisti. doletis tris exercitus populi R. interfectos: interfecit Antonius. desideratis clarissimos ciuis: eos quoque vobis eripuit Antonius. auctoritas huius ordinis adflicta est: adflixit Antonius. omnia denique, quę postea vidimus, quid autem mali non vidimus? si recte ratiocinabimur, vni accepta referemus Antonio. vt Helena Troianis, sic iste huic reip. causa belli, causa pestis, atque exitii fuit. Primum enim, quod ipsum clausit vtraque ex parte duabus collationibus, & ijs quidem plenis: cumque suis loco positis redditionibus, præ se fert plurimum studium ac diligentiam in eo loco exornando positam. quamuis enim ad lucem rebus adferendam adhibeantur parabolæ, quin tamen illæ quoque expoliant & ornent dubium non est. quæ causa fortasse fuit cur summi doctores ipsas pæne remouerint à studio oratorum. Præterea posterior collatio non valde apta videtur ad animos exacerbandos, & si illa continet in se rem atrocem: nomen enim Helenæ, formosissimæ feminę, omnem pęne tristitiam eius facti eijcit ex animo. Quæ vero diligenter illic expressa est ἀντιστροφὴ, & ipsa non paruam curam oratoris in se conformanda positam testatur. Nec tamen me fallit lumen hoc orationis non alienum esse ab animo concitato, vt contrario loco positum par ipsi, quod Græce ἐπαναφορὰ vocatur, sed ille quasi aceruus tot ornamentorum in vnum locum congestorum facit, ut uerear ne magis quàm oportet animos eorum, qui audiunt, deliniant: in primis autem, quod reprehendit in Demosthene Demetrius, ἀντίθεσις illa, quam non minore studio: nec minus accurate à Latino hoc quàm à Græco oratore expressam esse apparet: intelligo quod inquit interfectos & interfecit: ceteraque eius generis. ut prorsus videantur ambo hi loci propter similitudinem hanc, quæ in ipsis perspicitur, aut laudandi simul esse, aut insimulandi.

Πρέπει δὲ τῇ δεινότητι καὶ τῶν περιόδων ἡ πυκνότης, καί τοι ἐν τοῖς λοιποῖς χαρακτῆρσιν οὐκ ἐπιτήδεια οὖσα: συνεχῶς γὰρ τιθεμένη μέτρῳ ἐοικυῖα λεγομένῳ ἐφεξῆς, καὶ τούτῳ δεινῷ μέτρῳ ὥσπερ οἱ χωλίαμβοι.

Conuenit autem grauitati & periodorum crebritas, & si illa in reliquis formis idonea non est: continenter enim posita metri imaginem referet, quod dicatur deinceps, & sane grauis metri veluti choliambi sunt.

Demonstrat aliud, quod huic formæ valde conuenit. illud autem est creber comprehensionum illarum vsus, quæ περίοδοι vocantur. quod tamen studium sententias omnes illo modo claudendi & quasi in orbem quendam redigendi, tradit minime accómodatum esse, vt est huic, ceteris notis dicendi. hoc igitur fecit, vt supra illo modo loqueretur, diceretq; periodos frequentatas ac crebro vsurpatas, hic locum habere, intelligebat enim ipsas alienas esse à reliquis formis, & nullo modo illic aptas. Quid autem boni pariat hic copia horum ambituum declarat: causamq; demum adfert eius, quod dixerat. inquit enim periodos continenter positas, rationemque hanc dicendi frequentatam, similem futuram esse metro, quod metrum dicatur deinceps, ac sine intermissione, vt alterum scilicet semper alterum excipiat: &, quod bonum etiam, fructumque, qui inde capitur, auget, metro acri ac vehementi: factoque ad infligendas acerbas plagas iis, in quos iacitur. cuius generis erat choliambus, qui versus ab Hipponacte Ephesio inuentus fuit ut iambus, simplex, & non claudicans, ab Archilocho. ambo nanque hi huic rei toto animo incubuerunt, & ijs armis vsi sunt contra aduersarios. quin autem hæc quoque nota facta sit ad vulnera imponenda: feraturq; magno impetu in illos, quos vlciscitur, dubium non est.

Ἅμα μέν τοι πυκναὶ ἔστωσαν καὶ σύντομοι· λέγω δὲ δίκωλοί τινες. ἐπεί τοι πολύκωλοί τε οὖσαι, κάλλος μᾶλλον παρέξουσιν, οὐ δεινότητα.

Simul sane crebræ sint & concisæ: dico autem bimembres quædam. quia si multorum membrorum fuerint, pulchritudinem potius adferent, non grauitatem.

Cum posse, ac debere inseri in hanc formam comprehensiones crebras ostendisset, adiungit non omne genus ipsarum eodem pacto illic conuenire: minutas enim solum & concisas oportere illas esse adiungit. magis etiam aperire studens cuiusmodi intelligat, quæ è duobus membris conflatę sint, eas esse, quas vocauit concisas affirmat: sunt enim quoque ex tribus, & è quattuor membris non paucæ. quid uerò incommodi huc adferrent, si essent longiores, & non intra terminos hos clauderentur, declarat. Si nanque inquit ex pluribus membris constarent, pulchritudinem potius, elegantiamque eò, quàm grauitatem ac virus importarent. nullo certe modo huic formæ gignendæ aptas illas futuras tradit. quippe cum nihil tantopere officere possit huic formę quàm species ac decus: industriaq; multa in eo aucupando posita: qui enim commoto animo est ac studet cõmouere eos, qui audiunt, fugere debet omnem splendorem ac cuncta magis eo tempore videri facere quàm sectari elegantiam & ornatum. Quot præterea mala pariant in dicendo frequentes hi verborum ambitus, longiores scilicet & concinniores, declarauit ipse supra, ubi qui modus in eorum usu tenendus esset aperuit:

Οὕτω δ' ἡ συντομία τῷ χαρακτῆρι χρήσιμον, ὥστε καὶ ἀποσιωπῆσαι πολλαχοῦ δεινότερον· καθάπερ ὁ Δημοσθένης. Ἀλλ' ἐγὼ μέν. οὐ βούλομαι δὲ οὐδὲν δυσχερὲς εἰπεῖν· οὗτος δὲ ἐκ περιουσίας μου κατηγορεῖ. σχεδὸν ὡς σιωπήσας ἐνταῦθα δεινότερος παντὸς τοῦ εἰπόντος ἦν.

Adeo autem concisio formæ huic vtilis, ut & reticere multis locis grauius sit, ueluti Demosthenes. Ἀλλ' ἐγὼ μέν. οὐ βούλομαι δὲ οὐδὲν δυσχερὲς εἰπεῖν· οὗτος δὲ ἐκ περιουσίας μου κατηγορεῖ: *ferme enim cum tacuerit hic, grauior omni dicente fuit.*

Cum breuitatem in periodis laudasset, ac si concisæ comprehensiones hæ ipsæ aliquo modo fuerint, mirifice huic formæ quadraturas esse docuisset, addit ea de causa, quæ magis adhuc concisa ratio est, recte illic vsurpari ἀποσιωπήσεις: cum scilicet aliqua sententia plena non editur, sed in medio obtruncatur. Inquit igitur. Adeò autem breuitas huic notæ accommodata est: valetque ad eam constituendam, vt taciturnitate vti ea, quæ ἀποσιώπησις vocata est: reticereque aliquando aliquid, grauius sit, acriusque, quàm illud scilicet ipsum planè commemorare. Vtitur verò auctoritate Demosthenis ad hoc probandum, qui hoc vsurpauit pro Ctesiphonte in principio nobilis illius orationis. In exemplo hoc ipso cum in omnibus Demetrii libris magno consensu inuenerim ἀλλ' ἐγώ: apud auctorem enim vulgo daudi casu legitur ἀλλ' ἐμοί, nolui lectionem immutare. præsertim quia in margine quorundam vetustissimorum Demosthenis librorum offendi notatam eam scripturam. Huius autem loci summi oratoris meminit quoq; Quintilianus: & quid efficere illic reticentiam putet, significauit, quo loco in I X. libro de hac ipsa subtiliter & accurate disserit. Post exemplum positum Demetrius inquit. Orator cum hic rem reticuisset, aliquo modo fuit acrior, quàm quilibet fuisset, qui rem explanasset. atque ita ille putauit se constituisse, quod probare voluit.

Καὶ νὴ τοὺς θεοὺς σχεδὸν δὴ καὶ ἡ ἀσάφεια πολλαχοῦ δεινότης ἐστί: δεινότερον γὰρ τὸ ὑπονοούμενον: τὸ δ' ἐξαπλωθὲν καταφρονεῖται.

Et per deos ferme vtique & obscuritas multis locis grauitas est: grauius enim quod suspiciones tantum sui gignit. quod autem explanatum est, contemnitur.

Non contentus superiore animaduersione Demetrius, aliud adiungit, quod admirabilius videri potest. aptum autem & ipsum est ab eodem præcepto. quare vel animo commotus: vel metuens ne repudiaretur quod diceret, iusiurandum addidit: citatisque aliquo modo testibus diis immortalibus, inquit. Et ferme obscuritas multis locis hanc formam gignit: caligoque illa orationis non parum valet ad perturbandos & statu mentis mouendos eos, qui audiunt: cuius etiam rei statim causam adfert his verbis: simulque quid contrarium illius efficiat docet. Grauius enim quod obscure editur: quod verò explicatum est despicitur. ὑπονοούμενον valet id quod dixi, quod scilicet sensum habet obscurum. atque ita prolatum est, vt plures variiq; sensus inde elici possint. vnde veteres illi vocabant ὑπονοίας, quæ postea appellatæ sunt ἀλληγορίαι. Pæne autem idem quod hic, multo supra dixit in explicanda forma magnifica: cum enim allegoriam amplitudinis non parum in se continere affirmasset: eiusq; rei causam afferret, inquit. πᾶν γὰρ τὸ ὑπονοούμενον φοβερώτερον: statimque cur illud ipsum pauorem iniiciat, diligenter docuit, quia scilicet multa qui audiunt suspicantur: menteque versant: & ea omnia in peiorem partem, quod ego quoque hic tetigi.

Ἔστι δ' ὅτι καὶ κακοφωνία δεινότητα ποιεῖ, καὶ μάλιστα ἐὰν τὸ ὑποκείμενον πρᾶγμα δέηται τοιαύτης, ὥσπερ τὸ ὁμηρικόν, τό. Τρῶες δ' ἐρρίγησαν, ὅπως ἴδον αἰόλον ὄφιν: ἐξῆν μὲν γὰρ καὶ εὐφωνοτέρως εἰπόντα σῶσαι τὸ μέτρον. Τρῶες δ' ἐρρίγησαν ὅπως ὄφιν αἰόλον εἶδον: ἀλλ' οὔτ' ἂν ὁ λέγων δεινὸς οὕτως ἔδοξεν, οὔτε ὄφις αὐτός.

Est autem ubi cacophonia grauitatem efficit, & maxime si res de qua agitur eguerit hac, veluti Homericum illud. Τρῶες δ' ἐρρίγησαν, ὅπως ἴδον αἰόλον ὄφιν: *licebat enim & euphonia utentem, tueri versum.* Τρῶες δ' ἐρρίγη-

σεν, ὅπως ὄφιν αἰόλον εἶδον. Sed neque qui dicit ita grauis visus esset, neque serpens ipse.

Indicat alium ortum eiusdem formæ, cum superiorem rationem ipsius gignendæ iam absoluisset: ille autem est asperitas quædam in verbis, quam vocat κακοφωνίαν. ea verò, vt aliis locis molesta est: & meritò repudiatur, ita huic fini prodest: adiuuatque non parum notam hanc dicendi grauem atque acrem, præsertim si (vt narrat statim auctor) res, de qua agitur, egverit illa: sentiatque sibi ipsam vehementer aptam esse. Semper igitur, vt existimat, dura hęc compositio: sonusque, qui inde nascitur, molestus auribus, efficit stilum hunc grauiorem, sed tunc maxime, cum conuenit illi sono cum materia ipsa, vt ambæ scilicet illæ res eodem pacto durę sint & asperę. Exemplo vero illustrare pręceptum hoc volens, confugit ad Homerum, qui prodigium renunnans, quod venisset Troianis, vallum Græcorum ascensuris, illa vsus est: versumque ex industria confecit asperum, vt rem illam terroris plenam exprimeret. vel potius magis sæuam horribilemq; redderet. Eum versum vertit, seruata in extremo labe illa (iambus enim illic est pro spondeo) Terentianus, qui accurate de genere illo carminis, quod μύουρον Græci appellant, disputauit. ita autem expressit. Attoniti Troes viso serpente pauitant. Ostendere autem volens Demetrius non temere id factum fuisse à poeta, sed consultò, vt scilicet poneret ante oculos rem eam, quam commemorabat. inquit. Licebat autem poetæ & suauitatem soni retinere. uel potius ipsam augere: & tueri mensuram versus, quod fecisset prorsus Homerus, si, vt ipse ostendit, cecinisset: nec tamen ille finem suum obtinuisset: contraq; tota res, quę narrabatur, iacuisset: vt testatur hic noster his verbis. Sed nec qui dicit illo modo, acer vehemensque visus esset: neq; etiam serpens ipse, qui nunc tam terribilis est, & perterrefacit etiam eum, qui audit. Sed vetus etiam scholion in eum poetæ versum virtutem eandem eius loci commendat: cuius declarationis mentionem quoque fecit Eustathius, qui profecto interpres plurimum ornauit commentarios illos suos iis doctorum hominum antiquis animaduersionibus, vt sane ipse ingenue fatetur. quicunq; autem ille fuit qui hoc olim adnotauit, facile credi potest hunc nostrum auctorem legisse: cum enim probare vellet non sine arte id factum fuisse ab Homero, immutat etiam ipse ordinem verborum & eodem demum pacto ipsum vt Demetrius variat: aliterque conformat. sed verba ipsa poetæ non alienum erit, ut verum esse quod dixi facilius intelligatur. ἐμφαντικώτερον δὲ ἐχρήσατο τῇ τοῦ ἤχου συνθέσει καὶ τῇ ἐγχωρουμένῃ ἀπηνείᾳ. ὅπως ἔφη αἰόλον ὄφιν· τὴν γὰρ κατάπληξιν τῶν Τρώων καὶ τὸν φόβον παρίστησι τῷ τραχεῖ τοῦ ἤχου εἰς βραχεῖαν πλεονάζοντος συλλαβάς.

Τούτῳ οὖν ἑπόμενοι τῷ παραδείγματι καὶ τὰ ἄλλα προστοχασόμεθα τὰ ὅμοια. οἷον αὐτὶ μὲν τοῦ, πάντ᾽ ἂν ἔγραψεν: ἔγραψεν ἄν. αὐτὶ δὲ τοῦ, οὐ παρεγένετο, παρεγένετο οὐχί.

Hoc igitur sectantes exemplum et alia coniectabimur similia. ceu pro illo. Πάντ᾽ ἂν ἔγραψεν: ἔγραψεν ἄν. *pro illo autem.* οὐ παρεγένετο, παρεγένετο οὐχί.

Cum exposuisset Demetrius consilium Homeri, admonet nos, vt ipso tanquam norma quadam utentes, similes illi locos exploremus: auxilio enim nobis fore affirmat ad eandem artem alibi adhibitam intelligendam. vel potius ad rationem nobis demonstrandam, qua idem efficere possimus. vt scilicet antequam eò in dicendo perueniamus, mente exploremus locos illi similes. vt ipsos eodem modo tractare valeamus: hoc enim mihi ualere uidetur προστοχασόμεθα. statimque duo alia breuia exempla ponit: ex oratore aliquo accepta, vt suspicari licet, siue ab ipso ad hoc ipsum ostendendum conformata. si nanque acres in dicendo, vehementesque esse voluerimus pro compositione hac horum uerborum πάντ᾽ ἂν ἔγραψεν. dicemus ἔγραψεν ἄν. interie

ctione illa unius syllabæ è medio in extremum comportata. eadem penè ratio est posterioris exempli. pro hoc nanque. ὑπ παρεχέτω: quod est leue, usurpabimus παρεχέτω τοι χί. in qua compositione asperitas quędam est, ut ęgre pronuntiari id possit, ac non sine molestia quadam perueniat ad aures eorum, qui audiunt.

Ἀπολήγοντες δέ ποτε καὶ εἰς συνδέσμους τὸν δὴ ἢ τὸν τε: καί τοι παραγγέλλουσι φυγεῖν τὴν ἀπόληξιν τὴν τοιαύτην, ἀλλὰ πολλαχοῦ χρήσιμος καὶ αὕτη ἂν γένοιτο. οἷον, Οὐκ εὐφήμησε μὲν, ἄξιον ὄντα: ἠτίμασε δὴ. ὡς τὸ Σχοῖνοί τε, σκῶλοί τε. ἀλλ' ἐν μὲν τοῖς ὁμηρικοῖς μέγεθος ἐποίησεν ἡ εἰς τοὺς συνδέσμους τελευτή.

Desinentes autem aliquando & in coniunctiones δὴ *vel* τε *: & si pracipitur fugere huiuscemodi terminationem, verum multis locis vtilis & hac erit. ceu.* Οὐκ εὐφήμησε μὲν, ἄξιον ὄντα: ἠτίμασε δὴ. *ut illud.* Σχοῖνοί τε, σκῶλοί τε. *Sed in Homericis magnitudinem effecit in coniunctiones terminatio.*

Adiungit quod superiori valde simile est. nos aliquando terminantes sententiam in coniunctiones δὴ, siue τε, idem scilicet effecturos, adlaturosque orationi multum grauitatis, quæ grauitas nascetur ab illa duriore compositione: difficultateque spiritus. Cum tamen sciret accuratos magistros dicendi pręcipere diligenter, ne in componendis nominibus hoc committatur, auctoresq; illos nobis esse, vt declinemus hanc terminationem, quemadmodum multis locis non negat id verum esse, ita contra non paucis contendit illam clausulam accommodatam esse: valereq; plurimum ad gignendam hanc formam. vtitur autem, vt constituat iudicium suum duobus exemplis, quamquam prius fortasse verius dici potest huic rei seruire, quorum alterum ex oratore aliquo acceptum videtur: alterum manifesto est Homeri. qui igitur, cum de improbo facto alicuius quereretur: dolereq́, se cum contumelia dimissum, iudicans se omni honore dignum, dixit illo modo, clausitque demum sententiam copula δὴ: (exemplum. n. in eo manet, non in sententia horum verborum) eo pacto comparauit dictioni suæ aliquid grauitatis: fuitq; acrior, quàm fuisset, si leuiter sententiam illam terminasset. Eiusdem generis esse inquit, idest desinere in easdem copulas, illud è catalogo nauium Σχοῖνόν τε σκῶλόν τε. cuius etiam loci mentionem supra fecit vbi de compositione orationis disserit. vimque illius accurate tradidit. quod etiam hic paucis repetit. adiungit etiam nunc. Sed tamen apud Homerum eo loco terminatio illa in coniunctiones parit grauitatem, idest reddit aliquo modo ea minuta & ignobilia oppida, quę illic appellantur, ampliora.

Ποιήσει δ' ἄν τις ποτὲ καὶ δεινότητα, εἴ τις ὧδε εἴποι δή. Ἐγράψατε δὲ ὑπὸ τῆς ἀφροσύνης τε, ὑπὸ τῆς ἀσεβείας τε. Τὰ ἱερά τε, τὰ ὅσιά τε: ὅλως γὰρ ἡ λειότης καὶ τὸ εὐήχον γλαφυρότητος ἴδιον, οὐ δεινότητός ἐστιν: αὗται δὲ οἱ χαρακτῆρες ἐναντιώτατοι δοκοῦσιν.

Efficeret autem quispiam aliquando & graue genus dicendi, si quis ita dicat. Ἐγράψατε δὲ ὑπὸ τῆς ἀφροσύνης τε, ὑπὸ τῆς ἀσεβείας τε. Τὰ ἱερά τε, τὰ ὅσιά τε *: omnino enim leuitas, & quod suauiter peruenit ad aures elegantis notæ proprium est, non grauis: hæ autem notæ maxime contrariæ videntur.*

Nec tamen non inquit hoc etiam pręstat aliquando, quod dicimus: temporique huic etiam ratio illa apta est. vt si quis ita diceret. ἐγράψατε δὲ ὑπὸ τῆς ἀφροσύνης τε, ὑπὸ τῆς

[illegible]. hoc enim prius exemplum est, vt opinor, cum prorsus ipsa videantur duo esse: neque enim ratio eorum, quæ sequuntur verborum commodè potest adplicari rationi priorum horum. prima nanque hæc verba nidentur accusare quempiam, qui ob stultitiam, impietatemque decretum scripserat, quale nullo modo oportebat. Secunda vero facile credi possunt pronuntiata fuisse in eum, qui & fana & sacras alias res violarat: sunt enim hæc τὰ ἱερὰ τὰ ὅσια. sed hoc quoque non magni momenti est ad id quod probare accuratus hic scriptor vult. Sequitur apud auctorem, iudicium suum relictis exemplis quod sit de his rebus uolentem ostendere, vniuersèque quod verum esse intelligit, pronuntiantem. Omnino enim leuitas, & quidquid suauiter tangit aures proprium est notæ elegantis, & nullo modo formæ huius acris ac vehementis, quas etiam notas dicendi affirmat videri inter se maxime contrarias. idem autem quod nunc de ambabus his præcipit, infra etiam repetit, vbi de illa ipsa nota leui, quæ inde vocata est λειότης, disputat. Pungeret autem aliquem hoc loco scrupulus non paruus, qui recordatus esset, quæ supra de notis dicendi præcepisset Demetrius: existimari enim illa possunt non sine causa ei, quod nunc de ipsis tradit, repugnare: cum enim dilucide nunc dicat notam elegantem & notam grauem videri inter se maxime contrarias, illic (intelligo cum earum numerum demonstrauit & opinionem non nullorum, qui aliter atque ipse de illo sentiebant, refellit) maxime contrarias esse inter se & tota regione distare dixit solas notã amplam & notam tenuem, quia cum ceteræ aliquando miscerentur, hę duæ temperari simul nunquam poterant: nec ullo modo eodem loco manere. quia nihil sit tam oppositum & inimicum, quàm ipsæ inter se. Nisi fallor autem ita hic scrupulus euellitur. ut uerum prorsus sit quod illic inquit, miram quandam esse inter superiores illas distantiam: & tantam quidem, vt conuenire ipsis inter se nulla in re vnquam possit: è numero autem reliquarum, quæ quamuis & ipsæ dissimiles sint, non tamen ita abhorreant vnæ ab aliis, vt non possint aliquando una illarum aliquid ab altera ducere, duas has: elegantem inquam notam, & grauem acremq; supra ceteras omnes videri contrarias & paruam omnino ipsis inter se affinitatem coniunctionemque existere. quæ tamen aliquando ægre id quidem ac raro, leuiter temperentur, vt in forma graui appareat aliquid elegantię: in formaq; itidem concinna atque eleganti non nihil asperitatis. vt quod statim ipse tradit, nasci aliquando ex ioco urbanitateq; quippiam factum ad animos perturbandos. Confirmat idem, quod priore illo in loco cum confutaret eos qui duas solas notas esse volebant, plane testatus est inueniri in scriptis optimorum auctorum, quos etiam nominatim profert, confusam multam & magnificentiam & grauitatem & uenustatem. miscentur igitur simul nota grauis & elegans: quam enim illic vocauit χάριν, dubitare non possumus quin sit γλαφυρότης. Quin etiam quod hic inquit ἐναντιώτατοι δοκοῦσιν, & non ἤσιν, ad idem fortasse comprobandum ualet, ac multo magis quod leuitatem: omneque id, quod belle tangit aures, affirmat esse proprium formę elegantis, non tamen penitus ipsum excludit forma graui: multa enim quę propria sunt alicuius rei, illicque in primis congruunt, inueniuntur aliquando cum alia re copulata esse.

Καί τοι ὅτι πολλαχοῦ ἐκ παιδιᾶς παραμεμιγμένης δεινότης ἐμφαινομένη τις. οἷον ἐν ταῖς κωμῳδίαις καὶ πᾶς ὁ κυνικὸς τρόπος, ὡς τὰ Κράτητος. Πήρη τις γαῖ' ἐστι μέσῳ ἐνὶ οἴνοπι τύφῳ.

Et sane multis locis ex ioco admixto perspicitur existere grauitas quædam. veluti in comœdijs & omnis cynicus modus, ut illa Cratetis, Πήρη τις γαῖ' ἐστι μέσῳ ἐνὶ οἴνοπι τύφῳ.

Ostendit nunc manere sæpe numero hunc stilum, ubi aliquis minime putasset se illum inuenturum: existere namque eum tradit ex ioco ac lusione. Sed non simpliciter,

Verum temperata, mixtaque cum acerbitate quadam, nisi potius dicere debemus ipsum nasci, manareque ex voce amara, cui aspersum sit aliquid salis, vt materies illius vera sit amarities, quam amaritiem non solum non corrumpat enernetq;, sed etiam exacuat, acrioremque reddat suauitas, quæ nascitur ex ioco, & vrbanitate. vnde cum illa aliquo modo amarities operta sit: tegaturque ridiculo, inquit ipsam δεινότητα illic ἐμφαίνεσθαι idest apparere, si quis acute cernat. statim autem, ne quis hoc respuat, inquit: id fieri passim in comœdia. intelligit autem antiquam comœdiam, quę finem habebat corrigere atque emendare mores hominum, ideoq; turpia ipsorum facta libere notabat. Vnde Hermogenes quoque, cum traderet quæ comœdię materies sit: ex quibusque rebus illa nectatur, inquit ipsius πλοκὴν, & quasi texturam, esse amaram & ridiculam, cum amaræ voces temperatiores homines efficiant: ridicula verò consolentur illos aliquo modo, faciantque, vt æquiore animo patiantur se insimulari. Nec solum in comœdia frequens hoc esse, Demetrius affirmat, verum etiam rationem, qua cynici vtebantur in vita hominum emendanda, in eodem fundatam esse docet. Cum autem communiter hoc inde proficisci docuisset: neque enim, nisi hoc verum esset, comici poetæ rationem illam vsurpassent: nec familia illa sapientium virorum, inimica deliciarum omnium & leuitatum, se eodem contulisset, singillatim nunc idem probat, positis vocibus non nullis quorundam principum illius disciplinæ: neque enim testimonia certa aliqua comicorum poetarum citat. primum autem huiuscemodi fuisse illud Crateris tradit. qui leuiter immutatis versibus quibusdam Homericis ex Odyssea, & pro Creta facta pera, quę mantica est, describit vitam eorum, qui se ei disciplinæ tradidissent & quot quàmq; veris bonis illa referta esset docet: exturbatis enim à se lenonibus ac parasitis recepisse narrat & thymum, & allia, teneresque alias huiuscemodi dapes. Insimulatur igitur eo pacto vehementer vita plena voluptatum, eodemque tempore risus mouetur: quare magis hærent vulnera illa, punguntque vehementius. Plures versus ita ad rationem suam à Cratete variati, leguntur apud Laërtium. nam noster hic principium tantum eorum posuit.

Καὶ τὸ διογένους τὸ ἐν ὀλυμπίᾳ, ὅτε τοῦ ὁπλίτου δραμόντος, ἐπιτρέχων αὐτὸς, ἐκήρυττεν ἑαυτὸν νικᾶν τὰ ὀλύμπια πάντας ἀνθρώπους καλοκαγαθίᾳ: καὶ γὰρ γελᾶται τὸ εἰρημένον ἅμα καὶ θαυμάζεται, καὶ ἠρέμα καὶ ὑποδάκνει τὸ λεγόμενον.

Et illud Diogenis, quod in Olympia dictum fuit, cum armatus cucurrisset, accurrens ille, se sua voce prædicauit uincere cunctos homines probitate: etenim ridetur vox illa simul & admirationi est, & sensim etiam mordet aliquo modo occultus eius sensus.

Eandem vim habere dicit illud Diogenis, qui in Olympicis ludis, cum præco, vt moris erat, voce sua declararet victorem eorum certaminum eum, qui se in illis eximie gesserat, accurrens ipse, magna voce prędicauit se vincere cunctos mortales vitæ integritate. Perspicitur autem ex verbis auctoris eum, cuius nomen vt victoris, a præcone pronuntiari debebat, solitum in medium se conferre, vt ab omnibus spectari posset: hoc enim videtur valere, quod inquit, τοῦ ὁπλίτου δραμόντος: propere enim in clarum eum locum accedebat, vt ad laudem: siue, vt institutum illius temporis seruaret. An verior sensus est eius loci, illum, quem indignum tanto verborum honore significauit Diogenes, grauibus armis tectum cursu certasse cum aduersariis. in quo duro certamine quum omnes superasset: à præconeq; ornatus esset, statim eo festinanter profectus Diogenes testificatus est, sibi magis laudem illam conuenire: suaque voce prędicauit se victorem omnium mortalium in multo honestiore certamine. ut longe alius fuerit cursus Diogenis ac cursus illius, qui grauiter armatus antea in ludis

dis illis cucurrit: ut nomina quoque eorum cursuum apud auctorem diuersa sunt. Recitatur hæc vox Diogenis, parum immutata à Laërtio, qui etiam nomen posuit illius, cuius capiti corona imposita tunc fuit: cum enim, vt ille narrat, astante Diogene, præco clamasset. Vincit Dioxippus viros, minime inquit Diogenes. ille quidem mancipia viucit: viros verò ego. Explicat autem Demetrius statim vim huius vocis, & quid præstet illa eodem tempore declarat. quod sanè contrarium inter se videtur, sed tamen totum ab eadem radice nascitur. Inquit igitur. Etenim ridetur quod prolatum est simul & admirationem gignit. Sed idem etiam addit, quod in primis hic requiritur. eo nanque nomine non sine causa existimatur hanc vocem fuisse acrem, aptamque ad plagam moribus hominum imponendam. Et leuiter mordet aliquo modo sensus eorum verborum. Δεινὸν autem hic translatum esse appatet: quo modo etiam Latinum verbum, quod huic respondet, acceptum est à Terentio & Cicerone. Quod ad verbum ipsum facit, quo studia vitamque suam mirifice ornauit Diogenes, vsus est illo Aristoteles in IIII. libro de moribus ad Nicomachum, vbi de magnanimitate disserit: affirmat enim præclaram illam virtutem constare non posse sine hac καλοκαγαθία. vim autem ipsius omnem, ac rationem diligenter exposuit in II. eorum de moribus librorum, qui inscribuntur ἠθικὰ μεγάλα. initium vero eius accuratæ dispntationis est hoc, ductum à laude huius nominis, cum dicitur de homine absolutæ virtutis. ἐν μὲν οὖν εὖ κακῶς λεγόμενον τοὔνομα ἀπὸ τοῦ τελείως σπουδαίου ἡ καλοκαγαθία & quæ sequuntur: quę sane multa sunt, eodem pertinentia.

Καὶ τὸ πρὸς τὸν καλὸν ῥηθὲν αὐτῷ· προσπαλαίων γὰρ καλῷ παιδὶ Διογένης, ἐκινήθη πως τὸ αἰδοῖον· τοῦ δὲ παιδὸς φοβηθέντος, καὶ ἀποπηδήσαντος. Θάῤῥει ὦ παιδίον, οὐκ εἰμὶ ταύτῃ ὅμοιος· γελοῖον γὰρ τὸ πρόχειρον τοῦ λόγου· δεινὴ δ' ἡ κευθομένη ἔμφασις.

Et quod in formosum dictum fuit ab ipso: cum enim luctaretur cum formoso puero Diogenes, commota aliquo modo natura eius est: puero autem perterrefacto, saltuq; se ab eo abstracto. Bono animo sis puer, inquit: non enim sum hac similis: ridiculum enim est quod in promptu est eius dicti: grauis autem quæ latet illic uis.

Addit Demetrius alteram eiusdem similem superiori vocem. illam inquam, quam protulit Diogenes in formosum puerum. nam quod ἐντοὶ inquit πρὸς καλὸν, sine dubio significat hoc ipsum. Terentius cum militem illum gloriosum ita induxit loquentem. Dolet dictum imprudenti adolescenti, credi potest hoc expressisse, sed his relictis. cõmemoraturus hanc ipsam cynici vocem Demetrius inquit primum cum Diogenes cum pulchro quodam puero luctaretur, commota est, nescio quomodo, natura ipsius. unde puer ille metuit: seq; saltu ab eo abstraxit. tunc ille, bono animo sis puer, inquit, non sum hac parte similis. Non est omnino planum in quo maneat ridiculum: præcipue incertum est quid significare voluerit auctor illo nomine ταύτῃ: in eo nam que videtur posita esse non parua pars huius vocis. quæ & risum excitat, & simul grauiter lædit. An inquit non esse se illi similem. quia ille ipsa perpeti paratus esset: ipse vero nullo modo facere. quare metus ille inanis fuit, nec debuit ipse vllo pacto ea de causa reformidare. Patefaciens verò Demetrius occultum sensum eorum verborum: & quàm apta fuerit vox illa huic rei efficiendę docens, inquit. Ridiculum enim est, quod in promptu est ac paratum eius vocis: acris autem ac vehemens, quę latet illic, notin. quæ si non subito intelligitur, subest tamen, paulatimque emergit atque apparet. vnde ἔμφασιν illam vocat. quemadmodum supra, initio huius disputationis, dixerat de hac ipsa nota dicendi δεινότης ἐμφαντικωτέρα τις. Quin πρόχειρον valeat quod dixi. dubium non est. infra quoque eodem sensu illud prolatum ab eo fuit, ὡς χ οὕτως εἶπε προχείρως. significat igitur, qui superficie tenus illam vocem attendebant existimaturos

maturos fuisse semper eam talem, qualem demonstrauit: qui verò contra altius per spiciebant, cognituros esse nim illius & acerbitatem, quę primo aspectu multos fallebat. Quod idem ait ἐκίνησε τὸ αἰδοῖον, videndum est an significare noluerit, quod Cicero de Mercurio, qui Cælo patre: Die marte natus est his uerbis protulit. Cuius obscenius excitata natura traditur, quod aspectu Proserpinæ commotus sit. siue potius in conatu illo totius corporis partem eam temere fuisse agitatam: hoc enim uerius puto.

Καὶ ὅλως συνελόντι φράσαι, πᾶν τὸ εἶδος τοῦ κυνικοῦ λόγου σαίνοντι ἅμα ἔοικέ τῳ καὶ δάκνοντι.

Et omnino, vt breuiter dicam, omnis species cynicæ orationis blandienti simul alicui similis est, & mordenti.

Superioribus exemplis positis, vt initio fecerat, præcipit in vniuersum omnem formam rationis eius frequentatæ à cynicis, videri eodem tempore & blandiri & mordere, idest in se quiddam habere aptum ad oblectandos nos: & aliud quippiam quod inurat dolorem. ita autem locutus est, dum cuperet rem demonstrare, vt qui vino valde delectantur de genere quodam ipsius, quod & suauitatem in se non paruam habet: simulque austeritatis non nihil retinet, loqui apud nos consuerunt. aiunt enim ipsum, translatis verbis à contrariis nostris erga aliquem factis, & osculari simul & mordere. nam id, quo Demetrius vsus est, videtur potius à canibus sumptum fuisse: illorum enim proprium est σαίνειν. idest blandiri domino, & tanquam adulari.

Χρήσονται δ' αὐτῷ καὶ οἱ ῥήτορές ποτε, καὶ ἐχρήσαντο. Λυσίας μὲν πρὸς τὸν ἐρῶντα τῆς γραὸς λέγων, ὅτι. Ἧς ῥᾷον ἦν ἀριθμῆσαι τοὺς ὀδόντας ἢ τοὺς δακτύλους: καὶ γὰρ δεινότατον ἅμα καὶ γελοιότατον ἐνέφηνε τὴν γραῦν. Ὅμηρος δὲ τό. Οὖτιν ἐγὼ πύματον ἔδομαι, ὡς προγέγραπται.

Vtuntur autem ipsa & oratores quandoque, & vsi sunt. Lysias quidem in amatorem anus dicens, quod procliuius erat numerare ipsius dentes, quàm digitos: etenim grauissimum quiddam simul & maxime ridiculum monstrauit esse anum illam. Homerus autem illud. Οὖτιν ἐγὼ πύματον ἔδομαι, *vt antea notatum est.*

Non alienum ab officio oratorum putat Demetrius illa ratione vti, vt narrat iam aliquos fecisse, qui vtiliter, & tempori illi accommodatè ipsa vsi sint. nam exempla, quæ posuerat, philosophorum fuerant, & maximè cynicę familiæ, quæ licentiam illam sibi vsurparat, & libere nimis vitam, & mores omnium accusabat. Lysiæ autem nunc exemplum ponit, quem ostendit in hominem vetulæ mulieris amatorem dixisse. cum eius anus ætatem grauem admodum ostendere vellet. Cuius facilius est enumerare dentes, quàm digitos. Reticuit autem nomen eius, in quem id dictum fuit, ne refricaret vulnus olim impositum honesto viro, & cuius erat magna apud omnes opinio sanctitatis. vnde apparet nostrum hunc auctorem moderatum virum, prudentemq; fuisse: nec alienum etiam ex hoc loco ab honore, existimationeque philosophorum. planum enim est, vt multo supra demostraui illum, cui tam turpis macula inusta fuit ab oratore Lysia, fuisse Æschinem Socraticum, cuius ingenio eruditissimi politissimique sermones Socratis litteris mandati erant. Inter lusus etiam Latinos in custodem hortorum idem prolatum fuit in hendecasyllabo ad declarandum mulierem, quæ cuperet amari, decrepitam esse, & nullo modo idoneam amatoriis voluptatibus: est e-

nim

nim illic. Hesterna quoque luce, dum precatur, Dentem de tribus excreauit vnum. Addit autem Demetrius, vim eius maledicti exponere volens, & quàm accommodatum sit huic rationi. Etenim grauissimum simul, & maxime ridiculum significauit esse anum illam. Huiuscemodi vero est (vt opinor) illud Ciceronis in Verrem: cum enim acriter eum accusaret, conareturq; quacunque ratione posset, asper esse ac vehemens, quod declarat etiam figura quam adhibuit; eodem tempore iocatus est. inquit igitur toto animo in eo vituperando occupatus. Etiam ne huius operarii studia ac delicias iudices perferetis? qui ita natus est, ita educatus, ita factus & animo & corpore, vt multo appositior ad deferenda, quàm ad auferenda signa esse videatur. Sed fortasse etiam non multo supra locus alter huic similis est, in quo itidem dulcedo quædam cum amaritie coniuncta fuit. Statim autem idem effecisse Homerum Demetrius adiungit, cum fecit Cyclopem, cum Vlysse loquentem, magni beneficii loco ponere, quod eum postremum omnium sociorum ipsius comesurus esset. cuius & stultæ admodum & immanis vocis vim non explicat, quia supra cum eiusdem muneris, digni persona Cyclopis, vnde proueniebat, mentionem fecerat, vim omnem illius aperuerat. Placet autem mihi addere illis, quę à me eo loco commemorata sunt. huius impórtuni & sinistri doni mentionem quoq; fecisse Plutarchum in VIII. libro quæstionum Symposiacarum, capite itidem VIII. quo quęrit cur Pythagorei abstinerent se à piscibus, cum alijs animantibus vescerentur. inquit enim illud quasi fœdus cum piscibus, quia id genus animantis non est cum homine coniunctum, esse absurdum: cum ridiculum, vel potius ferum & Cyclopeum, aliis cognationis & propinquitatis munus daret: illa cognatione in mensa adposita: indeque epulis confectis, ac dentibus denique tota ipsa absumpta.

Ὡς δ᾽ ἂν καὶ ἐκ σχημάτων γίγνοιτο δεινότης, λέξομεν. ἐκ μὲν οὖν τῶν τῆς διανοίας σχημάτων, ἐκ μὲν τῆς παραλείψεως ὀνομαζομένης, οὕτως. Ὄλυνθον μὲν δὴ καὶ Μεθώνην καὶ Ἀπολλωνίαν, καὶ δύο καὶ τριάκοντα πόλεις, τὰς ἐπὶ Θρᾴκης, ἐῶ: ἐν γὰρ τούτοις καὶ εἴρηκε πάντα, ὅσα ἐβούλετο, καὶ παραλιπεῖν αὐτά φησιν, ὡς δεινότερα εἰπεῖν ἔχων ἕτερα καὶ πικρότερα.

Vt autem & è figuris nasceretur grauitas, dicemus. ex figuris igitur sententiarum, ex omissione quidem vocata, sic. Olynthum quidem & Methonem, & Apolloniam, & triginta duo oppida Thraciæ, omitto: in his enim & dixit cuncta, quæ voluit, & se omittere illa ait. vt cui restarent dicenda alia & amariora.

Cum intelligeret fingi etiam formam hanc dicendi, grauem ac vehementem, vi quarundam figurarum, & tanquam ornamentorum orationis, voluit etiam accurate hunc ipsum eius fontem aperire. cum autem partim illarum in sententia: partim in verbis maneant, primo quibus sententiarum luminibus pariatur hæc nota, tradit. inquit igitur ex omni genere ipsarum effici illam è figura, quæ vocatur παράλειψις. quæ sanè frequens est apud oratores: ea verò est cum videri uolentes omittere quædam, tunc ipsum illa dicunt. exemplum ipse clarum ponit ex oratione Demosthenis, quam habuit tertiam contra Philippum Macedonem. nam verbum, quod in extremo est ἐῶ, ostendit consilium ipsius, qui nollet res eas commemorare. vel potius tegit & occulit: non enim erat illud præterire & omittere, cum ipsarum illarum vrbium nomina poneret. In causa Ctesiphontis, cum eadem hac astuta ratione uteretur, illo ipso verbo vsus est. vnde appellata hæc figura fuit: inquit enim. Μυρία τοίνυν ἕτερα εἰπεῖν ἔχων, παραλείπω. ναυμαχίας, ἐξόδους, πεζὰς στρατείας καὶ πάλαι γεγονυίας, καὶ νῦν ἐφ᾽ ἡμῶν αὐτῶν. Multa etiam ipsius exempla duci possent ex orationibus Ciceronis, sed quia res ualde nota

est

eſt,non ero longior. Vnum enim tantum inde promam, quod ualde aptum eſt veritati huius pręcepti ſignificandę: qnomodo enim actior eſſe,aſperiorq́; potuit, quàm cnm in M. Aotooinm in vii. quam in illum habuit,oratione ita egit. Cuius ut omittam innumerabilia ſeelera urbani conſulatus,io quo pecuniam publicam maximam diſſipaoit, exules ſine lege reſtituit,uectigalia uendidit, prouincias de populi R. imperio ſuſtulit, regna addixit pecunia, leges ciuitati per uim impoſuit,armis aut obſedit, aut excluſit Seoatum, ut hæc inquam omittam. & quę ſequuntur. Statim autem Demetrius explicat vim exempli: aperitq; callidum conſilium oratoris. inquit enim. In his enim,& dixit omoia, quæcuoque voluit: & ſe omittere illa affirmat,tanquam reſtarent adhuc alia grauiora & acerbiora.

Η εἰρημένη δὲ ἀποσιώπησις, τοῦ αὐτοῦ ἤθους ἐχομένη, δεινότερον ποιήσει τὸν λόγον.

Quæ autem iam dicta eſt reticentia,iiſdem moribus aſſinis, grauiorem efficiet orationem.

Cnm appareret vi illius ſimnlatæ derelictionis factum eſſe, vt, quę ſuppreſſa ſint, videaotur maiora, addit alteram eiuſdem geoeris figuram, non diſſimilem huic, & quę ab eodem ingenio proficiſcitur: vocatur autem ἀποσιώπησις, idem præſtare, efficereque & ipſam orationem graniorem, aptamq́ue magnopere ad perturbandom. Quid diſeriminis verſetur inter ipſas, apparet. poſterior enim hęc prorſus reticet,aut ſaltem inehoatam ſeotentiam relinquit: prior illa narrat, ſed pancis. vnde, quia non vtitur plena, exquiſitaq; narratione illarum rerum,vt antea feeerat, putat conſilium ſuum exitum habiturum: credique facile poſſe ab iis, qui andiunt, ipſa præterita, omiſſaq́oe eſſe. nam hoc etiam callide ab oratore additnr, ſe omittere ea,qnę illo modo commemorat: ideſt breui. Neque tameo hoc facere idem eſt atqne illud,quod ſupra præcepit, qno etiam loco figuram ἀποσιώπησιν idem valere ſignificauit: addidit enim aſſeueraoter illic obſcuritatem io dicendo multis locis gignere hanc formam, efficeteq́ue orationem aſperiorem. cuins præcepti exemplum Ciceronis hoc erit: cum enim in M. Antonium dixit,qni cum inimus fuiſſet C. Clodio in tribunatu, tamen iniuria magna ipſum eo tempore affecerat. Cuius etiam domi iam tum quiddam molitus eſt. quid dicam ipſe optime intelligit.magis inimicum vulnerauit, quàm ſi ſcelus ipſius illud totum patefeciſſet. neque tamen fuit illa ἀποσιώπησις, aut παράλειψις, ſed oratio obſcura, quæ idem præſtat quod ἀποσιώπησις, vt Demetrius illic accurate docuit, ratiooe eius rei reddita.

Παραλαμβανέσθω δ' ἂν σχῆμα διανοίας πρὸς δεινότητα προσωποποιία καλουμένη. οἷον. Δόξατε ὑμῖν τοὺς προγόνους ὀνειδίζειν καὶ λέγειν τάδε τινά. ἢ τὴν Ἑλλάδα, ἢ τὴν πατρίδα, λαβοῦσαν γυναικὸς σχῆμα.

Adſumatur autem figura ſententiæ ad grauitatem efficiendam; quæ vocatur proſopopæia. ceu. Cogitate vobis maiores obiicere & dicere hæc quæcunque illa fuerint, vel Græciam, vel patriam, ſumpta forma muliebri.

Extare præterea figuram aliam tradit, quæ idem efficiat: vtiliterqne adſumi poſſit ab oratore,cum cogitat acrior eſſe ac vehementior. illam autem eſſe, quę προσωποποιία vocatur, ideſt ficta inductio alicoius perſonæ. ſtatim autem ipſe quomodo tractetur, exponit, primumq́ue ioſtruit oratorem, ac tanquam ſpecimeo ipſius fabricandæ dat. deinde illuſtri exemplo ipſam explanat. inquit igitur. Ceu ſi orator ita cnm iis, apud quos verba facit, agat. Putate maiores veſtros vobis obiicere hęc facta: & dicere hęc,

quæ scilicet orator ipse tunc suo nomine dicit. Addit autem eruditus scriptor, quemadmodum maiorum personam ipse induere potest, ita etiam aut Græciæ aut patriæ posse quæ tanquam mulier tractetur. Hoc igitur præclarum lumen orationis, ita vt docui, videtur tractari posse. quod sanè Demetrius obscure significat: planius autem id declarat P. Rutilius in libello, quem scripsit de figuris: exépla certe duo, quæ ponit Hyperidis, & Charisii, in Latinum sermonem versa, eiusmodi sunt: in neutro enim eorum id quod copiose illic ac vehementer exponitur ex ore personarum illarum, idest naturæ ac reipublicæ, exponitur: sed tantum quæ ipse suis verbis dicit, ostendit iudices existimare debere à natura ipsa, & rep. dici. Exemplum verò Æschinis, sumptum ab extremo orationis contra Ctesiphontem, quo vsus est Alexander, videtur mixtum esse: prima nanque ipsius pars, & ea quidem longior, si & ipsa quoque ita vocari debet, manifesto rationem hanc continet: postrema verò planè intelligitur esse προσωποποιΐα: nec tamen aut Alexander, aut Rutilius putant has, non omnino inter se similes ipsius tractandæ rationes, genere distingui debere, vt diuersum ipsius ambo genus esse volunt, (quod non tangit Demetrius) cum aliquis inducit personam aliquam, quæ nunquam fuerit: aut eam, quæ sanè olim fuerit quamuis tunc non sit: vt homines, qui multo antea vita functi sint, ut Æschines Solonem & Aristidem. Priore genere narrat Rutilius vti solere poetas in prologis: intelligit autem (vt puto) locum hunc Plauti in prologo Trinumi, qui loquentes vnà induxit luxuriam, & inopiam, aliosque huic similes locos. Alexander vero eiusdem exemplum proferre volens, vsus est loco hoc Demosthenis. ὁ μὲν οὖν παρὼν καιρὸς ὦ ἀθηναῖοι μονονουχὶ λέγει φωνὴν ἀφιείς: ipse enim quoque sensum vocemque dat tempori, rei carenti sensu.

Ὥσπερ ἐν τῷ ἐπιταφίῳ Πλάτων, τὸ. Ὦ παῖδες, ὅτι μέν ἐστε πατέρων ἀγαθῶν, καὶ οὐκ ἐκ τοῦ ἰδίου προσώπου λέγειν, ἀλλὰ ἐκ τοῦ τῶν πατέρων: πολὺ γὰρ ἐναργέστερα καὶ δεινότερα φαίνεται ὑπὸ τῶν προσώπων. μᾶλλον δὲ δράματα ἀτεχνῶς γίνεται. τὰ μὲν εἴδη τῆς διανοίας καὶ σχήματα λαμβάνοιτ' ἂν, ὡς εἴρηται: καὶ γὰρ τοσαῦτα τὰ εἰρημένα παραδείγματος ἕνεκα.

Quemadmodum in epitaphio Plato. O filij, quod quidem bonis parentibus orti estis. & non ex propria persona dicere, sed ex persona parentum: multo enim euidentiora & grauiora esse perspiciuntur vi personarum illarum: potius autem dramata fiunt. species quidem sententiarum & figuræ sumentur, vt dictum est: etenim tot sunt, quæ dicta sunt exempli loco.

Hoc expressisse egregie Platonem ostendit in ea oratione, qua facit Socratem in contione laudasse eos, qui fortiter pugnantes pro patria essent in prælio interfecti: vocatúrque ἐπιτάφιος. ponit autem prima uerba illius prosopopœiæ Demetrius. statimque explicans artificium totius illius figuræ, inquit. Et non sua propriaque ex persona id proferre, sed maiorum: eorumque, unde illi antiquitus procreati sint. Quid autem commodi inde capiatur, exponit his uerbis. Multo enim euidentiora, & grauiora apparent commendata à personis illis: non parum enim auctoritatis ac uirium inde in ea loca uenit. Addit autem, tanquam se corrigens, quod parum dixisset: magisque patefacere uolens quid ratione hac fiat. potius autem dramata, & instar fabularum scenicarum quippiam illo pacto efficitur. hoc autem verum esse planè intelligitur, quia ut illic, ita etiam hic, persona inducitur, imitatioq; adhibetur: quod enim congruit, personis illis ipsis adfingitur, atque id, quod decet omni ratione seruatur.

M. Ciceronem pro M. Cælio iterum vsum fuisse hac ratione, aptè scilicet, ualdeque illi causæ vtiliter, notum est. cum enim Clodiam feminam infamem adulteriis insimularet, ne petulans haberetur, & ut oratio ipsius maiorem vim haberet, personam

grauem

grauem ex illa familia, summæque auctoritatis excitauit: ipsamq; finxit male verbis accipere eam mulierem, ac variis deniq; rationibus vexare. Nec multo post cum eandem astute vulnerare vellet, dissimilem vel contrariam potius superiori, personam fratris ipsius P Clodii induxit, quæ diuersa ratione, & ipsa vitia illius mulieris aperiret: ac quibus studiis dedita foret, ostenderet. Sed ad Demetrium redeamus, qui euoluta iam vi prosopopœiæ, cum sciret aliquas adhuc restare illius generis figuras, non tam hanc acrem aliquantum adiuuantes: quę tamen non magno negotio cognitis his perspici possent, volens ad eas, quæ in verbis manent, transire, inquit. Formæ sententiarum, figuræque capiantur eo pacto, quo dictum est, quæ scilicet à me nunc enumeratæ non sunt, vt statim ipse demonstrat. qui addit, quæ namque tradita sunt satis existimari debent huic tempori: ceterisque exemplo sui, documentoq; capiandis.

Τὰ δὲ τῆς λέξεως σχήματα ποικιλώτερον ἐκλέγοντα ἔστι δεινότερον ποιεῖν τὸν λόγον· ἐκ τε τῆς ἀναδιπλώσεως, ὡς. Θῆβαι δὲ Θῆβαι, πόλις ἀστυγείτων, ἐκ μέσης τῆς Ἑλλάδος ἀνήρπασται· διλογηθὲν γὰρ τὸ ὄνομα δεινότητα ποιεῖ.

Verborum autem figuras varie seligentem licet grauiorem reddere orationem: è duplicatione, vt. Thebæ autem Thebæ, vicina ciuitas, è media Græcia rapta est: iteratum enim verbum grauitatem efficit.

Licere præterea oratori expressis in dicendo figuris verborum efficere orationem acriorem affirmat. hęc enim quoque via eodem perducit. si quis scilicet ipsas seligere potuerit, & quę huic rei idoneę sunt seponere, ceteris repudiatis. in qua etiam re varietatem retineri debere existimat. primum autem illarum appellat ἀναδίπλωσιν, cum scilicet idem verbum iteratum est rei augendæ causa, non commemorandæ: semel enim id tantum positum hoc præstabat. Exemplo verò illustri vtitur ad hoc demonstrandum: sumptum enim est ex oratione Æschinis, qua Ctesiphontem accusauit. & si nunc ipsum apud auctorem contaminatum est: semel enim tantum illic legitur, errore magno aliquorum, qui hoc satis esse falso putantes, splendidissimum lumen illic extinxerunt. Apsinus etiam vetus rhetor, vbi quomodo animi commoneantur, docet: ἀναδιπλασιασμὸν etiam hoc valere affirmans, eodem exemplo vtitur. Ex Cicerone quoq; plura sumi possent, vt cum pro Milone inquit. Confiteretur confiteretur inquam si fecisset. & Philippica IIII. laudo laudo vos Quirites, cum gratissimis animis prosequimini nomen clarissimi adolescentis. & si aliud posteriore hoc loco videtur iteratio eiusdem verbi efficere, non reddere orationem acerbiorem: magisque ad vulnerandum aduersarium aptam, idest excitare eos, qui audiunt, facereque vt facto illo: significationeq; suæ voluntatis gaudeant, in eademque voluntate permaneant: his vero verbis Demetrius, cui rei seruiat illic figura hæc, docens: confirmansque indicium suum, adiungit. Duplicatum enim nomen efficit rem illam grauiorem atque acerbiorem. Apte autem in primis, vel potius acriter poëta noster Dantes forma hac vsus est: cum enim rem grauem admodum magno cum stomacho tractaret: personamque nactus esset, quæ dignitate omnibus aliis personis anteiret, induxit illam verba prima, non tantum iterare, sed etiam tertium repetere. in quo tamen nedum ille plus dixerit, quàm oporteret: eoque nomine accusari debeat, minus potius quàm rei indignitas postulabat in ea exaggeranda mansit. Inquit igitur spiritus plenus poeta, & his præcipue rebus exagitandis à natura factus. Quegli ch'usurpa in terra il luogo mio, Il luogo mio, il luogo mio, che vaca Ne la presenza del figliuol di Dio, Fatt'ha del cimiterio mio cloaca.

Καὶ ἐκ τῆς ἀναφορᾶς καλουμένης. ὡς τό. Ἐπὶ σεαυτὸν καλεῖς: ἐπὶ τοὺς νόμους καλεῖς; ἐπὶ τὴν δημοκρατίαν καλεῖς. τὸ δὲ σχῆμα τὸ εἰρημένον τριπλοῦν

καὶ γὰρ ἐπαναφορὰ ἴσως εἴρηται, διὰ τὸ τὴν αὐτὴν λέξιν ἐπαναφέρεσθαι ἐπὶ τὴν αὐτὴν ἀρχήν, καὶ ἀσύνδετον: δίχα γὰρ συνδέσμων λέλεκται. καὶ ὁμοιοτέλευτον, διὰ τὴν ἀπόληξιν τὸ καλεῖσθαι πολλάκις.

Et ex ea, quæ vocatur ἀναφορὰ. vt illud. Contra te ipsum vocas: contra leges vocas: contra democratiam vocas. figura autem hæc dicta triplex est: etenim epanaphora fortasse dicta est, quia idem verbum refertur ad idem principium, & asyndetum: sine coniunctionibus enim dicta sunt. & ὁμοιοτέλευτον, ob terminationem illius καλεῖς sæpe.

Ad alteram figuram transit eidem rei præstandæ valde aptam, appellatam ἐπαναφοράν, quam Cornificius repetitionem nominat. ab eodem autem oratore exemplum ipsius petit & ex eadem oratione, quo loco tanquam præcipit iudicibus, quomodo munere illo, quod sustinebant, fungi debeant: ostenditque non recte vllo modo ipsos facturos, si etiam hoc pacto cum reo egerint, quærere ex ipsis, an velint ipsum Demosthenem aduocare. Aduersus te ipsum vocas. aduersus leges uocas. aduersus democratiam vocas. statim autem de loco illo, summo artificio expolito, Demetrius disputans, inquit. Schema autem hoc triplex est. cum enim ostendisset se positurum exemplum vnius tantum, idest epanaphoræ vocatæ à Græcis, trium figurarum in vnum coniunctarum exemplum ponit, vt ipse accurate docet, qui ait. Etenim epanaphora est, vt dictum est, quia scilicet idem verbum repetitur initio horum omnium membrorum, quod cum fit sine alio studio dicentis, ornatuque, simplex repetitio est, & inconnexum, ut ita nocemus, quod ipse ἀσύνδετον appellat, quæ tamen figura præterea uocatur διάλυτον, uel muliebri genere διάλυσις idest dissolutio. cur autem illo modo appellata sit, ipse docet his uerbis. Sine coniunctionibus enim dictum est. unde etiam apte nominari potuit dissolutio: coniunctiones enim, dictæ σύνδεσμοι, sunt uincla quædam orationis, ut nomen ostendit, tertiam autem figuram, quæ illic maneat, esse tradit ὁμοιοτέλευτον, idest similiter conclusum, vt aliquando Cicero ipsam vocauit, quæ tamen facilius Græco nomine ostenditur. esse autem illic quoque ipsam, declarat: confici namq; ὁμοιοτέλευτον ex crebra illa terminatione membrorum in eodem uerbo καλεῖς. Dionysius quoque Halicarnasseus in libello de compositione uerborum, huius loci Æschinis mentionem facit: artificium oratoris in eo conformando commendans. cum autem & ipse suę sententiæ confirmandę causa, idem aliter pronuntiet, è tribusque membris unum faciat, vt noster hic eruditus magister: nec quicquam ab eo variet, existimari potest hunc Demetrii locum uidisse: sequique iudicium ipsius uoluisse: prǽsertim cum tradat τρίκωλον illud, unum eorum esse, quæ valde laudabantur. quin autem ferat ipsum in cælum summis laudibus Phalereus, dubium non est. Idem igitur affirmat auxisse locum eum Æschinem: idemque sæpe posuisse, non coactum: neq; ulla sibi eius rei gerendæ necessitate imposita, sed ut locum redderet iucundiorem: indeque etiam πάθος illic excitari.

Καὶ δεινότης ἤθροισται ἐκ τῶν τριῶν. εἰ δ' εἴποι τις οὕτως. Ἐπὶ σαυτόν, καὶ τοὺς νόμους, καὶ τὴν δημοκρατίαν, καλεῖς, ἅμα τοῖς σχήμασιν, ἐξαιρήσει καὶ τὴν δεινότητα.

Et grauitas coacervata est ex tribus. Si autem dixerit aliquis ita. contra te ipsum, & leges, & democratiam, vocas, vna cum figuris, sustuleris grauitatem.

Concludens quod probare voluit: nec seorsum amplius de aliqua ipsarum disputans,

tans, inquit. Et forma hæc grauis coacernata est ex tribus. figuris scilicet: ita enim accipiendum arbitror ex iis etiam, quæ hic consequuntur. nisi aliquis putet intelligi debere membris: vt videtur Halicarnasseus accepisse, cum ex tribus membris vnum factum esse dicat. sed res eódem redit: nisi enim numerus ille membrorum extitisset, non exorta illic essent lumina illa ἠθροῖσθαι quod inquit; significauit paruo in loco inclusas fuisse figuras illas & quasi coaceruatas. vnde figura quædam & ipsa in sententia manens, συναθροισμὸς vocata est, quia collecta simul sunt: & vno quasi capite comprehensa ad exacerbandos animos multa; quę diuersis temporibus aut facta sunt, aut effici potuere, ab eodem studio cogendi in vnum, & eum quidem paruum locum, res plurimas ac diuersas. Magis autem aperire rem volens corrumpit compositionem illam, qua fracta statim figurę dilabuntur: interitq; vnà grauitas omnis atq; acerbitas, quæ prius illic apparebat. vnde inquit sublatis inde figuris his, quamuis sententiæ maneant, simul tolli δεινότητα: nec restare illic vestigium vllum orationis eius acris ac vehementis. Similis verò videtur exemplo superiori Æschinis hic locus Sophoclis ex Oedipo adhuc regnante. cum chorus magno dolore commotus miseriarum Oedipi: nec rectis oculis ipsum intueri potens, inquit. ἀλλ' οὐδ' ἐσιδεῖν δύναμαί σε. θέλων πόλλ' ἀνερέσθαι πολλὰ πυθέσθαι, πολλὰ δ' ἀθρῆσαι: & iisdem enim luminibus illustratus est, & oratio profecto acris ac vehemens est.

Μάλιστα δὲ πάντων ἴσθι τὴν διάλυσιν δεινότητος ἐργάτιν. οἷον. Πορεύεται διὰ τῆς ἀγορᾶς τὰς γνάθους φυσῶν, τὰς ὀφρῦς ἐπηρκώς, ἴσα βαίνων Πυθοκλεῖ· ἐὰν γὰρ συναφθῇ ταῦτα συνδέσμοις, πρᾳότερα ἔσται.

Scire autem oportet dissolutionem maxime omnium opificem esse grauitatis. ceu. Ambulat per forum, buccis inflatis, sublatis supercilijs, aequaliter uadens Pythocli. si nanque copulata hæc fuerint coniunctionibus, mitiora erunt.

Quamuis omnes illic figuræ aliquid de suo addant ad conficiendam illam formam: seorsumque positæ adiuuent ipsam, præter ceteras tamen omnes dissolutionem multam valere ad ipsam fabricandam docet: esseque illius opificem non malam. vel potius hanc solam & separatam à ceteris, hoc semper valere, aé vincere duas illas cum quibus eo loco coniuncta fuit: quę enim quoque seorsum idem aliquando valent, vt exemplo, quod ponit, Demosthenis cognosci posse affirmat. acceptum autem illud est ex oratione de falsa legatione, quo loco & mores valde immutatos Æschinis, & vestitum, & incessum describit: ante oculosque pęnè ponit: cuncta enim absque copulis pronunciata sunt. vnde post exemplum statim positum Demetrius inquit. Si nanque copulis hæc illigata fuerint, erunt mitiora multo. idest amittent magna ex parte illum impetum suum, vimque incredibilem irridendi aduersarium, & in magnum odium ipsum adducendi. Nec tamen, si quis diligenter attendat, mera in Demosthenis hoc loco est dissolutio, verum altera etiam illarum: idest ἐπαναφορά, cum manifesto incisa duo ab eodem articulo incipiant: cum enim hoc fit, exprimitur ita quoque eadem figura, quamuis non sit adeo illustris. & sane hic orator sæpe ipsam in duobus membris terminat, ne facile summum artificium ipsius in facienda oratione deprehendatur. quare dissolutum hoc simile est illi Ciceroniano cum in Antonios dixit. His vos teterrimis fratribus portas aperietis? hos vnquam in vrbem recipietis? non, tempore oblato, ducibus paratis, animis militum incitatis, populo R. conspirante, Italia tota ad libertatem recuperandam excitata deorum immortalium beneficio vtemini? nam eodem loco paulo supra positum alterum hoc, est simplex purumq; ἀσύνδετον, quare conuenit mirifice præcepto huic Demetrii. Vastantur agri: diripiuntur villæ; matres familię, virgines, pueri ingenui abripiuntur: militibus traduntur.

Λαμβάνοιτ' ἂν καὶ ἡ κλίμαξ καλουμένη ὡς παρὰ Δημοσθένει, τό. Οὐκ εἶπον μὲν ταῦτα, οὐκ ἔγραψα δέ: οὐδ' ἔγραψα μὲν, οὐκ ἐπρέσβευσα δέ: οὐδ' ἐπρέσβευσα μὲν, οὐκ ἔπεισα δὲ Θηβαίους: σχεδὸν γὰρ ἐπαναβαίνοντι ὁ λόγος ἔοικεν ἐπὶ μειζόνων μείζονα. εἰ δὲ οὕτως εἴποι τις ταῦτα, εἰπὼν ἐγὼ καὶ γράψας ἐπρέσβευσά τε, καὶ ἔπεισα Θηβαίους, διήγημα ἐρεῖ μόνον, δεινὸν δὲ οὐδέν.

Sumi utique posset & κλίμαξ vocata, ut apud Demosthenem illud. Non dixi quidem hæc, non scripsi autem: neque scripsi quidem, non obij autem legationem: neque legationem quidem obij, non persuasi autem Thebanis: ferme enim ascendenti oratio similis est ad maiora maioribus. Si autem sic aliquis hæc diceret. Ego cum & dixissem & scripsissem legationem obij, & persuasi Thebanis, narrationem solum, nihil autem graue ederet.

Tradit capi præterea posse, aptam ad idem præstandum, figuram vocatam à Latinis quibusdam ascensum: ab aliis verò gradationem, & aliis etiam non nullis nominibus à quibusdam aliis magistris dicendi. κλίμαξ illa Græce appellatur. Exemplum ipsius aliquod ponere volens se contulit ad eundem summum oratorem, qui claro in loco ipsa vsus est: expressitq; eam mirifice pro causa Ctesiphontis, cum merita sua erga rempublicam Atheniensium commemoraret. ipsum autem vertit Quintilianus in nono libro, vbi de hac ipsa figura diligenter præcipit. Valde etiam notum & illustre ipsius exemplum est, locus Homeri, quo ille primum quasi ortum sceptri Agamemnonij commemorauit, & vnde ipsum profectum in manus tandem regis illius regum peruenisset, diligenter exposuit: semper enim illic extremum antecedentis sententiæ, initium fit consequentis. Explicans vero ipsum Demetrius: non sine causaq; figuram hanc ascensionem vocatam esse tradens, inquit. Ferme enim oratio similis est ascendenti ad maiora maioribus. nam cum præterita, & quæ relinquuntur, magna fuerint: maioraque & ipsa antecedentibus, quæ veniunt adhuc maiora sunt. Vt opinor autem locus ille Ciceronis pro P. Quintio eodem pacto conformatus est. Si debuisset Sexte petisses statim, si non statim, paulo quidem post. si non paulo, at aliquando. sex quidem illis mensibus profecto. initio nanque eius quod adiungitur, iteratur id, quod iam dictum fuerat: sed videtur potius qui gradibus his utitur descendere, quàm ascendere, quare verius illa notatur Græco nomine, quàm Latino: in scala nanque & ascensus, & descensus continetur: Addit autem, quod plerunque facit, Demetrius. fractis gradibus illis, omnem eam uim perituram. idest si quispiam non repetitis iis, quæ iam dicta sunt, quæ sequuntur tantum ediderit, ut ipse facit, documento nobis esse uolens, illam futuram narrationem tantum: nihilque illic grauitatis appariturum.

Καθόλου δὲ τῆς λέξεως τὰ σχήματα καὶ ὑπόκρισιν καὶ ἀγῶνα παρέχει τῷ λέγοντι, μάλιστα δὲ διαλελυμένον, τουτέστι δεινότητα. καὶ περὶ τῶν σχημάτων ἀμφοτέρων τοσαῦτα.

Ad summam autem figuræ verborum & actionem, & contentionem præbent dicenti: in primisque dissolutum, hoc est grauitatem. & de figuris quidem ambabus tot.

Concludere iam uolens hanc præceptionem inquit. Ad summam cum figuræ, quæ manent in uerbis, & actionem, & contentionem præbeant ei, qui dicit, idest facul-

culta-

cultatem ipsi deut, vt sumat aliquid ex studio histrionum, & quasi cominus congrediatur, pugnetq; cum aduersario, in primis hoc potest dissolutio, idest omnis locus, in quo demptis coniunctionibus dissolute plura ponuntur, vt Cicero locutus est cum lumen hoc orationis significaret, qui vt perspicitur, vtrunq; nomen, quo ipsum vocatur à Græcis, interpretatus est. cum vero Demetrius quid quasi largiatur oratori hæc figura demonstrasset: idq; duobus nominibus ostendisset, coniungere ipsum voluit, vnoque verbo exprimere. dixitque aperte se intelligere *ὑπόκρισιν*. vnde magis nos percipimus in quo maneat forma hæc grauis ac vehemens. tunc enim orator est acer ac vehemens, cum gestu corporis multum adiuuat orationem: acriterque prœliatur cum aduersario: aut denique vim aliquo modo facit alicui, qui studium ipsius, finemque impediat. In extremo verò, ipse quid fecerit, breuiter repetens inquit. Et de figuris quidem ambabus satis hæc sint. apparet autem ipsum intelligere, & sententiarum, & verborum figuras.

Λέξεις δὲ λαμβάνειν δεῖ πάσας, ὅσαι καὶ ἐν τῷ μεγαλοπρεπεῖ χαρακτῆρι: πλὴν οὐκ ἐπὶ ταὐτὸ τέλος: καὶ γὰρ μεταφέροντά ἐστι δεινὰ ποιεῖν. ὡς τὸ. Τῷ πύθωνι θρασυνομένῳ, καὶ πολλῷ ῥέοντι καθ' ὑμῶν.

Verba autem cuncta sumantur, quæcunque & in magnifica nota, præter quàm quod non ad eundem finem: etenim uerba transferendo licet grauiora facere. vt illud. Pythoni ferociter agenti, & multo fluenti contra vos.

Cum tradidisset ex quibus vtriusq; generis figuris efficiatur nota hæc grauis, nunc admonet, quæ singula verba idem præstent: vt enim certæ quædam coagmentationes verborum gignunt ipsam (figuræ nanq; *σχήματα* vocatæ, nihil aliud sunt) ita quædam verba sua vi aspergunt orationi hanc formam: inflammatumque esse animum dicentis declarant. primum igitur communiter præcipit adsumi huic rei efficiendæ debere cuncta verba, quæ notę illi amplæ ac magnificæ accommodata sunt: ipsique fabricandę comparantur, & si finis diuersus est: longeque aliud consilium eorum, qui diuersis his rebus toto animo incumbunt. Statim autem relicta animaduersione hac in vniuersum, docet translationem, quæ mirum quantum illic vtilis fuit, huic etiam tempori valde seruire: licet enim inquit è sua sede in alienam vocabulum comportantem efficere rem acerbiorem: vtitur autem exemplo Demosthenis, qui hoc pacto in causa, quam defendit, Ctesiphontis fuit acrior multo ac vehementior, quàm fuisset, si suo ac proprio illius rei nomine vsus esset, uel potius acrem fuisse illo tempore oratorem eum, de quo loquitur: effudisseque omnia maledicta in Athenienses demonstrat. unde magis meritum Demosthenis, animusque præclarus in remp: perspicitur, qui Pythoni resistere non dubitarit, nec impetum illum quasi torrentis reformidarit. dubium autem non est, quin in verbo *ῥέοντι* exemplum maneat: quo consuetudo vtitur, cum de aquis agitur: cursuque alicuius amnis. Horatium quoq; Latinum verbum, quod huic Græco respondet, aliò transtulisse notum est: de Lucilio enim loquens, quem non amabat, ut reliquos ferè antiquos Latinos poetas: eiusq; nimia facilitate in condendo carmine, inquit. Cum flueret lutulentus. Nos quoque cum aliquem ostendere uolumus effudisse omnia, quę in animo habebat in quempiam: eaque in re acrem ac uehementem fuisse, vtimur verbo, quo significatur proprie humoris effusio. nullum præterea exemplum translationis, quæ hoc moliatur, adfert.

Καὶ ἐκκλησίας λέγοντα, ὡς τὸ δημοσθένους. Τοῦτο τὸ ψήφισμα τὸν τότ' ἐπιόντα τῇ πόλει κίνδυνον παρελθεῖν ἐποίησεν, ὥσπερ νέφος.

Et imagines dicendo, vt est illud Demosthenis. Plebiscitum hoc, periculum quod tunc imminebat ciuitati, ut præteriret fecit, tanquam nimbum.

Tradit nunc rem illi similem idem aliquando posse. idest licere etiam oratori acrem orationem reddere, si breuibus imaginibus vtatur. huiuscemodi enim imagines idest pusillas ac cōtractas ipsum intelligere exemplo declaratur. Sumit autem illud ab eodem oratore, qui pro Ctesiphonte itidem, inquit. plebiscitum, quod ipse scripserat, disiecisse periculum imminens ciuitati, tanq̃ nimbum: non enim simpliciter appellauit periculum illud nimbum, sed cum periculum nominasset, more nimbi dixit ipsum subito euanuisse. Longinus quoq; celebrat hunc locum Demosthenis: & si aliud in eo συνθήκην, idest compositionem verborum, ac numerum, qui inde proficiscitur. Cicero Latino verbo, pari Græco, eandem rem [illegible] appellauit in epistola quadam ad Atticum. est autem locus valde similis huic Demosthenis, nisi quod de priuato domesticoque, non de publico malo loquitur. Inquit igitur. Quod autem iste in domo tua casus armorum, sed hunc quidem nimbum cito transisse lætor. retinet verò non nihil imaginis hic quoque Ciceronis locus: & si particula imagini fabricandæ necessaria in eo desideratur. Eiusdem generis & illud est in eadem oratione: atque eidem etiam rei efficiendę adhibitum. ὥσπερ ἐκ λογοκρασίας τινὰ μου τῆς πονηρίας τῆς ἑαυτοῦ καὶ τῆς ἀδικίας κατασκευάζοντος, vt alia non pauca relinquam. Cicero quoque auxilio harum imaginum reddidit aliquando res, quas augere volebat, atrociores: vt cum pro Sex. Roscio inquit. Quem tu è patrimonio tanquam è naufragio, nudum expulisti. & in XII. Philippica: An is non reddet, qui domini patrimonium circumplexus quasi thesaurum draco, Pompeii seruus, libertus Cæsaris, agri Lucani possessiones occupauit? Ab eadem autem belua: longe tamen alia ipsius natura, simile quoque duxit Plato, fingens Glauconem sophisten, accusantem aliquo modo Thrasymachum, dicere oratione Socratis tanquam cantu serpentem, passum illum esse se flecti ac deliniri: Verba eius politi scriptoris sunt. Θρασύμαχος γὰρ μοι φαίνεται πρῳαίτερον τοῦ δέοντος ὥσπερ ὄφις, κεκηλῆσθαι.

Αἱ παραβολαὶ δὲ τῇ δεινότητι οὐκ ἐπιτήδειαι διὰ τὸ μῆκος. οἷον τό. ὥσπερ δὲ κύων γενναῖος, ἄπειρος, ἀπρονοήτως ἐπὶ κάπρον φέρεται: κάλλος γὰρ καὶ ἀκρίβειά τις ἐν τούτοις ἐμφαίνεται: ἡ δὲ δεινότης σφοδρόν τι βούλεται καὶ σύντομον, καὶ ἐγγύθεν πλήττουσι ἔοικε.

Collationes autem grauitati minime idoneæ propter longitudinem. ceu illud. Quemadmodum autem generosus canis, rudis, temere in aprum irruit: pulchritudo enim & exquisita quædam ars in his perspicitur: grauitas autem, vehemens quiddam esse vult & concisum, & cominus percutientibus similis.

Cum idoneas huic generi dicendi breues imagines esse docuisset, ne quis ob similitudinem, quam collationes cum ipsis habent, deciperetur, affirmat collationes, παραβολὰς vocatas, minime aptas esse eidem rei efficiendę: causamque statim adfert, quę aperit cur non idem à rebus pęne iisdem efficiatur. nasci igitur id narrat ob longitudinem, accuratamq; totius facti expositionem, quæ perspicitur in collationibus. exemplum verò capit à Xenophonte, quo etiam exemplo multo supra vsus fuerat. Xenophon enim in primo libro de vita & disciplina Cyri, cum impetum Cyri adhuc pueri in Assyrios ostendere vellet, fecit illum similem cani, in aprum irruenti: totamque illam rem diligenter sanè, sed tamen magnifice describit. item quod canem eum γενναῖον appellauit, planum est & Græcos & Latinos scriptores, suo vtrosque vocabulo, appellare

appellare beluas aliquas generosas: & aues etiam vtraque gens minime vulgares, sed boni nobilisq; seminis eodem vocabulo significabat. cur autem remouendas putauerit ab hac nota collationes ostendere volens Demetrius inquit. Pulchritudo enim & exquisita cura in his cernitur. contra autem nota hæc, grauitasq; vehemens quiddam desiderat ac concisum. & sanè similis est ei, qui hostem feriat cominus: hoc enim quoque simili se putauit posse rem patefacere, & quasi ante oculos eorum, qui legerent ponere, quod significare volebat: vt enim eo tempore, ac loco arma breuia, vt pugio, sica, & gladius apta sunt, ita huic concertationi sententiæ acutę ac breues sunt valde accommodatæ. Cum autem depellat Demetrius sedulo imagines longiores, & comparationes denique, ab hac forma, videndum est an Cicero aliquando ipsas vsurparit, illo ipso tempore, quo acer ac vehemens videri volebat, ac minabatur denique aduersariis. vt pro Sex. Roscio cum inquit: Anseribus cibaria publice locantur & canes aluntur in Capitolio vt significent, si fures venerint, & quę sequuntur. simillima est accusatorum ratio. alii vestrum anseres sunt, qui tantummodo clamant: nocere non possunt. alii canes, qui & latrare & mordere possunt. & cetera, quę adiungit, quę sanè sunt prolixiora.

Γίνεται δὲ καὶ ἐκ συνθέτου ὀνόματος δεινότης, ὥσπερ καὶ ἡ συνήθεια συντίθησι πολλὰ δεινῶς, τὴν χαμαιτύπην, καὶ τὸν παραπλῆγα, καὶ εἴ τι ἄλλο τοιοῦτον. καὶ παρὰ τοῖς ῥήτορσι δὲ πολλὰ ἄν τις εὕροι τοιαῦτα.

Nascitur autem & ex iuncto nomine grauitas, quemadmodum & consuetudo iungit multa grauiter, τὴν χαμαιτύπην, *&* τὸν παραπλῆγα, *et siquid aliud huiuscemodi est. & apud oratores utique inueniret aliquis multa huiuscemodi.*

Admonet præterea Demetrius effici aliquando verbo iuncto grauitatem: quędam enim huiuscemodi nomina adferunt orationi vim & acerbitatem magnam: inflammatoque animo pronuntiata esse intelliguntur. in quo pręcepto animaduertendum est videri ipsum velle hæc nomina tunc iungi, fabricarique ab oratore: quare cum inusitata ac noua peruenerint ad aures eorum, qui audiunt, magis mouent ac perturbant. hoc autem ita accipi debere declarat, quia iubet vt imitemur consuetudinem, quæ sine dubio & ipsa multa nomina grauiter finxit ac conformauit. idest apte ad res illas exprimendas, demonstrandumque eorum vitium & importunitatem. exempla vero quædam huiuscemodi nominum, quæ in communi vsu sint, ponere volens, χαμαιτύπην appellat: ita enim vulgo vocabant meretricem ignobilem & sordidam. ratio autem eius iuncti nominis nota est. nec non παραπλῆγα, quo verbo, è duabus itidem vocibus concreto, significabant dementem & insanum hominem: exempli causa Salmoneum illum, qui sibi munera Iouis arrogauit: sic enim ipsum Græci plerunque vocabant. vt eundem Virgilius, cum quomodo apud inferos plecteretur, ostenderet, dementem dixit. illo etiam nomine vsus est Aristophanes, cum hominem nullius consilii notaret: & qui in corporis voluptatibus patrimonium omne disperderet: ita enim Plutum, quem deum diuitiarum facit, inducit loquentem, cum de iniuriis, quas acciperet à mortalibus, quereretur. ἢν δ' εἰς παραπλῆγ' ἄνθρωπον εἰσελθὼν τύχω & quæ sequuntur. Sed etiam Demosthenes, qui in oratione de ementita legatione, cum inuectus esset in proditores patriæ: ac stultitiam illorum, cęcitatemque animi declarasset, ita ad extremum exclamauit. οὕτως ἔκφρονας ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι καὶ παραπλῆγας τὸ δωροδοκεῖν ποιεῖ, idest. Adeo dementes ac stupidos homines reddit auaritia: patique expugnati fidem suam donis ac muneribus. Est igitur exclamatio similis illi Virgilianę. Quid non mortalia pectora cogis Auri sacra fames? Alia fortasse quędam eius generis inueniri posse putat Demetrius in consuetudine Græci sermonis, quæ docu-

documento sint, quomodo hęc res ab oratoribus tractari debeat, sed etiam apud oratores exempla non pauca ipsorum reperiri posse affirmat. quę qui subtiliter attenderit, & ipse poterit apte illi tempori verba componere. Esset arduum (vt opinor) præcepti huius exemplum inuenire in Latino sermone. quia non valde in ipso locum haber hæc licentia iungendorum nominum: raraque prorsus & infrequentia in eo duplicia nomina sunt. Quod igitur illic facerent verba iuncta, si quis apta illi tempori & accommodata ipsa fingere posset, facient fortasse nomina quædam nominibus adposita: ut profecto id faciunt in hoc loco è II. Philippica. Is vomens, frustis esculentis, vinum redolentibus, gremium suum & totum tribunal impleuit: et si enim negari non potest quin è rebus ipsis, quæ spurcissimæ sunt, nascatur δεινότης: genusque hoc dicendi acerbum ac vehemens vi ipsarum conficiatur, tamen adiuuant magnopere eam formam illa quoque epitheta: quæ nullo negotio intelliguntur ea de causa eò comportata fuisse, vt scilicet augerent sordes illas, ac fœditatem illius turpissimi facti ponerent ante oculos.

Πειρᾶσθαι δὲ τὰ ὀνόματα πρεπόντως λέγειν τοῖς πράγμασιν. οἷον ἐπὶ μὲν τοῦ βίᾳ καὶ πανουργίᾳ δράσαντος. Διεβιβάσατο. ἐπὶ δὲ τοῦ βίᾳ καὶ φανερῶς καὶ μετὰ ἀπονοίας. Ἐξέκοψεν. Ἐξεῖλεν.

Eniti autem nomina edere, quæ conueniant rebus. ceu de illo quidem qui vi & astute fecerit. Διεβιβάσατο. de illo autem qui vi, & aperte & cum vecordia. Ἐξέκοψεν. Ἐξεῖλεν.

Addit superioribus præceptis præceptum aliud, eidem rei efficiendæ idoneum: dandam enim nobis operam affirmat, vt rebus materiæque, de qua agitur, aptis nominibus vtamur: totam rem ipse accurate explanat, exemplisq; vtilitatem huius præcepti illustrat. inquit enim. Ceu si sermo est de quopiam, qui vi adhibita, simulque callide aliquid fecerit, διεβιβάσατο commode dicetur. quia illo verbo declaratur vis iuncta astutia: & tecta, non aperta. contra autem inquit, si sermo est de aliquo, qui vi sane quippiam gesserit: idem tamen aperte, & quasi cum vecordia, aptum verbum erit illi facto exprimendo, ἐξέκοψε, ἐξεῖλε: alterutro enim horum verborum affirmat apte, conuenienterque illis rebus posse id factum demonstrari. Latinum, non alienum vt puto; exemplum est illud Ciceronis pro Q. Ligario. Si, cum hoc domi faceremus, tu repente irrupisses: verbo enim hoc Irrupisses ponitur ante oculos eorum, qui audiunt impetus Tuberonis, disturbare rem cupientis: & impudenter nimis clementiam C. Cæsaris accusantis. vnde infra tradit illum, si hoc fecisset, omnem humanitatem exuturum fuisse, quod aliquo modo significat eum id μετὰ ἀπονοίας factu rum. Huiuscemodi etiam est, quod paulo supra dixit, eodem verbo vsus. Et in nostrum fletum irrumpes. nam quin ea parte illius orationis δεινὸς orator fuerit, & valde aduersarium vrserit, dubitandum non est. Quis præterea non fateatur præceptum hoc Ciceronem seruasse: vsumque esse verbo illi rei ostendendæ accommodato, cum mirificum conatum, vel vim potius exprimere volens, quam adhibuisset C. Verres Gn. Dolabellæ, in legatione ab eo obtinenda, abusus in illa re opera & studio amicorum, inquit. Quanta iste cupiditate, quibus allegationibus illam sibi legationem expugnauit! si nanq; hoc declaratione egeret, non esset verum, quod diximus, id, quod tradit Demetrius apte expressum illic fuisse à nostro oratore: exemplumque hoc quoq; eiusdem virtutis appositum esse. Nam quin illa quoq; ipsius eiusdem generis sint, dubitari non potest: cum studium M. Antonii exprimere volens vel impetum potius, quo impulsus ferebatur ad ea expedienda, quibus opprimere posset aduersarios, inquit. Prorupit subito Brundisium, vt inde agmine quadrato ad vrbem accederet, & paulo post. Inde se, quo furore, quo ardore ad vrbem rapiebat. Prorupit enim & Rapiebat significant conatum illum ingentem, & celeritatem incredibilem stimulis iræ concitatam.

Επὶ δὲ τοῦ δολίως καὶ λαθραίως. Ετρύπησεν, ἢ Διέφυγεν. ἢ ἄτι τοιοῦτον προσφόρον τοῖς πράγμασιν ὄνομα.

De illo autem qui dolose & occulte. Ετρύπησεν, *vel* διέφυγεν. *vel siquid huiuscemodi est accommodatum rebus nomen.*

Tertium preterea exemplum ponens eiusdem virtutis, cum exponitur quippiam, in quo fraus adhibita sit sine vi: cum potius opera data sit, vt id clam fiat, inquit dici debere. ἐτρύπησε, siue διέφυγε, vel si quid aliud est valde aptum illi rei demonstrandæ verbum. nam in verbo ἐτρύπησε positum esse clandestinum consilium apparet. conformatum vero illud est ex instrumento, quo fabri tignarii in materia perforanda vtuntur. quare similem rationem ostendit in rebus gerendis vsurpatam. Huiusce modi fortasse est illud Ciceronis de genere dicendi amplo & copioso prolatum, eloquentiaq; propria ipsius. Hęc modo perfringit: modo irrepit in sensus. quod enim Irrepit inquit id sine dubio valet, vt quod prius posuit, Perfringit, apertam vim ostendit, rationisque illius accommodatum exemplum est. Sed Demosthenes etiam pro Ctesiphonte cum rationem ostendere vellet quomodo Philippus in Peloponnesum aditum sibi patefecisset, verbo accommodato illi rei vsus est: quodq; idem valet quod Latinum superius Ciceronis. inquit enim. ὅτι πρῶτον ἐκείνοις εἰς τὴν Πελοπόννησον παρέδυντο: declarari enim illo occultum ingressum percipitur etiam testimonio huius nostri scriptoris, qui inquit multo supra. vbi de voluptate, quæ nascitur è numeris in oratione ex similitudine quadam versuum. λανθανόντως δ᾽ ἄττα παραδύνται ἐκ τῆς τοιαύτης ἡδονῆς χάρις. Illud vero διέφυγε diuerso modo de re, quæ elapsa sit è manibus, & aufugerit dici commode potest: neque enim valet quippiam in alium gestum & administratum. Perspicitur illud etiam Ciceronis, quo pluribus locis vsus est, huiuscemodi esse: cum enim ostendere vult celerem aduentum alicuius, inquit ipsum aduolasse: valde nanque hoc verbum illi rei exprimendæ aptum est, ac velocitatem illam in cursu faciendo ponit ante oculos, quæ propria est auium. cum igitur acerbitatem Sassię in A. Cluentium filium declarare vellet, inquit. Ipsa denique nuper Larino huius opprimendi causa Romam aduolauit. & postea in eadem oratione de Oppianico. Larinum in summo timore omnium cum armatis aduolauit. nec non in M. Antonium. Aduolabat ad vrbem à Brundisio homo impotentissimus. & aliis præterea locis.

Τὸ δὲ ἐξαίρεσθαι πως λαμβανόμενον, οὐ μέγεθος ποιεῖ μόνον, ἀλλὰ καὶ δεινότητα, ὡς τό. Οὐ λέγειν ἔσω τὴν χεῖρα ἔχοντα δεῖ Αἰσχίνη, ἀλλὰ πρεσβεύειν εἴσω τὴν χεῖρα ἔχοντα.

Extolli autem, quodammodo sumptum, non magnitudinem facit solum, verum etiam grauitatem, veluti illud. Non dicere manum intus habentem oportet Aeschine, sed legationem obire intus manum habentem.

Ostendit aliud, quod & ipsum notam hanc gignat, quod tamen alii rei efficiendæ factum videtur. nam quin illud ipsum, quod vulgo existimatur, prestet, non dubitat Demetrius, sed addit, non id solum ipsum efficere, verum etiam aliquando aliud, quod non omnes intelligunt: id autem est, quod ipse vocat ἐξαίρεσθαι: valet autem illud (ut opinor) extolli, & toto corpore erigi. inquit igitur. Extolli verò, quodammodo vsurpatum, non solum parit magnitudinem, verum etiam grauitatem: aliter nanque sumptum auget tantum, grauitatemque adfert rebus: ea verò ratione, qua tradit, vtrunque facit idest auget, simulq; parit grauitatem. quin autem semper augeat, dubitari non potest: hoc enim proprium ipsius est. Exemplo illustrare hoc volens, indicat locum Demosthenis, quo magnopere ille vrsit aduersarium, in oratione de

emenuta

ementita legatione. inquit enim non oportere manum continere, & quasi sub pallio ipsam clausam habere eum, qui diceret, sed illum, qui legationem obiret. præceptum que id huic tempori magis aptum esse, quàm illi, affirmat: quo dicto acute, faceteque simul obiecit Æschini, quod dona accepisset à Philippo rege, cum ad eum orator ab Atheniensib. missus est. tota res, accurate illic exposita, nota est: quin autem huiusce modi aliquid facere, quale tunc fecit Demosthenes, sit ἐξαίρεσθαι, dubitandum non est. vsum vero tunc ipsum fuisse elatione hac, non vt simpliciter augeret, sed vt premeret aduersarium, non est difficile videre: fuit enim illud acriter cum ipso pugnare: telumque, quod in ipsum iecerat, in illum retorquere. Quia autem, quacunque ratione possum, cupio rem patefacere: illiusque Demosthenis loci nim, argutiasque aperire, respondet (vt opinor) illi, quod ipse inquit. ἔσω τὴν χεῖρα ἔχειν, id, quod nos patrio sermone dicimus, tener le mani à se. nam & de iis qui continenter viuunt dicitur: & de illis qui manus abstinent alieno. cum igitur Æschines accusaret aduersarii actionem, illamque mannum proiectionem: addidissetq; veteres illos oratores solitos esse dum dicerent cohibere manus pallio, aliter illud capiens Demosthenes, inquit Æschinem melius facturum fuisse, si eo tempore manus cohibuisset. nos igitur quoque tunc diceremus de aliquo, qui simili tempore recte se gereret: nec muneribus ullis fidem suam labefactari pateretur, ipsum tenet le mani à se: quod, ut obiicit ei Demosthenes, non fecerat Æschines. quare lusit in eo orator: aduersariumque eo dicto grauiter uulnerauit. Sed hoc etiam uidetur eo in loco animaduertendum. quod quum Æschines id protulit, χεῖρα vocauit totum brachium: illa enim parte corporis in agendo, cum commoti sunt, utuntur oratores: ut significauit etiam ille qui ait, cum brachium concalefecerit, tunc se solitum pugnare. Demosthenes vero, cum retorquet in illum eam uocem: Æschinique maledixit, summam tantum eius partem intellexit, idest manum. illa enim pecunia munusque accipitur. utrunque uero ualere id verbum apud Græcos notum est.

Καὶ τό. Ἀλλ' ὁ τὴν Εὔβοιαν ἐκεῖνος σφετεριζόμενος: οὐ γὰρ ὑπὲρ τοῦ μέγαν ποιῆσαι τὸν λόγον ἡ ἐπανάστασις, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ δεινοῦ. γίνεται δὲ τοῦτο ἐπὰν μεταξὺ ἐξαρθέντες κατηγορῶμέν τινος. ὥσπερ γὰρ Αἰσχίνου κατηγορίας: τὸ δὲ Φιλίππου δεῖ.

Et illud. Verum ille qui Eubœam suæ ditionis facit: non enim ut faceret orationem grandem elatio adhibita est, sed vt grauem. efficitur autem hoc cum illo ipso tempore, quo nos extulerimus, accusauerimus aliquem: tanquam enim illic Aeschinem: hic vero Philippum accusat.

Alterum hoc exemplum clarum & ipsum est ex oratione pro Ctesiphonte ductum. vbi enim inquit. Sed ille, qui in suam ditionem redegit Eubœam. & quæ sequuntur. non tantum grandiorem orationem effecit, sed etiam fuit eo loco acrior multo ac vehementior: multoque maiorem Macedonis iniuriam reddidit. nam quin simul amplificarit orationem non est dubium. illud enim ἀλλ' ὁ τὴν Εὔβοιαν. manifesto hoc facit: relictis enim superioribus, de quibus fortasse controuersię aliquid esse posset, hoc planum esse significat, ut in priore etiam exemplo est. ἀλλὰ πρεσβεύειν: cum enim particula hæc aduersetur sententiæ, quæ antecedit, percipitur eam rebus augendis, amplificandisque aptam esse. consilium autem oratoris aperit his verbis Demetrius. Non enim, vt orationem grandem redderet, elatio illa: verum, vt acrem ac vehementem. Quomodo etiam gignatur hoc, & quæ ratio sit huius rei noue aliquo modo efficiendæ: siue duplicem appellare volumus: eodem enim tempore duo geruntur, declarat. Nascitur enim inquit hoc tunc, cum illo ipso tempore, quo nos extollimus, quempiam accusauerimus, immiscemusque cum studio amplificandi aliquid acerbitatis

tatis: ex duobus enim fontibus duo illa exoriuntur. id autem manifesto factum esse duobus illis locis ostendit: priore enim insimulatus est Æschines: posteriore verò Philippus.

Δεινὸν δὲ καὶ τὸ ἐρωτῶντα τοὺς ἀκούοντας ἔνια λέγειν, καὶ μὴ ἀποφαινόμενον. Ἀλλὰ ὁ τὴν εὔβοιαν ἐκεῖνος σφετεριζόμενος καὶ κατασκευάζων ἐπιτείχισμα ἐπὶ τὴν ἀττικὴν, πότερον ταῦτα ποιῶν ἠδίκει καὶ ἔλυε τὴν εἰρήνην ἢ οὔ; καθάπερ γὰρ εἰς ἀπορίαν ἄγει τὸν ἀκούοντα, ἐξελεγχομένῳ ἐοικότα, καὶ μηδὲν ἀποκρίνασθαι ἔχοντι.

Graue autem & interrogantem eos qui audiunt quædam dicere, & non enunciantem. Verum ille qui Eubœam suæ ditionis facit & castellum oppugnandæ Atticæ ædificat, vtrum hæc faciens iniuriam fecit & pacem sol uit an non? tanquàm enim in dubium vocat auditorem, similem confutato & qui nihil respondere possit.

Demonstrata superiore ratione Demetrius, aliam indicat. quæ & ipsa idem præstet. est autem illa, cum in dicendo quærimus aliquid ex iis, qui audiunt, & non simpliciter, vsitataque via id exponimus: inde enim quoq; affirmat proficisci δεινότητα: vnumque hoc esse è multis, quæ reddunt orationem acrem ac vehementem. qui nanq; ita interrogat, non quærit quod nesciat: neq; studet vt certior reddatur rei, quam ignoraret, sed astute id facit, vt premat auditorem: & tanquam in angustum copias eius redigat. ille enim, quia non potest se expedire: nec aliquid respondere, quod liberet eum culpa, tanquam conuictus, confutatusque iacet. oratio igitur, quæ hoc præstat, sine dubio grauis ac vehemens est: disiicit enim, frangitque aduersariom. Omnis autem ille locus, quo Cicero in VII. Philippica docuit pacem cum Antonio turpem esse, cum acer in primis ac vehemens sit, omnem pænè illam suam vim duxit ex hac figura: quæ fuit enim illic orator de illis, quæ plana & certa in animo suo erant: de quibusque non expectabat iudicium aliorum, metuens ne illa illios modi forent, sed volens ita conuincere ipsos ac cogere fateri illo prorsus pacto se rem habere. Initium ipsius est. Quid est inconstantia, leuitate, mobilitate cum singulis hominibus, tum vero vniuerso senatui turpius? quid porro inconstantius, quàm quem modo hostem, non verbo, sed re multis decretis iudicaritis, cum hoc subito pace velle coniungi? seruat autem eam vsque ad extremum eius capitis. Quintilianus quoque de genere hoc interrogationis disputauit, quod figuratum appellat. id autem esse inquit. quotiens non sciscitandi gratia assumitur, sed instandi. cuiusmodi verò ipsum sit exemplo declarare volens, satis claro & illustri vsus est: attulit enim hoc Ciceronis, quod multis virtutibus refertum est. Quid enim tuus ille districtus in acie Pharsalica gladius agebat? sed etiam alterum hoc eius oratoris in Catilinam. Quousque tandem abutere Catilina patientia nostra? Demetrius verò quod dixerat constituit eodem exemplo Demosthenis, quo paulo ante vsus fuerat. nam præter elationem illic etiam interrogatio est, & ea quidem crebra, & freqnentata. statim autem, vim eius loci explanans, inquit. Orator enim ita tanquam in dubium vocat eum, qui audit. hærereque animo facit. perinde ac confutatus esset: nihilque respondere posset. ponit igitur ante oculos his verbis incredibilem vim, impetumque huius rationis.

Εἰ δὲ ὧδε μεταβαλὼν ἔφη τις, ἠδίκει καὶ ἔλυε τὴν εἰρήνην, σαφῶς διδάσκοντι ἐῴκει, καὶ οὐκ ἐλέγχοντι.

Si autem sic mutato illo dixerit aliquis, iniuste fecit & pacem soluit, plane docenti & non arguenti similis esset.

Vt magis explanet hunc præceptum, immutat Demetrius exemplum: indeque, sententia eadem custodita, eximit interrogationem, inquit igitur. Quod si aliquis, bonum huius rationis non intelligens, ita idem diceret. Iniuste faciebat Philippus & pacem dissoluebat, plane docenti rem, & non graue peccatum eius arguenti, similis fuisset. Sed etiam Quintilianus eo loco, quem indicaui, idem fecit: exemplumq; posterius immutauit. inquit enim. Quanto enim magis ardet, quàm si diceretur. Diu abuteris patientia nostra, &: patent tua consilia. Eiusdem generis, cuius superiora, manifesto est locus hic pro Archia poeta. Quid enim horum infirmari Gracche potest? Heracleæ ne esse eum ascriptum negabis: apparet enim ita ipsum tractatum acrem ac vehementem extitisse. vt contra eundem futurum fuisse languidum, si Cicero, sublata hac forma, dixisset. Nihil horum infirmari potest. Heracleæ ille ascriptus erat: vt alter etiam hic è Miloniana. qui etiam alia figura admota, grauior adhuc: magisque aptus ad inflammandos animos redditus est. Exhibe quæso Sexte Cludi, exhibe librarium illud legum vestrarum, & quæ sequuntur. Sed eidem etiam idem quod reliquis accidisset, si sine arte hac, interrogationeque pronuntiatus fuisset.

Ἡ δὲ καλουμένη ἐπιμονή, ἐστι μὲν ἑρμηνεία πλείων τοῦ πράγματος· μέγιστα δὲ συμβάλλοιτ᾽ ἂν εἰς δεινότητα. παράδειγμα δὲ αὐτῆς τὸ Δημοσθένους. Νόσημα γὰρ ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι δεινὸν ἐμπέπτωκεν εἰς τὴν Ἑλλάδα. οὐκ ἂν οὕτως ἦν δεινόν.

Quæ autem vocatur ἐπιμονή, est quidem dictio maior re. Plurimum autem prodesset ad grauitatem. exemplum autem ipsius, illud Demosthenis: Morbus enim Athenienses grauis incidit in Græciam: non fuisset adeo graue.

Monstrat aliud quasi lumen orationis, quod idem efficiat: id vero vocatum est à Græcis ἐπιμονή. Cicero commorationem appellauit in tertio libro de oratore. qui penè idem etiam ipsam valere, quod scriptor hic noster, affirmat: hæc enim ipsius verba sunt. Nam & commoratio vna in re permultum mouet. Alexander etiam quidam, vetus magister dicendi, qui scripsit de figuris & verborum & sententiarum, amplificationis aliquid in ea esse debere docuit: qui enim, nisi hunc consilium ipsius foret, re aliqua iam exposita, diutius in ipsa commoraretur, peccaret: ratioque ipsius tota exploderetur: sine causa namque occupatos auditores teneret, cum aliquid noui præter verba non adferret. contra autem eiusdem loci tractatio, si eo consilio administratur, vt vitium illius facti magis aperiatur: incendanturque ita animi auditorum, reprehendi non potest. inquit igitur ille totum hoc, quod cuiusmodi sit, minime etiam declaratur, μετὰ αὐξήσεως esse debere: pertinereque ad rem amplificandam, quæcunq; vis & natura ipsius sit. Recte igitur dixit Demetrius ipsam plurimum prodesse ad grauitatem orationis gignendam. Exemplum verò quod hoc possit, esse docet locum Demosthenis de falsa legatione, ubi prędicat illo præcipue tempore oportere odisse, ac supplicio afficere proditores, quo magna ipsorum ubertas omnibus in terris existit. Apparet autem locum hunc mancum esse, ac desiderari in eo plura. nam quin defecerit simplex eiusdem rei, ac sine ulla amplificatione narratio, dubitari non potest. Vt enim sæpe supra fecit, ut magis aperiret uim huius formæ, immutauit locum, itaque exposuit rem illam, ut nihil in ea permaneret. sed fortasse etiam exemplum ipsum plenius posuerat: in his nanque uerbis, quæ nunc hic leguntur, summi oratoris,

oratoris, non est commoratio vlla. nisi quis putet Demetrium voluisse tantum locum indicare, qui apud auctorem eo modo tractatus esset, qui postea illic huiuscemodi esse nullo negotio intelligitur: in aliis nanque, quæ posita illic sunt ad permouendos animos, est quod, cum morbum illum δεινὸν vocasset, addidit, in eodem sensu commorans, καὶ χαλεπὸν καὶ πολλάς τινας ἀτυχίας καὶ τὰς παρ᾽ ὑμῶν τιμωρίας δεόμενον. sequuntur etiam alia huiuscemodi, quæ neminem fallere possent, qui locum in manibus habeat, ac diligenter attendat, quare à me non notabuntur. Non magno preterea negotio cogitari potest, quomodo commorationem illam fregerit apud Demosthenem Demetrius: si quis enim tenuiter res illas exposuerit, nec diuersis nominibus vtens, idem iterarit: aliquid ve augendi causa addiderit, ille profecto proxime accesserit ad immutationem huius loci, confectam à nostro hoc polito, accuratoque doctore. Sequuntur verò verba ipsius, manifesto olim posita post locum exutum illo ornatu, breuiterque prolatum. Non ita fuisset acerbum ac graue, quemadmodum scilicet fuit cum illo artificio prolatum. Est etiam molestum hac parte, quod non suo loco videtur Demetrius hanc figuram explicasse: supra nanque accurate de vtroque genere figurarum disseruerat. quare non sine causa dubitaret quispiam, an illam ipsam intelligat hic noster. & si occurreret hoc pacto aliquis huic difficultati. quod, vt testatur quoque Cicero, quidam magistri dicendi non nullas non putabant esse figuras, quas tamen rhetores alii arbitrarentur in eorum numerum esse includendas. nam legi etiam in illud Homeri maxime celebre ἐκ θυμοῦ φίλεον ἀλόχον, scholion vetus, quod tradit figuram, quæ versibus illis continetur vocari ἀπόλυσιν. est autem cum aliquis, cui obiectum sit crimen aliquod: aut denique aliquo modo affinis sit ei culpæ, non expauescit illam, sed expectat ac purgat. quod facit illic Achilles: cum enim vulgo insimularetur, quod ob ereptam amicam iratus factus esset Agamemnoni, non inficiatur, sed recurrit ad illud quod iure suscensuisset.

Τάχα δὲ καὶ ὁ εὐφημισμὸς καλούμενος μετέχοι τῆς δεινότητος: καὶ ὁ τὰ δύσφημα εὔφημα ποιῶν, καὶ τὰ ἀσεβήματα εὐσεβήματα.

Fortasse autem & qui εὐφημισμὸς vocatur retineat aliquid grauitatis: & qui odiosas res bonis verbis edit, & impia itidem facta pia.

Ostendit quid sui iudicii sit de alia forma sententiarum, quæ Græco verbo vocatur εὐφημισμός: ipsamque significat se existimare non alienam esse ab hoc genere dicendi. illo autem pacto ipsa est appellata, quia bonis verbis res malę & odiosæ exponuntur. prudentes vero viri, & politi homines cauent quicquam edere, quod statim apud eos, qui audiunt, offendat: & animos ipsorum exasperet: conanturq; quantum possunt id mali, quod in re est, verbo mitigare ac conterere, ne committant, quod rusticus quidam, qui virginem sui loci atq; ordinis amabat: cum enim ipsi soli in via occurrisset, dixit se cupere illam polluere, omnique macula afficere; & auxit potius quàm minuerit stultitia sua vitium illius improbi facti. Attigit hanc rationem Quintilianus in ix. libro. vimque ipsius diligenter exposuit: cum autem exemplis illustrare rem vellet, eo etiam vsus est, quod hic ponit Demetrius. Verba ipsius sunt, huic loco, præceptionique valde accommodata. Confinia sunt his celebrata apud Græcos [illegible], per quæ res asperas mollius significant. nam Themistocles suasisse existimatur Atheniensibus vt vrbem apud deos deponerent. et qui Victorias aureas in vsum belli conflari volebat, ita declinauit. Victoriis vtendum. Plutarchus quoque in Cicerone testatur ipsum hoc animo, cum senatui significaret, interfectos esse ciues illos, qui cum Catilina coniurarant, dixisse Vixerunt: voluisse enim declinare inuidiam eius nominis, cum tamen res eadem ita quoque ostenderetur, cuius proprium nomen ominis etiam causa vitabatur, inquit igitur ille. φθεγξάμενος δὲ μέγα πρὸς αὐτοὺς ἔζησαν εἶπεν. οὕτω δὲ Ῥωμαίων οἱ δυσφημεῖν μὴ βουλόμενοι τὸ τεθνάναι σημαίνουσιν. Sed redeamus iam ad ea, quæ ab auctore hoc nostro de forma hac traduntur. inquit enim. Fortasse autem qui

vocatus est εὐφημισμὸς, partem aliquam sibi vendicat huius dictionis grauis ac vehementis. explicare verò volens in quo maneat forma hæc, virili genere à Gręcis appellata, addit. Et quicunque ea, quæ molesta & odiosa sunt verbo reddit contraria: facitq; artificio quodam suo, ut illa sine odio ac pęna ulla perueniant ad aures eorum, qui audiunt, adiuuat huc genus dicendi. cum autem hoc præceptum uideatur non omnino planum ac certum, ideo inquit, ut licet existimare, fortasse. nec non venire in partem, qui huiuscemodi aliquid moliatur, eius operis. nam putaret aliquis, non omnino stulte, contrariam rationem, idest si quis uteretur nominibus illis asperis & duris in illis rebus ostendendis, magis aptam esse huic tempori, faciliusque posse animos eorum, qui audiunt, commonere: & ualde incensum esse eum, qui dicit, significare.

Οἷον ὡς ὁ τὰς νίκας τὰς χρυσᾶς χωνεύειν κελεύων, καὶ καταχρῆσθαι τοῖς χρήμασιν εἰς τὸν πόλεμον, οὐχ οὕτως εἶπε προχείρως, ὅτι κατακόψωμεν τὰς νίκας εἰς τὸν πόλεμον: δύσφημον γὰρ ἂν οὕτω, καὶ λοιδοροῦντι ἐοικὸς ἦν τὰς θεάς, ἀλλ᾽ εὐφημότερον, ὅτι συγχρησόμεθα ταῖς νίκαις εἰς τὸν πόλεμον: οὐ γὰρ κατακόπτοντι τὰς νίκας ἔοικεν, οὕτω ῥηθὲν, ἀλλὰ συμμάχους μεταποιοῦντι.

Ceu qui victorias aureas conflare iubebat, & uti pecunia illa ad bellum, non sic locutus est inconsiderate. Percutiamus Victorias ad bellum: odiosum enim ita fuisset, & simile contumelia vexanti deas, sed melioribus uerbis. vtamur uictoriys ad bellum: non enim percutienti Victorias simile fuit, ita prolatum, sed socias sibi facienti.

Exemplo illustrare volens præceptum hoc, inquit. ceu qui cum in magnis angustiis ærarii victorias aureas conflare suaderet: vtiq; pecunia illa ad vsus belli, non ita dixit temere: & ut in buccam veniret agresti homini. Percutiamus victorias ad bellum: ita nanque prolatum omnis loco habitum esset; & in deas illas prorsus contumeliosum fuisset. cauebant vero magnopere veteres & Gręci & Latini homines, rem aliquam alicuius ponderis incepturi, cum illa omnium maxima esset, ne verbum aliquod ipsis ore excideret, quod mali aliquid portenderet. vt etiam cum alicui tristi rei eo tempore occurrebant, ab eo incepto desistebant. κόπτειν dici solitum esse de materia, ex qua pecunia conficitur, cum tuderetur, percutereturque notum est. vnde Aristophanes inquit, cum deterioris notæ virum significare vellet. ἴσως δ᾽ ὄντα πονηροῦ κόμματος. contra vero illo modo, quo protulit, editum affirmat ipsum mollius multo fuisse: remotumque ab omni tristis rei significatione, cum ostenderit studium alicuius, qui vellet socias sibi asciscere victorias in eo bello, & nullo modo ipsas frangere ac labefactare.

Δεινὰ δὲ καὶ τὰ δημάδεια καίτοι ἴδιον καὶ ἄτοπον τρόπον ἔχειν δοκοῦντα: ἔστι δὲ αὐτῶν ἡ δεινότης, ἔκ τε τῶν ἐμφάσεων γινομένη, καὶ ἐξ ἀλληγορικοῦ τινος παραλαμβανομένου. καὶ τρίτον ἐξ ὑπερβολῆς.

Grauia autem & Demadea dicta, & si proprium & absurdum modum habere videntur. Exoritur autem ipsorum grauitas, ex emphasibus: & ex allegorico quodam assumpto. & quod tertium est, ex hyperbole.

Cum voces quasdam prudentium virorum, qui ratione vsi fugerent tristitiam quarundam rerum: easque verbis immutarent, atque in bonum conuerterent, retinere aliquid grauitatis huius docuisset, nunc adiungit voces etiam multas Demadis oratoris

tis tales esse, idest acres ac vehementes, & gignere demum hanc formam: quamuis illæ, vt ostendit, suam quandam ac propriam rationem habeant. & quæ non nullis videri possit absurda. Nec tamen cum Δημάδεια inquit, illius ipsius tantum dicta intellexit, sed aliorum nonnullorum assimilia vocibus Demadis ac paria. Vnde autem proficiscatur ac manet, quę in ipsis existit, grauitas docet: nec vnam sane fontem ipsius esse declarat, cum potius ex tribus diuersis inter se rebus ipsa exoriatur: idest ex illis, quæ vocatæ sunt ἐμφάσεις Græco sermone. cum scilicet aliquæ res ante oculos aliquo modo ponuntur, & pręterea ex similitudine quadam allegoriæ, quæ vtilis valde ad id consilium, adsumitur. tertium verò nasci tradit ex hyperbole. nam hoc quoq; Grecum nomen, cum sit satis notum, tritumque Latinis auribus ponemus. significat autem manifesto cum in aliqua re narranda superatur modus. atque id dicitur, quod simile mendacio existit.

Οἷοί ἐστι, τὸ. Οὐ τέθνηκεν ἀλέξανδρος ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι: ὦζε γὰρ ἂν ἡ οἰκουμένη τοῦ νεκροῦ: τὸ μὲν γὰρ ὦζεν, ἀντὶ τοῦ ᾐσθάνετο, ἀλληγορικὸν καὶ ὑπερβολικὸν ἅμα: τὸ δὲ τὴν οἰκουμένην αἰσθάνεσθαι, ἐμφαντικὸν τῆς δυνάμεως τῆς ἀλεξάνδρου. καὶ ἅμα δὲ τι ἐκπληκτικὸν ἔχει ὁ λόγος, ἠθροισμένον ἐκ τῶν τριῶν. πᾶσα δὲ ἔκπληξις δεινόν, ἐπειδὴ φοβερόν.

Cuiusmodi est illud. Non mortuus est Alexander Athenienses: omnes enim terræ odore cadaueris perfusæ essent: illud enim ὦζεν, quo ipse vsus est positum pro ᾐσθάνετο, allegoricum est & simul hyperbolicum: illud autem omnes terras sentire, declarat opes Alexandri. & simul quiddam factum ad consternandum habet ea oratio, collectum ex tribus. omnis autem consternatio graue quiddam est, quia horribile.

Cum plures huiuscemodi voces referat, prima earum est, qua reuocare Demades voluit Athenienses ab illa lætitia, qua perfusi fuere, cum accepissent, nullo certo auctore eius rei, Alexandrum Macedonem, qui tunc bellum in Asia gerebat, mortuum esse: dixit enim, verisimile id non esse significans. si mortuus Alexander esset, vniuersus orbis odore cadaueris perfusus esset. Explicare vero volens Demetrius vim eius vocis, ac verum esse quod dixerat, docere. inquit, illud enim ὦζεν valet hic sensisset, quod sane quin allegoricum sit, dubitari non potest: aliud enim dicitur, aliud significatur: addit autem in eo simul aspici exuperantiam, cum effici non possit ullo pacto quod dicit. præterea adiungit quòd dictum est, orbem terrarum vniuersum sentire, patefacere, & quasi ante conspectum nostrum collocare, Alexandri latum imperium, & potestatem immensam illius fortunatissimi viri. Adiungit pręterea, quod supra non tetigit, quartum quoddam ad idem pariendum mirifice aptum in ea Demadis voce contineri, quod tamen separatum ab illis non sit: nec suam aliquam, certamque crepidinem habeat, sed concretum, coaceruatumque sit ex tribus illis, quæ commemorauit. illud vero vocat ἐκπληκτικὸν, idest horribile & factum ad perterrefaciendum, statuque mentis deijciendum. vnde statim colligit, cum tale sit ut valeat consternare, ipsum esse vehemens, & graue, quia omnis perterrefactio, ac maior perturbatio sit vehemens ac grauis: id vero, quia metum inijcit. Animaduertendum autem cum illud appositum ad consternandum, quod in ipsa illa voce fuit, ἠθροισμένον esse dixerit ἐκ τῶν τριῶν, eodem verbo hic vsum ipsum esse, quo supra usus fuit, cum formam dicendi grauem ex tribus itidem figuris coactam esse dixit: & numerus igitur rerum, quæ ambo hęc, pæne eadem, conficiunt: & ratio, qua illa conficiuntur, eadem sunt: in vnum enim locum & eum quidem paruum, trium luminum orationis (quæ tamen cuncta acria ac vehementia sunt) collectio, utrunque efficit ac molitur. nam quod

multo supra indicaui me subuereri in loco Ciceronis, quem in primis acerbum esse oportuit, ne aceruus tot ornamentorum flecteret ac molliret animum eorum, quorum exasperare debebat, non repugnat huic sententię: ea enim parte dixi, qua illic non nulla sunt propria ornatus, ac nullo modo facta commouendis auditoribus.

Τοῦ δὴ αὐτοῦ εἴδους καὶ τὸ, ὅτι Τοῦτο τὸ ψήφισμα οὐκ ἐγὼ ἔγραψα, ἀλλ' ὁ πόλεμος, τῷ ἀλεξάνδρου δόρατι γράφων.

Eiusdem formæ & illud. Hoc plebiscitum non ego scripsi, sed bellum, Alexandri spiculo scribens.

Vna exposita voce Demadis: valdeq; ipsa illustrata, commemorat similes illi non nullas: quæ aliquando ab aliis acutis viris, magnisque oratoribus editæ essent. prima earum Hyperidis est. dixit igitur ille cum se purgaret, quod plebiscitum scripsisset veteribus multis legibus repugnans (censuerat autem ille, vt inquilini ciues Athenienses fierent: serui liberi, teneraque ętas ac mulieres in Piræeum amandarentur) Plebiscitum hoc non ego scripsi, sed bellum, Alexandri spiculo pro calamo vtens. significauit verò obscure se paruisse tempori: uidisseque periculum, quod immineret ciuitati. quod malum vt vitaret, se contra voluntatem suam inductum fuisse id facere, quod alio tempore nunquam fecisset. Plutarchus in vita, quam scripsit clari illius oratoris testatur hoc ab Hyperide dictum fuisse: sed etiam Longinus in libro περὶ ὕψους. hoc tantum discriminis est inter ipsos, ac Demetrium. quod hi putant id dictum fuisse ab Hyperide post pugnam Chæronicam, qua Philippus vicit Thebanos & Athenienses: Demetrius verò, cum Thebæ captæ sunt ab Alexandro.

Καὶ τό. Ἔοικε γὰρ ἡ μακεδονικὴ δύναμις, ἀπολωλεκυῖα τὸν ἀλέξανδρον, τῷ κύκλωπι τετυφλωμένῳ.

Et illud. Similis enim est Macedonum exercitus, postquam interijt Alexander, Cyclopi excæcato.

Eiusdem generis, quod à Demade inuentum est, aut certe præclare tractatum, esse tradit Demetrius uocem quandam Leosthenis, quę imagine constat: cum enim ille non magnopere pertimescendas esse copias Alexandri, mortuo ipso ostenderet, ait. Similis est Macedonum exercitus, amisso illo duce, Cyclopi excæcato. Plutarchus autem eruditus in primis scriptor in libro, quo subtiliter disputauit vtrum res gestæ ab Alexandro fortunę tribui deberent, an uirtuti, mentionem huius quoq; uocis fecit: ipsiusque indicio cognoui hoc à Leosthene prolatum fuisse. Magnam vero vim habere hanc uocem apparet: ualdeque aptam fuisse ad liberandos omni timore eos, qui metu Macedonicorum armorum antea consternati erant. obuersabatur nanque ante oculos Polyphemus descriptus ab optimo poeta vastissima quædam & immanissima belua, qui statim ut ei oculus, quem vnicum habebat, effossus est, omni facultate nocendi orbatus est: idem igitur subito intelligebatur euenisse de copiis illis, de quibus tunc securo animo Athenienses esse posse à Leosthene dicebatur. Erat igitur ea in uoce & ἔμφασις & ὑπερβολή. eademque & acris erat, & facile penetrabat in animos eorum, qui audirent.

Καὶ ἀλλαχοῦ πού πάλιν. Οὐ τὴν τῶν προγόνων τὴν ναύμαχον, ἀλλὰ γραῦν, σανδάλια ὑποδεδεμένην καὶ πτισάνην ῥοφῶσαν: τὸ μὲν γὰρ γραῦν ἀλληγοροῦσιν ἀντὶ τοῦ ἀσθενῆ καὶ ἐξίτηλον ἤδη. καὶ ἅμα ἐμφαίνων τὴν ἀδρανίαν αὐτῆς ὑπερβολι-

περβολικῶς: τὸ δὲ πτισάνην ῥοφῶσαν, ἐπεὶ ἐν κρεανομίαις τότε καὶ πανδαισίαις διάγουσαν, ἀπολλύει τὰ στρατιωτικὰ χρήματα.

Et alibi rursus. Non qua maiorum ætate pugnantem in nauibus, sed vetulam, sandalia indutam & ptisanam sorbentem: illud enim vetulam obscure dicunt pro infirmam & exilem iam. & una patefaciens imbecillitatem ipsius supra modum: illud autem ptisanam sorbentem, quia carnem tunc diuidens & tota dedita epulis, disperderet militarem pecuniam.

Recitat prætereа Demetrius aliam vocem similem superioribus: cuius tamen auctor non omnino mihi notus est: & si ex verbis auctoris suspicari licet fuisse ipsam quoque Leosthenis: illamque, quod omisit facere in proximis duabus, diligenter explanat. est autem hæc occasione hac prolata, ut ego coniicio, eum scilicet quicunq; fuit, qui illam edidit, docere velle, & tanquam ante oculos constituere rempublicam Atheniensium infirmam esse, & confectam senectute: locutus enim de ipsa est, ut de vetula quapiam, quæ diligentia plurima, cotidianisque curationibus vitam tueretur, quare patet hoc esse ἀλληγορίαν, sed ipse, ut dictum est, hæc omnia sedulo explicabit. est igitur ratio ipsius hæc. Nullo modo, qualis fuit maiorum nostrorum ætate, strenuam, pugnantemq; continenter in naui, sed vetulam, sandalia indutam, & ptisanam sorbentem. nam sandalium calceamenti muliebris genus fuisse teneri ac mollis notum est. quo tamen & senes, & ægroti etiam vterentur. id appellauit quoque parasitus Gnatho apud Terentium, cum Thrasonis impotentiam animi ferre non posset, qui se Thaidi dedere volebat: ac facere quod iussisset. Sed Lucianus etiam in libro, quem scripsit de ratione scribendę historię, id vsurpauit. vbi loquitur de Hercule, qui & ipse contra veteris suę vitæ instituta seruiuit Omphalę: & ipse nanq; indicauit, quo malo dignum militem illum putauit Gnatho, illo solitas amicas amatores suos cædere. verba vero Luciani hæc sunt. ἱμάτια ἐσθῆτα καὶ παιόμενον ὑπὸ τῆς ὀμφάλης τῷ σανδάλῳ. Ptisanam cibũ fuisse tenuem, ac pęnè potionem, quo cibo in grauiorib. morbis alerent medici ægrotantes notum est. vnde etiam Horatius vas appellauit, sine mensuram certam illius, qua præberi ipsam moris esset. inquit enim - agedum sume hoc ptisanarium orizæ. sed his relictis, videamus quomodo accuratus hic scriptor explicat hoc dictum. Inquit igitur. Illud enim anum, quod allegoriam habet, pro imbecillam & macie enectam positum est, simulque patefacit infirmitatem corporis ipsius eximie, & (vt loquitur etiam ipse) ὑπερβολικῶς. Quod verò addidit. Ptisanam sorbentem, dictum est, quia ipsa tunc epulis ac conuiuiis dedita, perderet in studiis illis uoluptarum, pecunias omnes vsibus belli destinatas: hoc enim valere πανδαισίαν. sumptuosas inquam cenas: mensasque refertas omni genere suauissimarum epularum testimonüs antiquorum, & ratione etiam eius nominis explorata, plane percipitur. Possem ego multas voces Demadis, ad quarum imitationem, exemplarque tres hæ proximæ à Demetrio positæ, factæ sunt, referre: cum enim natura ille factus esset ad hoc dicendi genus acutum: probatumque ualde ingenium ipsius foret, veteres auctores libenter commemorarunt, quę ipsi apte in mentem venissent diuersis temporibus. in primis autem Athenęus in tertio libro δημηγορισμῶν plures ponit. narrat etiam Plutarchus in commentario, quo complexus est quasdam Platonicas quæstiones, ipsum solitum esse vocare pecunias illas publicas, quę tenuioribus ciuibus diuidebantur, vt locos in theatro emere possent, gluten reipublicæ, quia illis deliniti pauperes contenti uiuerent illo statu ciuitatis, paterenturque ęquo animo rempublicam regi a diuitioribus. Vnde etiam Cicero, qui in cõsulatu suo coniunxerat ordinem equestrem cum senatorio, in epistola quadam, idem spectans, vocauit conglutinatam illam concordiam. Sed idem etiam in principio uitæ Phocionis, cum se Demades purgaret, quòd multa, & dixisset, & scripsisset contra dignitatem populi Atheniensis, narrat ipsum

pſum dicere ſolitum ſe ναυάγια τῆς πόλεως πολιτεύεσθαι, & tanquam tabulas quaſdam colli gere induſtria ſua è naufragio illo magno, quod feciſſet ciuitas ſuperiore ſæculo ſuarum ampliſsimarum fortunarum, quod grauiſsimus auctor ſtatim refellit, ac uere docet de optimo illo uiro potuiſſe dici. His autem nunc omiſſis, quæ apud auctores ipſos legi poſſunt, redeamus ad ea, quę Demetrij ſunt, qui materiam hanc ita concludit.

Περὶ μὲν οὖν τῆς δημαδείου δεινότητος ἀρκεῖ τοσαῦτα. καί τοι ἐχούσης τι ἐπισφαλὲς: καὶ οὐκ εὐμίμητον μάλα: ἔνεστι γάρ τι καὶ ποιητικὸν τῷ εἴδει. εἴγε ποιητικὸν ἡ ἀλληγορία καὶ ὑπερβολὴ καὶ ἔμφασις: ποιητικὸν δὲ μικτὸν κωμῳδίας.

De Demadea igitur grauitate ſatis hæc ſint. & ſi illa lubricum quiddam habet & non valde pronum ad imitandum: ineſt enim & quiddam poeticum in ea forma. ſi quidem poeticum eſt allegoria & hyperbole & emphaſis: poeticum autem mixtum comœdia.

De grauitate inquit propria Demadis: quaque ille vſus eſt oportunis valde temporibus ſatis videri poſſunt hæc. Demadeam autem ipſam vocat grauitatem, non omnino ſimpliciterque grauitatem, quia diſcrepabat aliquantum ab illa, quæ vulgo illo pacto vocaretur. nec tamen non quamuis ſignificet ſe abſoluiſſe hanc quęſtionem, addit, quod ad eam magis explanandam facit: indicandumque requirere illam accuratum in primis ſermonem. Et ſi illa habet in ſe lubricum quiddam: expoſitumq; offenſioni, quodque non facile aliquis imitetur: cum enim alia non pauca inuenta à quibuſdam ingenioſis vitiis, adhibita non magna cura reddi, exprimique poſſint, hoc vnum ex illis eſt, quæ vix, ſummo etiam ſtudio in eo poſito, quiſpiam exprimeret. huius autem difficultatis cauſam affert his verbis. Ineſt enim in hac forma quiddam, quod ſtudii poetarum proprium videtur: magiſq; frequens eſt apud poetas quàm apud oratores. confirmare verò id volens, cum ab aliquo vt incredibile reſpui poſſet, inquit. Si quidem poeticum eſt allegoria, & hyperbole, & emphaſis: eadem enim Græca verba poſui, quia ſatis trita ſunt in Latino ſermone. cum vero olere poeſin ipſas has res dixiſſet, pluraque genera ipſius ſint, ac valde inter ſe diſtantia, inquit. poeticum autem mixtum comœdia, & in quo quiddam aſperſum ſit, quod poematis illius naturam ſapiat.

Τὸ δὲ καλούμενον ἐσχηματισμένον ἐν λόγῳ, οἱ νῦν ῥήτορες γελοίως ποιοῦσιν καὶ μετὰ ἐμφάσεως ἀγεννοῦς ἅμα, καὶ οἷον ἀναμνηστικῆς: ἀληθινὸν δὲ, σχῆμά ἐστι λόγου μετὰ δυοῖν τούτοιν λεγόμενον, εὐπρεπείας καὶ ἀσφαλείας.

Quod autem vocatum eſt figuratum in oratione, huius ætatis oratores ridicule tractant & cum emphaſi ignobili ſimul, & tanquam reuocante in memoriam res. Verum autem eſt figura orationis cum duobus his prolata, ideſt cura ſeruandi decorum & ponendi res in tuto.

Cum interſit magni quomodo idem dicatur: uideaturque oratoris proprium eſſe in omni oratione videre quid rectum ſit, ac ſine vllo periculo maloque, ſummam vtilitatem in ſe habeat, docet accurate quomodo confici debeat, quod vocatur in oratione figuratum. valet autem id ſtudioſe, ſummoq; cum artificio tractatum. ut quod illic boni eſt, ſine incommodo aliquo obtineatur. eo magis autem ſubtiliter de hoc diſſerere ſe oportere exiſtimauit, quia videbat non paucos in eo magnopere peccare. vt narrat. inquit igitur, initio ducto ab eorum accuſatione. Quod autem vocatur figuratum

guratum in oratione huius ætatis oratores ridicule tractant. ostendere vero volens quid illic sit ita rude ac stultum, vt risu explodi debeat, addit. Et cum emphasi quadam ignobili simul, & quæ tanquam studeat tantum id in memoriam redigere. cum tamen, si quis verum fructum inde capere velit, vnde sanè percipitur maximus, id acuta quadam, callidaque ratione administrari debeat, & nullo modo aperte ac communi via. paucis autem insimulato errore illorum, cuiusmodi sit verum, dignumq; hoc nomine, figuratum docet. vultque illud esse, cum in ea re, obscure tecteq; prolata, custoditur dignitas: efficiturque quod omni ex parte decet: caueturque itidem ne in magnum odium eius in quem dicitur, incidatur. hoc igitur pacto gignitur hoc bonum, vt declarat. Theon quoque sophistes, quo loco præcipit quomodo instituere adulescentes oporteat, qui arti dicendi incumbunt: huius εὐπρεπείας mentionem fecit, affirmans necesse esse in primis illam in dicendo seruare, vt cum tempus fert vt turpia aliqua alicuius facta proferamus: non aperte id faciamus, suisq; illarum rerum nominibus vtamur, sed obscure. quod docet fecisse Æschinem cum Demostheni obiiceret vitium fœdissimum omnium: dixit enim illum ne purum quidem os habere: partemq; eam corporis vnde vox emittitur. Vnde suspicari possumus locum illum Græci eius oratoris imitatum fuisse Ciceronem, cum pro P. Sestio L. Gellium, vexatum etiam contumeliis à Catullo, insectatus est, atque omni genere maledictorum proscidit: cum enim idem tangeret non minus recte honesteq; idem tractauit quàm Æschines, nam inquit. Is interfuit epulis & gratulationibus parricidarum: in quo tamen est me vltus, cum illo ore inimicos est meos suauiatus.

Εὐπρεπείας μὲν, οἷον ὡς ὁ Πλάτων Ἀρίστιππον καὶ Κλεόμβροτον λοιδορῆσαι θέλων, ὅτι ἐν Αἰγίνῃ ὀψοφαγοῦντας, δεδεμένου Σωκράτους Ἀθήνησιν ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας καὶ μὴ διαπλεύσαντας ὡς τὸν ἑταῖρον καὶ διδάσκαλον. καί τοι οὐχ ὅλους ἀπέχοντας διακοσίους σταδίους τῶν Ἀθηνῶν. ταῦτα πάντα διαῤῥήδην μὲν οὐκ εἶπεν: λοιδορία γὰρ ἦν ὁ λόγος, εὐπρεπῶς δέ πως τόνδε τὸν τρόπον.

Cum studio quidem decori, ceu Plato in animo habens vexare contumelijs Aristippum & Cleombrotum, qui in Aegina gutturi ac ventri parebant, cum in vinculis esset Socrates Athenis spatio multorum dierum, & non nauigarant ad sodalem & doctorem. & si illi non distabant tot a ducenta stadia Athenis. hæc omnia aperte quidem non dixit: fuisset enim contumelia talis oratio, sed cum dignitate quadam hoc pacto.

Exemplo illustrare cupiens hoc præceptum, & præsertim quale sit, id quod decori seruit, demonstrare, indicat locum eruditissimi uiri: eiusdemq; politissimi scriptoris, ac qui in scribendo solitus est non tantum diligenter sententias ponderare, sed etiam singula verba, & illorum aptam compositionem. Est autem cum in Phædone Plato turpem, eandem tamen iustam maculam inurere volens duobus auditoribus Socratis, qui in malis ipsius rebus, omne aliud animo versabant, quàm quod tempus illud, & officium ipsorum requireret, non aperte hoc tractauit: neque enim eodem pacto aptum fuisset ad illos infamandos, & minime vti oratione illa conuenisset philosopho: quiq; in eadem disciplina diutius vixisset. quamuis illi multis modis inde defecissent, & moribus, institutisq; dissimiles valde essent auctori ipsius ac magistro. spectans igitur quid se facere deceret: nec tamen ferre potens tantam nequitiam, vtrique rei simul seruiuit: & cum vix attigisset improbitatem illam, vel potius proditionem, ita tamen notauit ipsos, vt donec manebit diuinissimus ille scriptor, deleri non possit è vita ipsorum turpissima illa macula, sed quasi in conspectu, & ante oculos omnium versetur. Quod in re narranda, artificioque Platonis demonstrando, Demetrius

trius inquit ἰχθυοφαγοῦντες, notum est cenas sumptuosas veterum illorum Atheniensium, & Romanorum piscibus constasse. quare exprobrauit M. Cicero in oratione in illum, L. Pisoni; quod cum deditus esset gutturis ac ventris voluptatibus, ne in illis quidem aliquid saperet, ac multa carne mensas, non conchilijs aut piscibus extrueret. Quod verò sequitur. πλημοῖν σωματέτοις, tanquam expressum fuit a M. Varrone ἵνα τέ θη, περὶ θυσιῶν. vt est apud Nonium: hæc enim verba ipsius testimonii loco citat. quæ manifesto de obitu illius sanctissimi viri prolata sunt. Cum in vinculis publicis esset, & iam bibisset κώνειον in exodium vitæ.

Ἐρωτηθεὶς γὰρ ὁ Φαίδων τοὺς παρόντας σωκράτει, καὶ καταλέξας ἕκαστον, ἐπανερωτηθεὶς, εἰ καὶ ἀρίστιππος καὶ κλεόμβροτος παρῆσαν, οὔ φησιν: ἐν αἰγίνῃ γὰρ ἦσαν: πάντα γὰρ τὰ προειρημένα ἐμφαίνεται τῷ, ἐν αἰγίνῃ ἦσαν: καὶ πολὺ δεινότερος ὁ λόγος δοκεῖ, τοῦ πράγματος αὐτοῦ ἐμφαίνοντος τὸ δεινὸν, οὐχ ὑπὸ τοῦ λέγοντος. τοὺς μὲν οὖν ἀμφὶ τὸν ἀρίστιππον, καὶ λοιδορῆσαι ἴσως ἀκινδύνου ὄντος, ἐν σχήματι ὁ πλάτων ἐλοιδόρησε.

Cum enim quæsitum esset è Phædone qui una fuissent cum Socrate, illeq́; omnes enumerasset, rursus interrogatus an Aristippus et Cleombrotus præsentes adfuissent, minime inquit: in Aegina enim erant: cuncta enim quæ supra dicta sunt apparent in eo. In Aegina erant. & multo acerbior oratio videtur, cum res ipsa patefaciat quod illic acerbum est, non ille qui dicit. Cum igitur sine metu fortasse Aristippus, sociiq́; illius vexari contumelijs possent, figurate tamen Plato conuicium in illos iecit.

Ad locum ipsum veniens in eo sermone, in quo illi vulnerabantur, inquit. cum quæsitum esset è Phædone, vt diceret, qui præsentes adfuissent, illo tempore: ipseque nomine singulos appellasset, rursus interrogatus, an Aristippus & Cleombrotus præsentes illic fuissent. minime inquit: in Ægina nanq; erant: loco scilicet valde apto vitę illi colendę, quam amabant. quamuis alio etiam pacto locus ille, vt propinquus, valeret multum ad eorum improbitatem ostendendam. statim autem addit Demetrius. cuncta, quę supra à me diligenter exposita sunt, apparent in illis paucis verbis. ἐν αἰγίνῃ ἦσαν. sequiturque vt magis declaret vere illud schema esse. Multoque grauior acriorq́; illo modo oratio intelligitur esse: cum res ipsa patefaciat indignitatem illam, scelusque eorum improbissimorum, ingratissimorumque hominum, non ille, qui loquitur. Quam verò sæpe prosit hæc ratio, seduloq́; ab omni accurato scriptore captanda sit, declarare præterea volens Demetrius: Platonisque verissimum iudicium commendare, adiungit, Aristippum sanè alterumq́; illum, cum liceret sine metu ullo, periculoq́; offensionis maledictis vexare: aperteque vitam illam accusare, tamen Plato figurate tecteq́; id fecit: iecitque in illos conuicia miro cum artificio. vnde perspicitur quanto magis id seruandum sit, vbi persona, quæ figi debet contumelijs, non ita nota, improbataq́; est. Quod vero tunc fecit Plato, vt recte & non sine dignitate quadam, insimulat et illos, alijs etiam temporibus diligenter custodiuit, cum carperet eos quos non amabat: cum enim Athenas venisset Gorgias Leontinus, postquam statuam illam suam auream Delphis consecrasset, obuiam ei primum factus Plato inquit. ἥκει ἡμῖν ὁ καλός τε καὶ χρυσοῦς γοργίας. respondit autem tunc ipsi magnus ille sophistes. pulchrum profecto & nouum hunc Archilochum Athenæ tulerunt. Vt cum etiam sermonem illius nomine Plato confecisset de arte dicendi, lecto illo Gorgias, ad familiares conuersus inquit. pulchre nouit Plato maledicere: omni enim illa in disputatione studuit Plato astute omni honore & dignitate ipsum spoliare, vt qui omni ratione.

tione, qua poterat semper sophistas exagitabat. cum arte igitur plurima & clam Plato (vt docet Demetrius) accusabat aduersarios: neq; tamen id tam recte facere potuit, vt falleret cousilium ipsius: insimulatus enim est aliquando à non nullis antiquis scriptoribus, vt homo maleuolus: idemq; maledicus.

Πολλάκις δὲ ἢ πρὸς τύραννον, ἢ ἄλλως βίαιόν τινα διαλεγόμενοι, καὶ ὀνειδίσαι ὁρμῶντες, χρήζομεν ἐξ ἀνάγκης σχήματος λόγου. ὡς δημήτριος ὁ φαληρεὺς πρὸς κρατερὸν τὸν μακεδόνα ἐπὶ χρυσῆς κλίνης καθεζόμενον μετέωρον, καὶ ἐν πορφυρᾷ χλαμύδι, καὶ ὑπερηφάνως ἀποδεχόμενον τὰς πρεσβείας τῶν ἑλλήνων, σχηματίσας εἶπεν ὀνειδιστικῶς, ὅτι ὑπεδεξάμεθά ποτε πρεσβεύοντας ἡμεῖς τούσδε, καὶ κρατερὸν τοῦτον: ἐν γὰρ τῷ δεικτικῷ τῷ, τοῦτον, ἐμφαίνεται ὑπερηφανία τοῦ κρατεροῦ πᾶσα ὠνειδισμένη ἐν σχήματι.

Sæpe autem vel cum tyranno, vel cum alio quopiam violento homine loquentes, cum volumus ipsi obijcere aliquid, necessario egemus hac figura tota. Ut Demetrius Phalereus in Craterum Macedonem in aurea sella sedentem altiore loco, & purpuream chlamydem indutum, superbeq; legationes Græcorum accipientem figura vsus inquit, cum vellet notare illum. Accepimus olim legationem obeuntes & nos hos, & Craterum hunc: etenim in illo demonstratiuo hunc, perspicitur superbia Crateri tota irrisa figurate.

Docet aliis quoque temporibos valde vtilem nobis esse posse eandem hanc rationem, & oon tantum cum infamare quempiam priuatum, paremq; nobis volumus. Exempli causa, cum animus fert tangere tyranoum, & vt tyrannum, ita aliquem violentum homioem ac ferum. cum quo genere homioom non mious caute gerere omoia oportet, quàm cum illis, quibus licet omnia, quæ volunt; cum ipsis enim ioqoit colloquentes, ac volentes omnino aliquid ipsis obiicere, tempore aliquando ferente, vt hoc faciamus, necessario egemus figura: oportetque quantum res patitur, fugere opinioo em conuiciatoris, ne illi excandescant: indeque incommodi aliquid nobis gignant. Exemplum ponens posterioris huius præcepti, tradit Demetrium Phalereum hoc tractasse commode, & ita vt dignitati suæ seruierit: labemque asperserit importuno illi homini atque arroganti: nec tamen exasperarit penitus animum ipsius: ille vero erat Crateius Macedo, quem, qualem se illo tempore præbuerit, describit diligenter: omniaque in eo tunc perspici potuisse demonstrat, quæ apta fuerint mouere stomachum Græci hominis ac liberi: cum præsertim se ille contra gentem eam insolenter gereret, ac tanquam delectos inde viros, missos ad eum: qnique personam ciuitatum suarum secum ferrent, despiceret. ille igitur vt narrat, figura vsus, ac tanquam velo quodam tegens asperitatem eius vocis, vel potius ostendens non esse illum eo honore dignum, quem sibi arroganter asciscebat, sed totum proficisci à studio inanis laudis, dixit. Accepimus & nos olim, munus legationis obeuntes hos & Craterum hunc ipsum. significauit igitur (nisi fallor) Demetrius non oportere se illum erga eos contumaciter gerere, qni & ipsi olim pates honorum gradus sustinuissent, cum & ille qui se tunc omnibus anteferret, eam personam, quam eo tempore in aliis despiceret, impositam sibi sustinuisset: nec eos, ad quos missus esset, nactus esset tam superbos. Auctor vero hic noster, artificium eius vocis patefaciens, ait. In illo verbo τοῦτον, quod vim habet demõstrandi, & tanq̃ digitum intendit ad rem, cuius nota est, perspicitur superbia Crateri tota irrisa, & figurate notata. Quod purpurea chlamyde indutum fuisse Craterum narrat: ceteraque adiungit, quæ instituta veterum regum

decla-

declarant, eodem pænè habitu corporis narrat aliquando visum C. Cæsarem M. Cicero in priore libro de diuinatione, quæ res in illũ magnum odium ciuium concitauit. Verba Ciceronis sunt. Qui cum imolaret illo die, quo primum in sella aurea sedit, & cum purpurea veste processit. & quæ sequuntur. Non repetam autem nunc quod olim accurate exposui, cum quidam ex hoc loco suspicarentur hunc librum Phalerei non esse, quia si id foret, non citasset testimonium sui ipsius: me contra ipso pro argumento vsum esse quod verus auctor ipsius ille sit, qui factum id suum honestum perire noluerit. ideoque monimentis litterarum prodiderit, quod exemplo multorum facere potuerit: pręsertim cum mirifice conueniat huic loco. gaudeo autem veritate iam patefacta, intelligi me aliquid in hoc vidisse.

Τοῦ αὐτοῦ εἴδους ἐστὶ καὶ τὸ Πλάτωνος πρὸς Διονύσιον ψευσάμενον καὶ ἀρνησάμενον. ὅτι ἐγώ σοι Πλάτων οὐδὲν ὡμολόγησα. σὺ μέν τοι νὴ τοὺς θεοὺς: καὶ γὰρ ἐλήλεγκται ἐψευσμένος: καὶ ἔχει τι ὁ λόγος σχῆμα, μεγαλεῖον ἅμα καὶ ἀσφαλές.

Eiusdem forma est & illud Platonis in Dionysium, qui mentitus fuerat & negauerat. Ego tibi Plato nihil promisi. Tu certe per deos immortales: etenim conuictus est mentitus fuisse: & habet in se oratio illa figuram, amplam simul & à periculo vacuam.

Post vocem Demetrii commemoratam, quæ debuit frangere spiritus arrogantis hominis Crateri, redit ad Platonem: similemq́; locum priori indicat, non tamen in aliquo sermone politissimi illius scriptoris inclusum, sed expositum ab ipso in epistola quadam ad Dionis propinquos. & ipse enim quoque ausus est libere loqui cum iniusto, violentoque in primis rege Syracusanorum Dionysio: adhibitaque figura hac refellit ipsum vanitatis, quod aliter si tractasset, & certum exitium sibi procurasset, et parum sapiens iudicatus esset: tota hæc res accuratius adhuc pleniusque in ea epistola exposita est. verba vero, quę hic relata sunt, ita apud ipsum leguntur. cum supra dixisset, se putare nihil ausurum esse Dionysium facere contra ea, quæ priore die pepigisset: ostendissetque illum commotum animo aspexisse se illis oculis, quibus non sine causa quemlibet perturbare potuisset. οὐ μὲν δὴ ἐγώ σοι τι σμικρὸν, οὔτε μέγα ὡμολόγηκα. νὴ τοὺς θεοὺς σὺ δ' ἔγωγε. οὐκ ἐγὼ ταῦτα, ἔσω νῦν οὗτος δεῖ με, ὡς ποιεῖν. Addit autem illic Plato, quod magis adhuc libertatem eius, quę fuerit tunc aduersus potentissimum hominem declarat: ostendit.n se illico cum ea dixisset, auerso ab eo corpore abiisse. Declarans verò virtutem eius loci, & quam illi tempori apte responderit Plato, inquit Demetrius. Etenim Dionysius mendacii conuictus est, & oratio illa figuram quandam in se continet amplam simul & tutam. Id autem & quia dignitati suæ Plato seruiuit: nec timuit refellere, vt philosophum oportebat, fortunatissimum hominem, nec fuit adeo aperta & conuiciosa, vt aliquid ipsi maioris periculi crearet. quæ duo eodem tempore obtinere arduum ac difficile est.

Πολλαχῇ μέν τοι καὶ ἐπαμφοτερίζουσιν. οἷς ἐοικέναι εἴ τις ἐθέλοι καὶ ψόγους εἰκαιολόγους εἶναι θέλοι τις, παράδειγμα τὸ τοῦ Αἰσχίνου περὶ τοῦ Τηλαύγους: πᾶσα γὰρ σχεδὸν ἡ περὶ τὸν Τηλαυγῆ διήγησις ἀπορίαν παράσχοι ἄν, εἴτε θαυμασμός, εἴτε χλευασμός ἐστι: τὸ δὲ τοιοῦτον εἶδος ἀμφίβολον. καί τοι εἰρωνεία οὐκ ὄν, ἔχει τινὰ ὅμως καὶ εἰρωνείας ἔμφασιν.

Sæpe quidem & ancipites sunt. quibus siquis velit esse similis & vitupe rationes incertas fingere velit, exemplum erit illud Aeschinis de Telauge: omnis

omnis enim ferme de Telauge narratio dubitationem afferret, sit ne admiratio, siue irrisio: huiuscemodi autem forma ambigua est. & cum sane ironia non sit, habet tamen faciem quandam ironiæ.

Ostendit inueniri quandoque, atque id quidem non raro, huiuscemodi orationes, quæ obscuriores sint: nec certo declarent sensum eius, qui dicat. suspiciat ne ille atque admiretur, an premat irrideatque rem illam, siue personam. Cum igitur tales sint, dubiumque teneant auditorem, non potest dubitari quin figuratæ sint: hoc enim ipsum figura appellatur, tegere sensum animi sui, & quasi velum quoddam obducere, ne plane perspici possit quid facere velis: recte igitur, cum differeret de figuratis vocibus, has quoque orationes complexus est. atque inquit ipsas sæpenumero (voces autem intelligit figuratas) in vtranque partem accipi posse. quid enim significet hoc loco ἐπαμφοτερίζειν, cognoscitur ex ijs, quæ infra ponit. Docet etiam, si quis forte cupidus sit huius orationis, de qua certo statui non possit, quid valeat, quæ ratio sit illius obtinendę, & quem proponere sibi aliquis debeat ad imitandum: sed antequam indicet, quis rectè ordineque ipsam tractarit, tanquam explicat, quę vis ipsius sit: vtiturq; in ea explananda iuncto nomine. in quo vereor ne maculæ aliquid hęserit: cum enim vituperationem primum ipsam vocet, quia statim putetur, qui eam edit, lædere uoluisse, videtur adiungere quod malum eius mitiget, doceatque temperatum esse illic quod lædat, & tanquam cum laude mixtum. cum prius legeretur in excuso exemplari εἰκαιολόγους. ipse verius putaui esse, si legeretur εἰκαιολόγους quemadmodum sane inueni in antiquo libro, nisi quod in plures particulas hoc verbum illic discerptum est in alio exemplari, calamo itidem perscripto, sed non tam vetere, inueni sine illo paruo o, quod in medio est, εἰ καὶ λόγους. priorem verò partem eius iuncti nominis, cum multis nominibus coniungi solere, cum illic temeritatem inesse ostendi oportet, notum est. appellatur enim εἰκαιοβουλία temeritas in consilijs capiendis. εἰκαιολογία oratio temere & inconsiderate edita, multaque alia huiuscemodi, vt non magno negotio apud optimos auctores inuenire licet. quare non temere putaui illo modo emendari posse, & tamen totam rem notam esse uolui, si forte lapsus sim: inquit igitur, si hoc verum est. Quibus orationibus si quis similis esse studet. & fingere vituperationes incertas & dubias, quod est vt supra admonui, ita illas conformare vt capi possint pro duabus diuersis rebus: exemplum esse poterit illud Æschinis Socratici. hunc enim Æschinem sodalem optimi viri sine dubio significat. qui cum scripsisset elegantissimos sermones, vnum etiam ex illis confecit vocatum Telaugem. idest cuius index erat nomen eius viri, de quo multa in eo sermone commemorabat. narrauit hoc, cum ipsius dialogos enumeraret, in eius vita Laertius Diogenes. sed etiam Athenæus in V. libro δειπνοσοφιστῶν, cum probare vellet philosophos multos superasse priscos comicos in studio notandi mores hominum: omnique genere maledictorum in alios iaciendo, dixit Æschinem Socraticum cum alijs etiam maledixerit in sermone vocato Telauge, illum etiam ipsum Telaugem maledictis fixisse. & vt sordidissimum hominem abiectissimumque insimulasse. cum pallij, quod gestaret singulis diebus exiguam mercedem fulloni solueret: cinctusque corio ambularet. calceamentaque haberet è sparto vilique admodum materia, & ipsa prętereà putrida. quare cum infra Demetrius tradat omnem illam narrationem de Telauge incertum auditorem tenere, vituperationi ne hoc dederit ipsi, an laudi, perspicitur indicio hoc Athenæi significare auctorem nostrum uoluisse rationem hanc ipsam. quis enim nescit huiuscemodi cultum corporis nasci posse ab auaritia, & sordibus? vt etiam à magnitudine animi & contemptu omnium deliciarum? qualis fuit in Antisthene, & Diogene & alijs multis grauibus & honestis viris: & si Athenæus existimat uoluisse Æschinem infamare illum, de quo hæc memoriæ mandauit, & turpissimas notas vitæ illius inurere. cum igitur affirmasset Demetrius vsque ad finem ferme narrationis eius suspensum auditoris animum teneri, fuerit ne illa admiratio, siue irrisio, adiungit. hæc verò forma anceps est, & vtrique tempori seruit. cumque ito-

nia nullo modo sit, continet tamen in se speciem quandam, similitudinemque illius fictæ simulatęque orationis.

Δύναιτο δ' ἄν τις καὶ ἑτέρως σχηματίζειν, οἷον οὕτως. ἐπειδὴ οὐ πρᾳέως ἀκούουσιν οἱ δυνάσται καὶ δυνάστιδες τὰ αὑτῶν ἁμαρτήματα, παραινοῦντες αὐτοῖς μὴ ἁμαρτάνειν, οὐκ ἐξ εὐθείας ἐροῦμεν, ἀλλ' ἤτοι ἑτέρους ψεξόμεθα τὰ ὅμοια πεποιηκότας.

Posset autem aliquis & aliter figura inuoluere, ceu sic. Quia non libenter audiunt reguli & opulentæ feminæ sua peccata, cum suademus ipsis non peccare, non recta via dicemus: sed siue alios quospiam vituperabimus, qui similia fecerunt.

Rationem aliam extare tegendi sensum animi sui: figuręque auxilio ponendi se extra periculum, declarat. quæ autem illa sit statim exponit. Cum enim inquit dynastæ, idest reguli: opulentique homines. eodemque pacto reginę, minime æquo animo ferant cum audiunt, in quibus ipsę labuntur ac peccant, si volumus admonere illos, & vitam eorum emendare, nullo modo recta expeditaque via vtemur, neq; eos errasse dicemus, sed artificium adhibebimus, & aliquid eorum faciemus, quę tempore illo ipse facienda iubet: cuncta enim eandem vim habebunt: malumq;, quod inde nasci posset, à nobis depellent. Initium narrationis huius duobus modis legitur, nec tamen sententia ipsa variatur: quidam enim libri habent ἡδέως, alii vero οὐ πρᾳέως. posterius vero hoc in vsu magno esse: dicique ab optimis auctoribus quempiam aliquid πρᾴως φέρειν, aut contra, sexcentis exemplis Plutarchi, si opus esset, confirmare possem. Sed eiusdem etiam testimonio percipitur vtroque modo hic recte legi posse, cum vicino in loco ambo ipsa coniunxerit. inquit enim; cum de iocis subtiliter disseret in secundi libri symposiacôn capite primo. καὶ ἄλλοι μὲν φαλακρότητα πρᾴως φέρουσιν, οἱ δὲ πήρωσιν ὀφθαλμῶν ἡδέως. Quare hoc relicto, præcipit primum Demetrius vt audientibus illis, vituperemus aliquos, qui eadem gesserint.

Οἷον πρὸς Διονύσιον τὸν τύραννον κατὰ Φαλάριδος τοῦ τυράννου ἐροῦμεν, καὶ τῆς Φαλάριδος ἀποτομίας. ἢ ἐπαινεσόμεθά τινας Διονυσίῳ τὰ ἐναντία πεποιηκότας, οἷον Γέλωνα ἢ Ἱέρωνα, ὅτι πατράσιν ἐῴκεσαν τῆς Σικελίας καὶ διδασκάλοις· καὶ γὰρ νουθετεῖται ἀκούων ἅμα καὶ οὐ λοιδορεῖται, καὶ ζηλοτυπεῖ τῷ Γέλωνι ἐπαινουμένῳ, καὶ ἐπαίνου ὀρέγεται καὶ αὐτός.

Ceu ad Dionysium tyrannum contra Phalaridem tyrannum dicemus & Phalaridis feritatem. vel laudabimus aliquos qui contraria Dionysio fecerint. ceu Gelonem vel Hieronem, qui tanquam parentes Siciliæ & magistri fuere: etenim admonetur qui audit simul & non contumelia vexatur, & æmulatur Gelonem, quem videt laudari, & ipse laudem appetit.

Vt facilius res cognoscatur, exemplo etiam quod præcipit, illustrat. dicens, ceu si studeat aliquis Dionysium ab ea sęua iniustaq; regnandi ratione remouere, cum merito illa magno in odio sit omnium mortalium, contra Phalarin tyrannum in eadem tellure natum verba faciet: ipsiusque immanitatem accusabit. Vel addit, ornabit aliquem, summisque laudibus in cælum feret qui vitam contrariam vitę quam ipse Dionysius agit, egerit, exempli causa, Gelonem & Hieronem: neque enim defuerunt

in

in illa etiam insula, qui summam potestatem adepti, recte & ordine remp. administrarint: eadem enim charitate aduersus Siculos vsos fuisse hos narrat, qua parentes liberorum commoda tueri consueuerunt. vtique praeceptores eos, qui à parentibus ipsis traditi sunt, vt eos instituant: optimisque artibus imbuant. Addit autem, cum hoc sedulo fit, illum, qui audit admoneri, quam vitam colere debeat, emendarique. nec tamen aperte ipsi obiici praeteritam vitam, nec tanquam ipsum vexari contumeliis. vt putaret ille, quamuis falso, fieri, si sine hoc artificio ac velo res tractaremur. significat vero priorem illam rationem, cum vituperatur ille, qui similem vitam coluerit. vt statim verbis, quae sequuntur, posterior notatur, cum scilicet coram ipso laudamus eum, qui dissimiliter se gesserit: tunc enim ille, quem emendare conamur, si homo est, & non omnino perditus ac desperatus, rapitur ad illum imitandum: nasciturque in animo ipsius cupiditas aliqua eiusdem laudis.

Πολλὰ δὲ τοιαῦτα παρὰ τοῖς τυράννοις. οἷον Φίλιππος μὲν, διὰ τὸ ἑτερόφθαλμος εἶναι, ὠργίζετο, εἴ τις ὀνομάσειεν ἐπ' αὐτοῦ κύκλωπα, ἢ ὀφθαλμὸν ὅλως.

Multa autem huiuscemodi apud tyrannos, ceu Philippus quidem, quia altero oculo orbatus erat, irascebatur, si quis appellasset praesente illo Cyclopem, vel oculum omnino.

Testatur nunc Demetrius, exemplis multis positis, quàm oporteat cauere iracundiam earum personarum, & quàm facile sit apud ipsos in omni sermone offendere. vnde magis intelligitur vtilitas superioris praecepti, quod iubet tegumento aliquo inuoluere quod contra illorum sensum dicitur: narrat enim Philippum Macedonum regem, illum Alexandri patrem, quia altero oculo captus erat, irasci solitum, si quis coram eo appellasset Cyclopem. quem notum est Homerico carmine vnum tantum oculum habuisse. aut demum si quis oculum nominasset: ita enim quoq; redibat ipsi in mentem suum incommodum, existimabatq; sibi obiici illud vultus dehonestamentum. quamuis non sine gloria id ipsi contigisset, vt acerrimus ipsius inimicus Demosthenes fateri coactus est, qui hoc quoq; cum magna hominis laude, audiente omni populo Atheniensi: vt ipsum illum populum excitaret, praedicauit. Plutarchus praeterea in eo loco sympoſiacôn, vnde paulo supra testimonium ipsius citaui, narrat regem Antigonum, qui & ipse erat eodem habitu oris, & si aliquando id dixerat in se ipsum: luseratque in suam illam cęcitatem, tamen iniquo admodum animo tulisse, cum id ipsi obiecit Theocritus Chius: iussit enim ipsum interfici. quę res etiam memorię prodita est à Macrobio in Saturnalibus, quod indicare volui, cum sit locus ille mancus, mutilusque apud Plutarchum. Quod autem valet ad id, quod nunc narrat Demetrius, confirmandum, non solum opulenti viri irascuntur, si quid temere dictum est, quod in ipsos aliquo modo cadat: verum etiam priuati homines. vnde tamen non tantum mali nobis creari potest. Cognoui ego moderatum hominem & ipsum, vt Philippum, luscum, qui valde perturbatus est, cum familiaris quidam, laudans ipsi filiam, ita cum eo egisset. profecto illa, nisi me prorsus amor caecum reddidit, multis & animi & corporis dotibus praedita est: vix autem ille cohibuit iracundiam. Magis igitur cauenda est omnis huiuscemodi apud principes viros offensio. quare confugere oportet ad id quod ipse praecepit, si quis omnino vult vtilitatis aliorum causa hoc periculum subire.

Ἑρμείας δ', ὁ τοῦ Ἀταρνέως ἄρξας, καί τοι τ' ἄλλα πρᾶος ὤν, ὡς λέγεται, οὐκ ἂν ἠνέσχετο ῥᾳδίως τινὸς μαχαίριον ὀνομάζοντος, ἢ τομὴν, ἢ ἐκτομὴν, διὰ τὸ εὐνοῦχος εἶναι. ταῦτα δ' εἴρηκα ἐμφῆναι βουλόμενος μάλιστα τὸ ἦθος τὸ δυναστευτικὸν, ὡς μάλιστα χρῇζον λόγου ἀσφαλοῦς, ὃς καλεῖται ἐσχηματισμένος.

Hermias autem, qui Atarnei dominus fuit, & si reliqua in vita mitis erat (vt fertur) non aequo animo passus esset, siquis appellasset cultrum, vel sectionem, vel exectionem, quia eunuchus erat. haec autem dixi patefacere volens maxime naturam principum virorum, maxime requirentem orationem, quae minime in lubrico versetur: vocatur vero illa figurata.

Non contentus superiore exemplo Demetrius, alterum ponit: narrat enim Hermiam, qui exectus erat, cum monitissimi oppidi dominus esset, opibusq; floreret, nequisse pati quempiam μαχαίριον nominare: ita enim Greci vocabant ἀπὸ κοπίσεως cultrum, quo virilitas adimebatur: & vt hoc iram eios mouebat, ita etiam verbum omne, quo eodem sermone significaretur exectio. quia statim redibat illi in memoriam habitus ille corporis: putabatque sibi fortunam illam iniquam exprobrari: & si ille, vt ostendit Demetrius volgo dictum creditumq;, mitis ingenio erat: nec vestigium vllum asperitatis in moribus vitaque eius apparebat. quod facilius etiam existimari potest, quia Aristoteles amicitiam ipsius coluit: & ad eum se aliquando, in eum locum, vbi regnabat, contulit. qui tamen philosophus insimulatus à non nullis est, quod carmeo io illum plenum honoris scripsisset, quia id personę ipsius conuenire non videbatur, tot tantisque laudibus ornare hominem, quem non nulli τρίπρατον quasi pessimum mancipium: deterrimæque condicionis seruum vocabant. ἐκτομὴν Herodotus propinquo in loco bis vsurpauit, cum de facto illo Periandri sęuo loqueretur, qui misit filios trecentorum nobilium Corcyrensium ad Aliattem regem vt execarentur: cum enim significare hoc vellet inquit. ἐπ' ἐκτομῇ: M. vero Varro de re pecuaria vbi scripsit. De quibus admiraodum scriptum inueoi. exemptis testiculis, si statim admiseris, concipere, hoc ipsum verbum Græcum expressit: hæc enim Aristotelis, qui id memoriæ prodidit, verba sunt. Συμβαίνει δ' ἐάν ταῦρον ἐκτμηθέντα καὶ εὐθὺς ἐπιβαίνῃ, ὀχεῦσαι καὶ γεννῆσαι. Addit autem statim Demetrios se hęc commemorasse stodio declarandi mores naturamque principum virorum: patefacere volentem, quàm caute cum illis agere oportet: vtique oraöone minime lubrica, atque ancipiti: sed contrà tuta & ab omni prolapsione vacua, quam orationem affirmat vocari figuratam.

Καί τοι πολλάκις καὶ οἱ δῆμοι οἱ μεγάλοι καὶ ἰσχυροὶ δέονται τοιούτου εἴδους τῶν λόγων, ὥσπερ οἱ τύραννοι. καθάπερ ὁ ἀθηναίων δῆμος, ἄρχων τῆς ἑλλάδος, καὶ κόλακας τρέφων, καὶ κλέωνας, καὶ κλεοφῶντας. τὸ μὲν οὖν κολακεύειν, αἰσχρόν: τὸ δὲ ἐπιτιμᾶν, ἐπισφαλὲς: ἄριστον δὲ τὸ μεταξὺ, τουτέστι τὸ ἐσχηματισμένον.

Et sane sæpe & populi magni & potentes egent huiuscemodi formæ orationis, quemadmodum tyranni. veluti populus Atheniensium, qui Graeciæ principatum obtinet, & assentatores alit, & Cleones, & Cleophontes. assentari quidem igitur, turpe est: reprehendere lubricum: optimum autem quod interiectum est inter hæc, idest figuratum.

Adiungit Demetrius vt prudens vir, & bene harum quoq; rerum peritus, non hoc tantum seruari diligeoter debere in sermonibus colloquiisque cum tyrannis, verum etiam vbi aliquis verba facit ad popnlum aliquem opulentum, & qui viribus suis magnopere fidat: aptamque illi quoque tempori vehemeoter esse formam hanc dicendi, tectam scilicet, & caute pedetentimque progredieotem, testatur. Animaduertendum autem de hac re sensisse hunc nostrum auctorem cum Aristotele: ipse enim quoque in libris, quos scripsit de rep. declarat eandem esse indolem tyrannorum, & quo

rundam

rundam populorum, eorum ſcilicet quos res nimis ſecundæ corruperint & in iiſdem rebus ipſos labi ac peccare. quare cum probet omnibus partibus ſententias eius famil liæ, exiſtimari quoque hoc argumento poteſt ipſum hęc à Theophraſto accepiſſe, ac verum Phalereum eſſe. quos autem populos, florentes opibus, intelligat, ſignificare volens, appellat populum Athenienſem, quem dicit imperium Græciæ obtinuiſſe. quippe quum ſimilitudinis multum haberet cum inſtitutis tyrannorum: aleretq; vt illi, aſſentatores, è quibus etiam non nullos nominat vt Cleonem, & Cleophontem. Cleonis vt turbulenti ciuis, eloquentiſque hominis meminit quoque Cicero. alterius etiam vitam Ariſtophanes notauit. ſed memoriæ quoque proditum eſt Platonem comicum refertam conuiciis in illum fabulam docuiſſe. Comprobare verò volens Demetrius requiri maxime illo quoque tempore, cum ſcilicet aliquis agit cum fortunata & impotenti multitudine, accuratam & quaſi inuolutam orationem, oſtendit, quæ vitia incommodaque veram hanc tectamq; rationem ex vtraque parte cingant, & quibus malis ſe exponat qui ipſam non adhibuerit. inquit enim aſſentari illi & ad voluntatem loqui, turpe eſt & minime dignum viro: accuſare verò & libere reprehendere, lubricum ac periculoſum. quare optimum eſt quod medium eſt, & interiectum inter illa, ideſt figuratum.

Καί ποτε αὐτὸν τὸν ἁμαρτάνοντα ἐπαινέσομεν, οὐκ ἐφ' οἷς ἥμαρτεν· ἀλλ' ἐφ' οἷς οὐχ ἡμάρτηκεν. οἷον τὸν ὀργιζόμενον, ὅτι χθὲς ἐπῃνεῖτο, πρᾶος φανεὶς ἐπὶ τοῖς τοῦ δεῖνος ἁμαρτήμασι: καὶ ὅτι ζηλωτὸς τοῖς πολίταις συνέστη: ἡδέως γὰρ δὴ ἕκαστος μιμεῖται ἑαυτόν: καὶ συνάψαι βούλεται ἐπαίνῳ ἔπαινον. μᾶλλον δὲ ἵνα ὁμαλῆ ἔπαινον ποιῆται.

Et aliquando ipſum illum qui peccat laudabimus, non ob ea quæ peccat; ſed ob ea quæ non peccauit. ceu ira commotum, quod heri laudabatur, mitis cognitus in peccatis illius: & quod dignus, quem æmularentur, à ciuibus habitus eſt: libenter enim vnuſquiſque imitatur ſe ipſum, & conatur laudem laudi adnectere: potius autem vnam æquabilem laudem facere.

Addit nunc aliam rationem, & ipſam callidam, & quę conſilium ſuum tegat: longeque aliud efficere ſtudeat, quàm id quod tunc moliri videtur. auctor enim eſt nobis, vt aliquando quempiam laudemus: fortunatum ſcilicet hominem, & cuius opes magnę ſint, qui in aliqua re lapſus eſt ac peccauit, non tamen iubet nos eum celebrare ob ea, quæ improbe fecit: hoc enim culpam in ſe haberet: nec probari vllo pacto poſſet, ſed ob ea, quæ recte in eodem illo genere aliquando adminiſtrauit. vt autem præceptum hoc explanet, ad certum erratum accedit, & tanquam exemplum huius rei eſſe vult, iratum huiuſcemodi aliquem opulentum hominem, grauiterque animo commotum, quem ſi aperte corrigere vellemus, non ſine periculo id faceremus: nec aliquid præterea proficeremus. vult igitur nos ita cum eo agere: docereq; illum pridie, præteritoq; demum aliquo tempore, cuius tamen facile recordari poſſit, mirifice laudatum fuiſſe, quod lenem ſe clementemque præbuerit, in alicuius perſonæ, quam demonſtrabimus delictis: omneſque eum, qui tali animo eſſet, ſuſpexiſſe fortunatumque iudicaſſe. Rationem autem ſtatim huius præcepti hanc reddit: affirmat enim ſingulos homines libenter imitari ſemet ipſos, cupereque veteri ſuę laudi cumulum addere, vel potius vt oſtendit, rem augere volens, vnam æquabilem: nec interruptam contaminatamque laudem acquirere, quod illo tempore nullam in partem commiſſum fuiſſet ab illo, qui cum paulo antea latus in cęlum ſummis laudibus fuiſſet, non multo poſt mutato animo irę paruit, ac crudeliter in aliquem animaduertit.

Καθόλου δὲ ὥσπερ τὸν αὐτὸν κηρὸν, ὁ μέν τις, κύνα ἔπλασεν: ὁ δὲ, βοῦν: ὁ

δὲ, ἵππον, οὕτω καὶ πρᾶγμα ταυτὸν, ὁ μέν τις ἀποφαινόμενος καὶ κατηγορῶν φησιν. ὅτι δὲ ἄνθρωποι χρήματα μὲν ἀπολείπουσι τοῖς παισὶν: ἐπιστήμην δὲ οὐ συναπολείπουσι, τὴν χρησομένην τοῖς συναπολειφθεῖσι, τοῦτο δὲ τὸ εἶδος τοῦ λόγου, Ἀριστίππειον λέγεται.

In vniuersum autem quemadmodum eandem ceram, hic quidem, canem finxit: hic autem, bouem: alter vero quidam, equum, sic & eandem rem, hic quidem enuntians & prædicans inquit. quod vtique homines pecunias quidem filijs relinquunt: scientiam autem simul non relinquunt, quæ vti possit pecunijs relictis. hæc autem forma orationis, Aristippea dicitur.

Intelligens Demetrius naturam eam esse nrationis, 'vt flecti facile pnssit: & aliter atque aliter conformari, inde nasci affirmat, vt diuersa ingenia sen entiam eandem diuersis modis fingant. quod vt traderet hic locus requirebat, in quo de orationis figmenio dispntabat. ostendit igitur summos scriptores, suisque singulos in generibus valde probatns, hoc seruasse: atque in eam formam, quam vnlem in primis putabant, redegisse. quibus tamen nmnibus in eo inter se conueniebat, vt artificin vterentur: & non plane more idintarum agerent. quamuis diuersa ratio foret tegendi sensum animi sui, & perueniendi quǹ vellent. Inquit igitur, simili in principio præceptinnis huius vtens. Vt in vninersum de hoc, quid senriam, nstendam. ceu eandem ceram (ceram vero valde similem in hnc esse nrationi & Plato antea dixerat, & Cicero postea ab illn acceptum testatus fuerat) ceu inquam eandem ceram hic, plastes scilicet, & qui aliquid ea materia fnrmat, ita fingit vt canem referat: alter vern ex illa bouem fabricatur: vt alius quidam eqnum, quæ dispares formæ sunt, cum materia prorsus eadem sit, eodem pacto vnam eandemque rem aliquis scriptor exponit: eunluens vim illius, indicansque quid sit, ea ratione qna ipse accurate docet. alii autem, vt infra ipse diligenter tradit, alia ratione vtuntur. non potest autem negari, quin hoc proficiscatur à dinersis ingeniis, iudiciisque inter se valde discrepantibus, cum nmnes hi, qunrum exempla ponit, ex eodem fonte manarint, audiuerintq; diu sedulo de rebus bonis ac malis quærentem Socratem. sententia vern exposita simpliciore illa via, tradit eam formam orationis solitam ab Aristippo illo Cyrenaico, Aristippeam vncari.

Ἕτερος δὲ τὸ αὐτὸ ὑποθετικῶς προοίσεται, καθάπερ τὰ Ξενοφῶντος τὰ πολλά. οἷον ὅτι: δεῖ γὰρ οὐ χρήματα μόνον ἀπολειπεῖν τοῖς αὐτῶν παισὶν, ἀλλὰ καὶ ἐπιστήμην, τὴν χρησομένην αὐτοῖς.

Alius autem idem more præcipientis edet, veluti Xenophontis multa. ceu quod. Opus enim est non pecuniam solum relinquere suis filijs, sed etiam scientiam, quæ utatur illa.

Quemadmndum alii quidam idem aliter dicerent docet, qui præceptum vitæ accommodatum inde conformarent, & tanquam ὑποθήκην (id enim quoq; in aliis nnn nullis valet hnc Græcum nomen) illud ederent. cuiusmodi sunt inquit bona magnaque pars eorum, quæ à Xenophnnte monimentis litterarum prodita sunt. vbi tractat aliquid, quod ad vitam nrnandam pertineat. Animaduertendum autem edi illud, vt magistri dicendi Græci loquuntur, κατὰ ἀρετὴν καὶ βίον. Sed etiam Aristoteles in primo de arte dicendi, quo loco docet quomodn prnpinquæ sibi res immutari possint & ex præceptn laus fingi, contraque, eandem esse formam ὑποθήκαις indicat: inquit enim.

διὸ

ειν ὅτι οὐ δεῖ μέγα φρονεῖν ἐπὶ τοῖς διὰ τύχην, ἀλλὰ τοῖς δι᾽ αὑτόν. cum enim admoneat nos pręceptum hoc, ne multum nobis arrogemus ob ea bona, quæ à fortuna accepimus, sed ob ea quæ labore industriaque nostra comparauimus, manifesto id quod ostendi, illic quoque seruatur.

Τὸ δὲ ἰδίως καλούμενον εἶδος σωκρατικὸν, ὃ μάλιστα δοκοῦσι ζηλῶσαι αἰσχίνης καὶ πλάτων, μεταρυθμίσειεν ἂν τὸ πρᾶγμα τὸ προειρημένον εἰς ἐρώτησιν ὧδέ πως. οἷον ὦ παῖ πόσα σοι χρήματα ἀπέλιπεν ὁ πατήρ, ἦ πολλά τινα καὶ οὐκ εὐαρίθμητα; πολλὰ ὦ σώκρατες. ἆρα οὖν καὶ ἐπιστήμην ἀπέλιπέ σοι, τὴν χρήσομένην αὐτοῖς;

Quæ autem proprie vocatur forma Socratica, quam maxime videntur imitati esse Aeschines & Plato, mutaret rem prædictam in interrogationem hoc pacto. ceu. ò puer quantam pecuniam reliquit tibi pater. num magnam & quam non facile aliquis enumeraret? magnam ò Socrates. Nunquid igitur & scientiam tibi reliquit, quæ uti possis ipsa?

Tertiam formam eiusdem, quasi materiæ, quam proprie ab auctore ipso Socraticam vocatam tradit, cuiusmodi sit declarat. eam autem in primis celebratam ab Æschine & Platone fuisse affirmat. illa vero forma: quiq; ipsam exprimere velint, quomodo idem conformaturi fuerint accurare docet: paulatimq; ipsos, quærendo aliquid ex eo eum quo disputarent, rem perducturos esse quo vellent ostendit, & tanquam co actùrus ita sibi illum assentire. Huius quoque rationis exemplum est apud Ciceronem in primo libru de inuentione, erutum ex sermonibos Æschinis ipsius Socratici.

Proprie vero vocatam Socraticam rationem hanc dicit, quia superiores quoque ita appellari vere possent: cum ab eo primum fluxissent, & in ipsios sermonibus crebro à Socrate vsurpatæ fuissent: copiosus nanq; in omoi disputatione & varius ille fuit, quia tamen postea ipsis è numero sodalium, auditorumq; Socratis, certi quidam delectati sunt, inde nomen acceperuot. cum cootra hæc vetus nomen retinuerit, & ab auctore ipso vsque ad id tempus appellaretur. Verbum μεταρυθμίσαι, quo vsos est hic Demetrius, significare volens mutare, & in aliam formam traducere, elegans est: non valet enim solum ῥυθμὸς numerum orationis & omnis soni, verum etiam speciem & formam cuiuslibet corporis: & id denique quod altero hoc uerbo μορφὴ appellabatur, qoem rhythmū vi illius præpositionis conuersum tunc fuisse apparet. Vsurpauit quoque ipsum apte Aristoteles in x. libro de moribus ad Nicomachum, cum doceret difficile esse in certo quodam genere mortalium, animum oratione mutare, & à praoa illa vita, quam diu amarunt, ad honestiorem traducere: intelligit autem multitudinem hominum, & eos qoi bonas artes ne primorib. quidem labris vnquam gustarunt. ioquit igitor, cum quos intelligeret, significasset. τίς δ᾽ ἂν τοιούτους τίς ἂν λόγος μεταρυθμίσαι; Sed etiam in primo eorum librorum, quos scripsit de principiis rerum naturalium: docens enim quæ remedia veteres illi soliti essent adhibere, ne caperentur, cum differebatur de vno, ioquit. Διὸ οἱ μὲν τὸ ἐστὶν ἀφεῖλον: οἱ δὲ τὴν λέξιν μετερρύθμιζον, ὅτι ὁ ἄνθρωπος οὐ λευκός ἐστι, ἀλλὰ λελεύκωται. & quę sequuntur. Quod ad sententiam ipsam facit, quæ tot modis variatur. tres autem illi fueruot, vt animantes etiam eodem oumero, quæ (vt ioitio docuit) ex eadem cera diuersæ inter se fingerentur. est sane illa ouoe commuois, et vulgo etiam celebrata, vt pauci contra suot, qui qood fieri oporteret, & verum esse sentiunt, efficiant: Socrates tamen existimatur primos hoc vidisse. atq; hunc errorem hominum solitus esse exagitare, qui io re tanti momenti tam valde peccareot. Proditom hoc etiam memoriæ est in sermone illo, qoi falso putatur esse Platoni attributus, vocaturq; Clitipho: ille enim ipse Clitipho hoc de Socrate narrat: osten

ditq; se sæpe solitum esse illum admirari, ac summis laudibus in cælum ferre. cum hoc toto pectore faceret: acriterque iouceheretur in homines tam magnæ culpæ affines.

Ἅμα γὰρ καὶ εἰς ἀπορίαν ἔβαλε τὸν παῖδα λεληθότως· καὶ ἀνέμνησεν, ὅτι ἀνεπιστήμων ἐστὶ, καὶ παιδεύεσθαι προετρέψατο. ταῦτα πάντα ἠθικῶς καὶ ἐμμελῶς, καὶ οὐχὶ δὴ τὸ λεγόμενον τοῦτο ἀπὸ σκυθῶν.

Simul enim et hærere animo clam fecit puerum, et redegit ipsi in mentem quod imperitus est, & impulit ipsum vt disceret. hæc vero omnia morate & eleganter, & non, ut uulgo fertur hoc à Scythis.

Explicaos bona formæ huius dicendi Demetrius & qoantum illa valeat ad vitam ho minum corrrigendam testificans, inquit. Eodem tempore qoi ita egit, puerum illum perturbauit: hæreréq; animo fecit, atq; id quidem sensim ac leoiter: redegitq́ue ipsi io memoriam expertem eum omnis disciplinæ esse: hortatusq́ue est vt excoleret animom, arteque aliqua ad vitam vtili imbueret. Et, in quo tota posita est vis huius rationis, docet id tractatum esse cum artificio magno, & non inconsiderata quapiam & agresti via, vt vulgo ferebatur esse illa Seytharum, qui nulla ratione habita personarum, nec temporis, pręcise semper inhumaniterque respondebant. huius prouerbii supra mentio facta est. vbi de perspicuitate disseruit. Antequam autem declinatam fuisse tuoc rationem hanc importunam, valdeq́ue alienam dixisset, significare volens virtutem omnem in ea re adhibitam, quæ locum illic habebat, inquit id factum esse morate & eleganter, idest seruatum in eo esse quod politus vir, & qui nihil culpæ admittat in colloquiis: demumque omnia sua facta aspergat sale ac lepore, faceret.

Εὐημέρησαν δ᾽ οἱ τοιοῦτοι λόγοι τό τε ἐξευρεθέντες τὸ πρῶτον· μᾶλλον δὲ ἐξέπληξαν τῷ τε μιμητικῷ, καὶ τῷ ἐναργεῖ, καὶ τῷ μετὰ μεγαλοφροσύνης νουθετικῷ. περὶ μὲν δὴ πλάσματος λόγου, καὶ σχηματισμῶν ἀρκείτω ταῦτα.

Probati autem tunc magnopere fuere hi sermones, qui illo primum tempore inuenti sunt: vel potius stupore implerunt omnes, & ob illud quod in ipsis erat factum ad castigandum, & ob euidentiam, & quia in ipsis quiddam quod admoneret cum amplitudine existebat. De figmento igitur orationis, & ratione ipsam figurandi satis putentur hæc.

Non cootentus superiore hoius fictę orationis laude Demetrius, nunc rursus ipsam pręedicat, & quot bona inde nascantur, declarat. præcipoeq́ue primis illis temporibus, quibus inoenta ipsa est, in lucemq́; prodiit, eam floruisse narrat, vt nihil magis tunc probatum fuerit, & magno coosensu hominum celebratum. cum autem non satis apte sibi visos esset vim ipsius oaturamq́oe expressisse tanquam se corrigens, ioquit. immo potius consternauit omnes & stupore aoimos ipsorum impleuit, vi illios, quod in ipsa positum est, ad castigandos homioes facti: vt ita dicam, quod ipse ἐπιτιμητικὸν appellat. quemadmodum etiam euidentia, cum ipsa ponat præoe ante oculos res. Tertiom est, quod in eadem admirationem genuit quod dum admonet, veramq́; vitæ degendæ rationem monstrat, id facit cum dignitate: retentaque magnitudine animi, non homiliter, oec magistrorum plebeiorum more. Ἐξέπληξαν quod inqoit de sermonibus illo modo fictis, quia stupidos reddiderunt eos qui audiebant, eodem verbo vsus est Diodorus in XII. libro historiarum de genere dicendi loquens, & ipso

nouo

nouo auribus Atheniensium, quo vsus est Gorgias ille Leontinus, cum legatus Athenas missus esset; totam enim rem illam accurate narrauit. erat autem oratio Gorgiæ plane poetica: totaque cooſtabat nomioibus immutatis & alienis a consuetudine. Verba Diodori sunt hæc. Οὗτος οὖν καταντήσας εἰς τὰς Ἀθήνας καὶ παραχθεὶς εἰς τὸν δῆμον, διελέχθη τοῖς Ἀθηναίοις περὶ συμμαχίας: καὶ τῷ ξενίζοντι τῆς λέξεως ἐξέπληξε τοὺς Ἀθηναίους, ὄντας εὐφυεῖς καὶ φιλολόγους. Sed etiam Dionysius Halicarnasseus, cum idem de illo commemoraret in vita Lysię oratoris, parum immutato eo verbo vsus est. citat autem testem illius rei Timæum, oode etiam fortasse verbum illud ipsum acceperat. ioquit igitur. Ἥψατο δὲ καὶ τῶν Ἀθηναίων ἑρμηνείας ἡ ποιητική τε καὶ τροπικὴ φράσις, ὡς μὲν Τίμαιός φησι, Γοργίου ἄρξαντος, ἡνίκα Ἀθήναζε πρεσβεύων κατεπλήξατο τοὺς ἀκούοντας ἐν τῇ δημηγορίᾳ. Cum vero vidisset auctor absolutam esse hanc præceptionem: quæque tradi à se deberent esse impleta, hoc quoqoe testari voluit: quare affirmat se de figmento orationis: figuraque satis præcepisse: πλάσμα enim nunc præterea appellat, quod supra σχήματα tantum oomine significarat, id autem, quia fingitur oratio: & in hanc, illamve formam induitur: Aristoteles, qui in III. de arte diceodi πεπλασμένως ioquit, aliter cepit hoc verbum: fictamque oratiooem iotelligit, quæ valde expolita sit, & adhibita multa cura conformata. quod cum cognitum fuerit ab iis, qui audiunt, affirmat eam minus aptam esse ad fidem faciendam. verba eius sunt. Διὸ δεῖ λανθάνειν ποιοῦντας καὶ μὴ δοκεῖν λέγειν πεπλασμένως, ἀλλὰ πεφυκότως.

Ἡ δὲ λειότης ἡ περὶ τὴν σύνθεσιν, οἵᾳ κέχρηνται μάλιστα οἱ ἀπ' Ἰσοκράτους, φυλαξάμενοι τὴν σύγκρουσιν τῶν φωνηέντων γραμμάτων, οὐ μάλα ἐπιτήδειαί ἐστι δεινῷ λόγῳ: πολλὰ γὰρ ἅττα ἐκ τῆς συμπλήξεως αὐτῆς γένοιτο δεινότερα, οἷον. τοῦ γὰρ Φωκικοῦ συστάντος πολέμου, οὐ δι' ἐμέ: οὐ γὰρ ἔγωγε ἐπολιτευόμην πω τότε.

Leuor autem in compositione verborum, quali in primis vsi sunt qui è disciplina Isocratis exiere, reformidantes concursum vocalium litterarum, non valde accommodatus est orationi graui: multa nanq; ex concursu ipso efficerentur grauiora, ceu illud. Τοῦ γὰρ Φωκικοῦ συστάντος πολέμου, οὐ δι' ἐμέ: οὐ γὰρ ἔγωγε ἐπολιτευόμην πω τότε.

Cum sciret Demetrius summum magistrum dicendi, Isocratem: quique ab eo disciplinam acceperunt, magnopere fugisse coocursum litterarum vocalium: putaretque quod illi tantopere reformidabant, esse sæpe accommodatum, & vtile formæ dicendi grauiori, de qua sedulo nunc agebat, admonere hoc voluit, ne quis deceptus auctoritate illorum ipsam hinc qooq; esse remouendam putaret. quare dixit leuorem, quem illi captabant, non valde aptum idoneumque esse huic oratiooi vehementiori: leuis enim æqoabilisque redditur oratio, cum vitatur coocursus hic litterarum vocalium: vocaturque id nunc ea de causa à oostro hoc doctore λειότης. Vt autem facilius præceptum hoc confirmaret, cur id ita se habere putet, ostendit hoc pacto. Multa namque vi concursus huius efficiuntur acriora: intelligunturq; commotiore animo esse prolata. quę sine illo nullam speciem huius rei retioerent. Exemplum postea pooens huius grauitatis, quæ proficiscitur inde, iodicat locum Demosthenis valde celebrem ex oobili illa oratione, quam habuit pro Ctesiphonte: cum enim expooere inciperet quis fuisset status Gręcię illo tempore, quo ipse ad remp. accessit, eo pacto dixit. plures autem illic esse concursus litterarum vocalium apparet, & si ille in primis, qui manet in diphthoogo exauditur, feritque aures grandiore sonitu.

Εἰ δὲ μεταβαλών τις καὶ συνάψας ὧδ' εἴποι: τοῦ πολέμου γὰρ οὐ δι' ἐμὲ τοῦ Φωκικοῦ

κικοῦ συστάντος· οὐ γὰρ ἐπολιτευόμην ἔγωγέ πω τότε, οὐκ ὀλίγον διεξαιρήσει τῆς δεινότητος. ἐπεὶ πολλαχοῦ καὶ τὸ ἠχῶδες τῆς συγκρούσεως ἴσως ἔσται δεινότερον.

Si autem immutato illo & coniuncto, sic aliquis dixerit. Τοῦ πολέμου γὰρ οὐ δι᾽ ἐμὲ τοῦ Φωκικοῦ συστάντος· οὐ γὰρ ἐπολιτευόμην ἔγωγέ πω τότε. *non parum eximet grauitatis. quia multis locis & sonorum illud concursus erit fortasse grauius.*

Verum esse iudicium suum: nascique ex eo concursu grauitatis plurimum demonstrare volens, variat compositionem verborum: totumque locum eum leuem efficit: omnique illo hiatu liberum, quod si factum fuerit, affirmat non paruam partem inde grauitatis illius pulsum iri. vt qui ex eo loco sustulerit hiatus illos, eodem tempore sublaturus ferè inde & ipsam sit. Addit etiam, facilius cognosci posse exoriri inde illam grauitatem, quia multis locis, quod existit ex eo vocalium concursu, ἠχῶδες, idest sonor ille iteratus, & qui permanet in auribus nostris diutius, non falso existimari poterit esse vehementius: ad incendendosq; auditores accommodatius. Συνάψας quod inquit, intellexit, cum illum tanquam hiatum clauserit: effeceritq; contraria ratione, vt extrema cum primis cohęreant, quod antea non fiebat: dirimebat enim ipsa hiatus ille & tanquam inane quoddam spatium in medio relinquebat: qui igitur hoc facit dicitur συνάπτειν. nisi fallor Cicero idem exprimere volens, aliquando dixit coniungere: qui tamen tunc de concursu vocalium, re prorsus contraria, loquebatur: vocales enim quoque alio modo coniunguntur, cum vocalis vocalem excipit, nec vlla in medio ipsarum est consonans littera. & si illæ, vt declaratum est, non omnino tunc coniunguntur. Verba ipsius sunt. Quod quidem Latina lingua sic obseruat, nemo vt tam rusticus sit, quin vocales nolit coniungere,

Καὶ γὰρ τὸ ἀφρόντιστον αὐτὸ καὶ τὸ ὥσπερ αὐτοφυὲς δεινότητα παρέξει τινά. μάλιστα ἐπὰν ὀργιζομένους ἐμφαίνωμεν αὐτοὺς, ἢ ἠδικημένους· ἡ δὲ περὶ τὴν λειότητα καὶ ἁρμονίαν φροντὶς, οὐκ ὀργιζομένου, ἀλλὰ παίζοντός ἐστι, καὶ ἐπιδεικνυμένου μᾶλλον.

Etenim illud ipsum sine cura tractatum & tanquam sua sponte natum grauitatem quandam afferet. maxime cum iratos nos esse, aut iniuria affectos ostenderimus: Cura autem quæ ponitur in leuore & apta structura, non irati, sed ludentis est. & eius, qui potius exornet aliquid.

Eius causam etiam esse vult. quod illud, quod apparet negligenter tractatum & tanquam perspicitur naturale in nobis & non arte industriaq; quæsitum, vt arbitratur ipse, grauitatis aliquid excitabit: non semper tamen vno eodemq; pacto vt adiungit, sed tunc maxime cum ostendemus nos ira commotos esse, aut iniuria magna affectos. Quod ἀφρόντιστον inquit, manifesto significat aliquid sine cura diligentiaq; vlla tractatum. id vero videtur cum de hac ipsa re præciperet, expressisse Cicero in Oratore. qui inquit. habet.n. ille tanquam hiatus concursu vocalium molle quiddam, & quod indicet non ingratam negligentiam, de re hominis magis quam de verbis laborantis. cum enim intelligitur quempiam committere hoc, quod ipsi in dicendo molestiæ aliquid exhibet, perspicitur ipsum alio mentem conuertisse, & dolore aliquo commotum esse: qui dolor facit, vt ipse non attendat se in ea re peccare: id quod vehementer aptum est ad persuadendum. Postquam autem huius ex Oratore loci mentionem feci, cum disserat hic iterum diligenter Phalereus de concursu vocalium, videndum puto quid valeat in eo

molle

molle illud, quod Cicero dixit habere illum tanquam hiatum concursu vocalium mihi enim contrà collocatio verborum, in qua non sunt vlli hiatus: nec aspere etiam concurrunt extremæ syllabæ cum insequentibus primis, videtur esse mollis. quæ structura verborum vocatur λείότης: longeque alia ab ipsa est: non illa in qua hiatus aliqui sunt: quomodo enim molle dici debet quod quasi fractum est, & molestiam quandam exhibet & ei qui dicit, & illi etiam qui audit. quæ res fecit, vt tanquam scopulum aliquem id fugeret Isocrates, cuius iudicium postea secuti sunt qui è domo ipsius prodiere, doctissimi viri: summique oratores. Gignit sanè concursus ille vocalium εὐφωνίαν quandam, quam nisi intellexit Cicero, non video quid eo nomine significare potuerit. mollissimum certe ipse certum quoddam carmen Sophoclis aliquando appellauit, cum laudare ipsum vellet & suauissimum esse ostendere: quia nihil in illo asperitatis foret, contraque omnia ad oblectandas aures accommodata. nec tamen quicquam existit in eo quod retineat in se speciem vllam huius tanquam hiatus. est autem illud carmen initium Oedipi Colonei. Vt autem negligentiam esse tunc vtilem affirmauit, ita curam diligentiamque in ea re adhibitam, idest in leuore orationis, structuraque illa leui ac molli consectanda, nullo modo propriam esse irati hominis putat, sed contra ludentis potius & ad pompam loquentis: omnesque undique concinnitates consectantis. nam tantum etiam studium adhibitum in leuissima structura verborum declarat indulgere ipsum auribus auditorum: velleq; omnino ipsis quacunque ratione possit placere.

Καὶ ὥσπερ τὸ διαλελυμένον σχῆμα δεινότητα ποιεῖ ὡς προλέλεκται, οὕτω ποιήσει ἡ διαλελυμένη ὅλως σύνθεσις. σημεῖον δὲ καὶ τὸ ἱππώνακτος: λοιδορῆσαι γὰρ βουλόμενος τοὺς ἐχθρούς, ἔθραυσε τὸ μέτρον καὶ ἐποίησε χωλὸν ἀντὶ εὐθέος, καὶ ἄρρυθμον, τουτέστι δεινότητι πρέπον καὶ λοιδορίᾳ: τὸ γὰρ ἔρρυθμον καὶ εὐήκοον, ἐγκωμίοις ἂν πρέποι μᾶλλον ἢ ψόγοις. τοσαῦτα καὶ περὶ συγκρούσεως.

Et quemadmodum figura vocata dissolutum, efficit grauitatem, ut iam dictum est, sic efficiet dissoluta omnino compositio. Signum autem huius rei est & illud Hipponactis: cum enim vellet vexare contumelijs inimicos, fregit versum & pro recto claudum fecit, & vacuum à numero. idest grauitati idoneum & contumeliæ: quod enim numerosum est: auditu q; iucundum, laudationibus conueniret magis quàm vituperijs. Tot etiam de concursu dicta sint.

Nouo quodam quasi argumento idem probat, cum enim, vt ipse supra tradidit, quod etiam testatur se fecisse, lumen orationis in verbis positum, vocatitmque dissolutum, gignat hanc formam dicendi granem atqne acrem, eodem pacto affirmat dissolutam compositionem omnino ipsam genituram esse. Soluta vero dici non male oratio potest, quæ affinis est huic quasi culpæ, & crebro incidit in hunc tanquam hiatum, qui efficitur concursu vocalium. Probare autem hoc volens, & aliqua ratione confirmare, argumentatur hoc pacto. vnde signum vocat, operaque eius quod consequitur, aperit illustratque id quod antecedit. Ostendit igitur cum Hipponax, ille scilicet maledicentissimus poeta, cuperet omni infamia aspergere inimicos: & illi rei toto animo incumberet, fregisse ipsum carmen, & claudum è recto reddidisse, ac sine rhythmo numeroq; ne vllo idest (vt ipse interpretatur Demetrius) fecisse ipsum accommodatum formæ huic acri, & conuiciis in alios iaciendis: cum enim mutilum illud & quasi mancum fecit, eodem tempore ipsum huic rei opportunum reddidit. contrà autem quod numeris ornatum est: idemque suauiter accidit ad aures auditorum, affirmat conuenire magis laudationibus, quàm vituperationibus: esseq; eo tempore adhi-

beudum,

bendum, quo aliquis summis laudibus aliquem ornare studet. de consilio vero Hipponactis: omnique hac re, supra quoque egit Demetrius. indicat autem in fine quoque huius præceptionis se ad finem eius peruenisse: ac quod dici nunc oportuit de concursu vocalium, edidisse,

Παράκειται δέ τις καὶ τῷ δεινῷ χαρακτὴρ ὡς τὸ εἰκός, διημαρτημένος καὶ αὐτός· καλεῖται δὲ ἄχαρις. γίνεται δὲ ἐν τοῖς πράγμασιν, ἐπάν τις αἰσχρὰ καὶ δύσρητα ἀναφανδὸν λέγῃ. καθάπερ ὁ τὴν Τιμάνδραν κατηγορῶν, ὡς πεπορνευκυῖαν, τὴν λεκανίδα καὶ τοὺς ὀβολοὺς, καὶ τὴν ψίαθον, καὶ πολλήν τινα τοιαύτην δυσφημίαν ἑταιρῶν κατήρασε τοῦ δικαστηρίου.

Propinqua autem est quædam & graui notæ vt verisimile est, vitiosa & ipsa: vocatur autem inuenusta. Nascitur autem in rebus, quando aliquis turpes res & obscenas aperte dixerit. quemadmodum qui accusat Timandram vt quæ quæstum corpore fecerit: ille enim & peluim & nummulos & lectulum & multam huiuscemodi, quam aures non ferunt, meretricum supellectilem in foro effudit.

Id, quod cæteris omnibus formis dicendi vsu venit, vt habeant propè se positam formam vitiosam, & quæ verum finem consequi non potuerit, contingere etiam in hac ipsa tradit, & quomodo illa vocetur, ostendit: quidam enim, qui acres vehementesque esse voluerunt, cum viam eius boni adipiscendi non tenuerint, inde aberrarunt, & in formam hanc, affinem maximus culpis, inciderunt, in qua scilicet leuis tantum vmbra notæ illius grauis: & quæ sępe maximos fructus tulit oratori, apparet. Vocari autem formam hanc corruptam ἄχαριν dicit, idest inuenustam, & ab omni lepore suauitateque vacuam. cum vero tribus modis in vera fingenda exprimendaq; peccetur: quod commune ipsi itidem est cum reliquis formis: incidaturque in hanc adulterinam, primum quomodo res, quæ exponuntur, gignant hoc malum aperitna sciqne ipsam affirmat, cum aliquis res turpes fœdasque: & quæ vix honeste dici possunt, palam aperteque protulerit, & sine vllo honore verborum ediderit. Exemplo pręceptum hoc illustrare volens, & ponere ante oculos turpitudinem huius orationis, narrat incidisse in hanc illepidam formam quendam, qui quum Timandram, impudicam mulierem, & quam corpore quęstum fecisse ostendere volebat, accusaret, appellauit suis propriisque nominibus res illas, quæ artis meretriciæ propriæ sunt: ac sine quibus illa commode non tractatur, vt peluim, in qua aqua manet: ipse, imminuto eo nomine, λεκανίδα vocat. plenum ipsum integrumque posuit Aristophanes, qui inquit. ὅτι μοι λεκάνην, ἵν' ἐμέσω: apud quem etiam poetam, vt apparet, vas idem non satis decoro ministerio inseruit. nam & quo tempore, & qua in re meretrices aqua vtantur, notum est: id quod significauit quoque Cicero obscure: & ita denique, vt longe afuerit ab hac culpa, in nobili illa prosopopœia pro M. Cęlio, qua Appium Cæcum induxit ita increpantem Clodiam gentilem suam, feminam impudicissimam. Ideo aquam adduxi, vt ea tu inceste vtereris. idem etiam eodem pacto tetigit vetus poeta in epigrammate in custodem hortorum. qui poeta magis spectauit quid sibi conueniret, quàm quid deceret personam illius inuerecundi dei, cuius nomine loquebatur: respondet igitur ita, cum quæsitum esset ex eo, quæ via duceret ad fontem. Vade per has vites: quarum si carpseris vuas, Cur aliter sumas hospes habebis aquam. post rem illam abiectam appellauit obolos, certam & illam quidem minutam sordidamq; mercedem eius operę. quemadmodum etiam ψίαθον, quo verbo significatur lectulus meretricius, & is sanè humilis & è vili admodum materia constratus. Hoc quoque verbo vsus est idem poeta in fabula, cui à ranis nomen impositum est: in aliis enim rebus,

bus, quas narrat illic molier Herculem olim, cum eò accessit, è caupona sustulisse, appellat etiam hanc ipsam. Verba lepidissimi illius comici sunt hæc οὐδ᾽ ἀχιτ᾽ ἐξέφερεν τὰς ψιάθους λαβών. Interpres dixit valere eo loco id nomen qoasi stragula quare vere Demetrius addidit, cum se non omnes exprompsisse, quæ illic erant inhonestæ res, & aptę admodum ad ostendendam vitę illios fœditatem. Et multas alias hoiuscemodi effudit in iudicio turpes res; & quæ abhorrent ab auribus poliiorum verecundorumque hominum. Tımandram sororem fuisse Helenæ Clytemnestręque, quam Pyleus cum vitiasset, abduxıt illam ın Dulıchium, memoriæ proditom est. nihıl alıud adferre possum, quod valeat ad historiam hanc illustrandam. Videndum autem est, an locus ille Ciceronis è secunda Philippica, cuius antea exemplo vsus sum, contineat aliquid in se huius culpæ: illa enim quoqoe res, quam obiicit M. Antonio: cuiusq; turpitudınem quacunque ratione potest, auget, fœda in primis est, ut ipse quoque eam appellat, vixque videtur posse illo modo honeste expooi: præsertim in curia illa vna omuiom sapientissima & quæ consiliu suo vnıuersum orbem terrarum regeret. Vt autem narrat Hermogenes, alıquando Demosthenes quoque impuræ feminæ, magnisque flagitiis contaminatæ, in iudicio quodam obieccrat multo improbıora adhue facta, & suis propriisque nominibus res illas omnes appellarat. qoi tamen locus nunc in ılla oratione non legitur, cum propter turpitudıoem earum rerum, sublatus inde sit à veteribus grammaticis, qui existimare de scriptis antiquorom auctorum solerent. demum, vt tota res melius intelligatur, pariunt acrem formam res acerbę ac graues, sed cauere oportet ne extra modum id fiat, ac res penitus fœdæ diligenter aperteque exponantur. an igitur ob studium ingens dedecorandi inimicum quo Cicero tunc flagrabat, nimis apertus & solutus fuerit, affirmare non ausim.

Ἡ σύνθεσις δὲ φαίνεται ἄχαρις, ἐὰν διαπεσπασμένη ἐμφερὴς ᾖ, καθάπερ ὁ εἰπών. οὕτωσὶ δ᾽ ἔχει τόδ᾽ καὶ τό, κτεῖναι.

Compositio autem perspicitur esse inuenusta, si diuulsæ similis fuerit, quemadmodum qui dixit. Si autem sic se habuerit hoc & hoc, interficere.

Ostendit nunc quæ sit compositio verborum inuenosta, huiuscemodi verò esse tradit illam, quæ similis est dissipatę ac diuulsę. Exemplo euam ponere ante oculos volens hoc vitium, & monstrare quę sit compositio diuulsa, concisum locum mali oratoris iodicat. quem tamen oratorem nominc tiou appellat. est aotem sententia fracta, cuiusque partes sint dissipatæ, hæc. Οὑτωσὶ δ᾽ ἔχει τὸ καὶ τὸ κτεῖναι: neqoe tamen putandum est oratorem illum, cuius nunc vitium hoc orationis exagitat, ita locutum fuisse, sed auctorem hunc nostrum breuıtatis causa, ne totas sententias, quæ in medium coniectæ erant, poneret, pro ıllıs dixisse τὸ καὶ τό. idest, vt Latini quoque scriptores aliquando locuti sunt, hoc & hoc: illę uerò illic collocatæ, anteqoam sententia impleretur. quæ perficiebatur uerbo illo, indefinito tempore posito, κτεῖναι, sunt quæ distrahunt compositionem: affinemque ipsam huic culpæ reddunt. ita hunc locum accipi oportere arbitror: exemplumque hoc ipsom, ita quoque ut est, inminutum, non male declarare poto, quæ sit ıunctura uerborum distracta. Quod uero simile aliquo modo huic est, Cicero uocauit in oratore orationem dissipatam, quæ nullis nomeris contineretur: numeri enim in oratione, appellati à Græcis ῥυθμοί, sustinent illam, ur ipse putat: nec fluere ac labi patiuntur. illa igitur, quæ penitus ipsis destituta est, laborat hoc malo: nec aptas inter se suas partes habet. maior tamen est dissipatio distractioque, de qua nunc loquitur Demetrius, cum scilicet id, qood implet absoluitque superiorem sententiam, nimis remotum est ac longinquum: ita enim disıicitur distrahiturque oratio, quia vi eorum, quæ interposita sunt, & in medium sine modo coniecta, membra ipsius, quæ cohærere debebant, tanquam diuelluntur.

Καὶ, ἐπὰν δὲ κῶλα μηδεμίαν ἔχῃ πρὸς ἄλληλα σύνδεσιν, ἀλλ᾽ ὅμοια διερρηγμένοις.

Et si membra nullam habuerint inter se colligationem, sed similia fuerint fractis.

Addit Demetrius aliam rationem, qua indem vitium hoc gignatur: traditque effici quoque compositionem dissipatam, cum membra nullam habuerint, quæ vinciat ipsa, copulam ac connexionem, sed similia fuerint pariaque membris fractis, à semetipsisq; distractis. ita videtur capi debere extremũ hoc verbum, si legatur, vt sane in omnibus calamo exaratis libris inueni, διεζευγμένοις. Aliquando tamen venit mihi in mentem, quod aperire nunc volui, melius fortasse legi posse, si paulum immutata hac voce pro διεζευγμένοις, scriberetur διερριμμένοις. vt sane supra ferè locutus est. cum de mala iudem membrorum compositione disputaret. inquit n. ὥσπερ γὰρ συνῳκοδομημένοις ἀλλήλοις τὰ κῶλα ἔοικεν καὶ ὑπερηρεισμένοις: & infra eum locum. τὰ δὲ διαλελυμένης ἑρμηνείας διερριμμένοις πλησίον λίθοις μόνον, καὶ οὐ συγκειμένοις. Qui igitur hoc probet, existimetq; verum esse, vt apparet, interpretaretur. Quæ membra temere sparsa essent, & huc atq; illuc, vt casus tulit, coniecta. vt lapides aliquando iaci sine vllo ordine soliti sunt. Nec tamen, quod ad sentẽtiam huius loci facit, putare debemus orationem omnem, quę membratim aut cęsim feratur, dissipatam esse: eaq; de causa inuenustam. neq; hoc significare voluisse hunc nostrum auctorem, quamuis in ea non ita coniunctę illigatæq; sint partes ipsius, vt in periodis: alia enim est & longe maior, ea, quam intelligit Demetrius, diiunctio ac dissipatio partium: multoq; magis membra huius vitiosæ orationis dissoluta sunt: vacuaq; ab omni communi vinculo. genus verò id dicendi frequentatum est in veris causis, & magnopere probatur Ciceroni: qui, cum de illo accurate disseruisset in Oratore suo, ad extremum inquit. Nec vllum genus est dicendi aut melius aut fortius, binis aut ternis ferire verbis, nonnunquam singulis, paulo aliàs pluribus: inter quas variis clausulis interponit se raro numerosa comprehensio.

Καὶ αἱ περίοδοι δὲ αἱ συνεχεῖς καὶ μακραί, καὶ ἀποπνίγουσι τοὺς λέγοντας, οὐ μόνον κατακορεῖς, ἀλλὰ καὶ ἀτερπεῖς.

Et periodi vtique continentes & longæ, & quæ suffocant dicentes, non solum satietatis plena res sunt, sed etiam minime suauis.

Ostendit pręterea aliud quod vitium hoc creet: efficiatq; structuram iniucundam atque odiosam. id autem est, cum ambitus comprehensionesque verborum, vocatæ περίοδοι, fuerint continentes: & non alio dicendi genere interruptæ: nam membratim etiam & incisim multa efferuntur: nec tantum, frequentia continuationeq, molestę, verum etiam longitudine: sic enim intercludunt animam dicentium. id igitur affirmat esse non solum fastidij plenum (nam quin fastidium gignat genus illud dicendi, in quo scilicet fuerint iuges eędemque longę periodi, dubitari non potest) verum etiam iniucundum ac molestum. quod vero iniucundum est: nihilque in se habet suauitatis, idem etiam inuenustum est, atque illepidum. Dixit autem frequentatas longas periodos, non solum satietatem parere, verum etiam quiddam esse, quod nullo modo oblectet: quia reperiuntur res non nullę, quę quamuis copia sui gignant satietatis aliquid: semper tamen retinent suam propriamq; suauitatem. vt mel, quem admodum etiam prædicauit grandis in primis poeta Pindarus: quod nullo pacto hic contingit. nam mutant aliquo modo naturam ambitus hi verborum, & qui modice vsurpati forent admodum suaues, intemperanter ijdem adhibiti, fiunt iniucundi ac molesti auribus. Animaduertendũ etiam duobus modis esse posse periodos longas. nam & partium numerus, idest membrorum, reddit ipsas longas: & singulorum membrorum prolixitas: periodus enim, quę duobus membris constaret, qua nulla est breuior, breuis profecto foret, quamuis membra illa longiuscula forent: & quæ etiam ex

tribus

tribus quatuorve membris concreta esset, fortasse & ipsa breuis vocari posset, si minuta pusillaque illa ipsa membra haberet.

Τῇ δὲ ὀνομασίᾳ πολλάκις χαρίεντα πράγματα ὄντα, ἀτερπέστερα φαίνεται· καθάπερ ὁ Κλείταρχος περὶ τῆς τενθρηδόνος λέγων, ζώου μελίσσῃ ἐοικότος. Κατανέμεται μέν φησι τὴν ὀρεινὴν· εἰσίπταται δὲ εἰς τὰς κοίλας δρῦς.

Verbis etiam sæpe res venustæ insuauiores videntur: quemadmodum Clitarchus de tenthredone bestiola simili api inquit. Κατανέμεται μὲν τὴν ὀρεινήν· εἰσίπταται δὲ εἰς τὰς κοίλας δρῦς.

Restabat, vt docetet id malum nasci etiam à genere quodam verborum: certa enim quoque verba, quamuis singula sint, eripiunt rebus, sua vi elegantibus ac uenustis, omnem suauitatem. quare hoc admonere voluit. atq; inquit. parum apto uitiosoq; genere uerborum sæpe numero res lepidas uideri posse illepidas atque insuaues. Exemplo vero præceptum hoc declarare uolens, locum Clitarchi monstrat, qui abundat hac culpa. Fuit autem Clitarchus rerum Græcarum scriptor. cuius etiam sine honore ullo mentionem Cicero fecit in Bruto. ille nanq; (ut accurate narrat Demetrius) cum in historiis suis loqueretur de volucri quadam bestiola, vsus est iis verbis, quæ conuenirent expositioni factorum alicuius vastæ atque immanis beluæ. qua de causa necessario illius oratio erat insuauis & insulsa: neque enim conueniebant vllo pacto tam grandia uerba tenui illi, exiliq; narrationi. & si enim uolucris illa, insectumque magna molitur & quę uix possunt expectari à tam minuta bestiola, est tamen insectum, simile vespæ, siue api, ut noster hic auctor testatur. Clitarchus tamen ea narrans, nec cogitans se de genere quodam apis verba facere, illis uerbis, quæ ponit, usus est, idest, ut exprimere locum couet. Depascitur montana loca: inuolat irrumpitq; in cauas quercus.

Ὥσπερ περὶ βοὸς ἀγρίου, ἢ τοῦ Ἐρυμανθίου κάπρου λέγων, ἀλλ' οὐχὶ περὶ μελίσσης τινός. ὥστε καὶ ἄχαριν τὸν λόγον ἅμα καὶ ψυχρὸν γίνεσθαι. παράκειται δέ πως ἀλλήλοις ταῦτα ἀμφότερα.

Tanquam de boue fero, vel apro Erymanthio loquens, & non de apis quodam genere. quare contingit inuenustam simul orationem fieri & frigidam. Vicina autem aliquo modo sibi ipsis sunt hæc ambo.

Quam minime couuenerit illic hęc oratio declarare uolens Demetrius, & ipse rem augens, inquit perinde ipsum locutum fuisse, ac si de boue fero, siue apro Erymanthio sermo fieret, & non de ape quadam: quę verba cum magno ipsius contemptu pronunciata sunt, testanturque Clitarchum iudicio caruisse. Diodorus quoque Siculus in xvii. libro historiarum meminit huius uolucris, ac pæne iisdem nominibus utitur in natura eius indicanda, quibus antea usus fuerat Clitarchus, ut facilè ille credi possit ab eo uetere scriptore locum sumpsisse: nec tamen fortasse ita rem supra modum omnem auxit. Animaduertendum autem est ab aliis quoque notatum fuisse locum eum Clitarchi, & tanquam in prouerbium uenisse, ut cum aliquis immoderate quempiam laudaret, atque extra modum extolleret, diceretur tunc Clitarchum imitari. & morem illius sibi asciuisse. Ita certe legitur apud Zezem in epistola quadam, cum amici consilium improbaret, qui se supra iustam mensuram laudarat: omnique honore uerborum affecerat. verba eius hæc sunt. Σὺ δὲ κλειταρχικῶς ἡμᾶς ἐπαινεῖς, φάμι-

νος πρὸς ἄλλους καὶ ἀπαρχάμενον. statim autem rem eandem commemorat cum illius irrisione, quam hic qnoque Demetrius exagitat. vnde perspicitnr ipsum hnnc locum Demetrii expressisse. ioquit enim. κλείταρχος γὰρ ἐκεῖνος ὁ συνεξαφθεὶς πρὸς τὰς πυρκαϊὰς φησὶν ὡς διὰ μελίττης παρόμοιον. Κατανέμεται τὴν ὀρεινὴν, εἰσίπταται δὲ τῶν δρυῶν τὰς κοιλάδας. ὡς ὅπερ ὑπὲρ νημαίου λέοντος ἐγράφετο ἀπὸ τοῦ κάπρου καλυδωνίου. Dionysius quoq; Longinus, vbi & ipse (vt suspicari licet) de eodem vitio differit, cum alios nominasset qui valde io ea re peccassent, Clitarchum etiam appellat. vnde cum inanem ac vétosum hominem eum fuisse significare vellet, vocat eum φλοιώδη: & Sophoclis verbis, ad eam culpam ostendendam aptis, ipsum insimulat. iis inquam verbis, qnibus vsus est etiam Cicero in epistola quadam ad Atticum, cum & ipse prauam, & immoderatam rationem, quam Cn. Pompeius eo tempore teneret in repub. administranda similitudioe exprimere vellet. Postea Demetrius exponit, quid ille stultitia sua consecntus sit: affirmatque inde factum esse, vt oratio ipsius fuerit, & inuenusta simnl & frigida. quod vt facilius credatur (potuisset enim falso ab aliquo putari hæc mala vix coniungi posse) tradit hæc duo vitia vicina sibi aliquo modo esse. vt quæ innennsta illepidaque sit oratio, eadem etiam frigida merito habeatur. quid autem frigus in oratione sit, quod scilicet manet in verbis, & qnomodo gignatur (diuersos enim fontes habet) docuit accurate Aristoteles in III. libro de arte dicendi: nec tamen hæc vna omnino est earum rationum, quæ dicuntur ipsum efficere. qnamuis non valde diuersa sit.

FINIS.

Adiunge hæc qui legis : siue rursus hunc librum imprimis, suis locis : qui sunt infra diligenter notati.

Pag.7. vers.1. συντελλουσαι. Hammonius præterea, diligens grammaticus, in libello de paribus & disparibus vocibus plenius hoc testimonium Archiluchi citauit : vbi enim docet quid intersit inter αἶνον & παροιμίαν, posito iam vno exemplo Archilochi, quod valet ad ostendendum quid proprie αἶνος sit, addidit. καὶ πάλιν ὁ ποιητὴς λέγει. ἐρέω τιν' ὑμῖν αἶνον ὦ κηρυκίδη, ἀχνυμένη σκυτάλη. significat autem ipsum adiunxisse, quod erat initium fabulæ illo modo vocatæ. πίθηκος ᾔει θηρίων ἀποκριθεὶς μοῦνος ἀν' ἐσχατιὴν, τῷ δ' ἄρ' ἀλώπηξ κερδαλῆ συνήντετο, πυκνὸν ἔχουσα νόον.

Pag.119. ver.54. receptam immutare. Valet etiam aliquid ad hanc lectionem confirmandam, quod animaduerti alibi hæc nomina virorum inter se immutata esse. vt contra pro Ἀρισοτέλης perperam Ἀρισοφάνης scriptum est in vetere quodam scholio in eum Homeri locum, quo congressus in prœlio Æneas cum Achille, inquit, nõ debere ipsos mutuo conuicia in se iacere, vt mulieres faciunt, quę cum ira commotæ sunt, in viam progressæ omni genere maledictorum se lædunt: sic enim legitur in antiquissimo libro, in quo illæ veteres declarationes magna cum cura scriptæ sunt, quod valet ad sententiam illam explanandam : mulierumque ingenium ac mores tales esse ostendendum. Φασὶ γὰρ ἀρισοφάνης. γυναῖκα ἀνδρὸς ἐπιφθονώτερον, μεμψιμοιρότερον, καὶ λοίδορον φιλοπληκτικώτερον μᾶλλον, ἐριδωτέρον: constat enim verba hæc Aristotelis esse è ix. libro de natura animalium : non longe autem illicà principio posita sunt. Nec tamen erratum id cognouit Eustathius, qui scholion hoc transferens in suos commentarios, cum fidem habuisset peruulgatæ scripturæ, addidit id dictum fuisse à comico: ita enim vocat ille Aristophanem. prolatum vero id fuisse ab Aristotele erat ei notum, quo magis miror ipsum maculam eam non perspexisse. nam in locum eum Iliadis scribens, quo Helena narrat se improbe fecisse, quę reliquerit & virum & filium & alias valde caras sibi personas, vt sequeretur Paridem amatorem, inquit. Καὶ νῦν μοι ὀνειδίζειν τοιαῦτα. ἀρέσοντα δὲ καὶ κυνώπιδα καὶ κακὴν ἑαυτὴν ἐρεῖ καὶ ἄλλα τινὰ λοίδορα, τρέπουσα καθ' ἑαυτῆς τὸ κατὰ τὸν ἀρισοτέλη ταῖς γυναιξὶ φύσει ἀρεστὸν, φιλολοίδορον καὶ μεμψίμοιρον.

Præbuit mihi quidem valde occupato, operam industriamq́ suam in tollendis mendis librariorum Arnoldus Arlenius doctus ac probus vir : idemq́ mei in primis studiosus, & quem ego ob plures animi ipsius virtutes vehementer diligo. pauca tamen quædam in longo opere summam ipsius diligentiam subterfugere : quæ tu lector ita corriges.

Pag.	vers.	
19	26	redit ad concretos
25	3	& assimilia
30	44	autumas
62	1	καὶ λεγόντων
110	11	eodem nomine
117	16	ducunt risum
	31	φιλαπεχθήμονες
125	39	Apollonides

RERVM ET VERBORVM IN HOC OPERE MAGIS INSIGNIVM INDEX.

ACHELOVS fluuius. 46
aduolare metaphoricè sumptum. 239
Aegyptij sacerdotes septé litteris vocalibus celebrant deos. 68
æsurum Lunæ filiū esse, cur dictum. 141
ænigmata vnde nascantur. 98
Aeschinis in legatione improbum factum 143
Aeschinis locus. 94. 110. 232
Aeschines Socraticus accusauit obscure Telaugem. 253
Aeschini Socratico nota inusta à Lysia 227
affectatio mala 166
Agamemnon cur vocatus ποιμὴν λαῶν. 76
Agesilai mandatum de vendēdis ex hoste captis quale. 95
Agiasias Stymphalius qua voce pupugerit Apollonidem 125
Aglaitadas Persa alienus à risu. 124. eidem quid respoonderit Hystaspes. ibid.
Alcæus poëta 129. 133
Alcidamantis locutiones quales 13. 54
Alexander rhetor περὶ σχημάτων scripsit 63
Alexandri rhetoris locus consideratur 230. 242.
Alexādriæ in exilio vt Demetrius scripsisse libr. περὶ ἑρμηνείας Proleg.
allegoria festiuum quiddam habet 136
allegoria, hyperbole, & emphasis, poëticū quiddam mixtum comœdia 248
allegoria tenebris & noctis similis. 97
allegorijs modicè vtendum & cur 98
Amazonum militaris disciplina dura 126
ambiguitates fugiendæ in aperta oratione. 174
ambitus orationis 12. 30
ambitus simplex. 18. compositus. 19
amica 27
amplitudo orationis in trib. rebus posita. 37. 38
ampli splendidique oratores. Proleg.
amplitudo in rebus quæ. 72
amputatio membri in re magna, orationem efficit aridam. 208
Anacreontis locus 6. 7
anapæstus pes an heroüs fit 41
Angelus Politianus, quo loco videatur in cacozelon incidisse 168
anthypallage 58
antiquitas simplex fugienda in graui vehementique oratione 214
Antiphontis oratio appellata Samothracica 52
antiquorum oratio simplex apertaque 214
Antisthenes 218.
antithesis non satis aptè adhibita à Demosthene. ibidem
Apollonidis Bœoti sententia reiecta 125
Apsini rhetoris locus 230. 231
Aquila de simplici periodo dissentit ab Aristot. & Demetrio 19
Arabia tibia, & Arabius tibicen & chorus. 38
Arati locus 73
Archedemi definitio membri 34
Archilochi & Anacreontis versibus cur grande argumentum non possit tractari 6. 7
Areopagitæ, cur puerum coturnicibus oculos eruentem damnarint 115
argumentum 74
argumenta ab euidentia 36
argumentum Cic. oratoris ad Brutum proleg.
arida compositio 5
arida forma dicendi 206. In sententia quæ ibid. In locutione. 207. In compositione. ibi.
Aristippus reprehēsus à Platone cum studio decori 249. 250
Aristippea forma orationis 258
Aristophanis locus. 135. 143
Aristoteles de Iustitia quattuor scripsit lib. 29
Aristoteles formam epistolarem veriorem consecutus est. 203. demonstrationibus quomodo vsus in epistolis 204
Arist. Isocrati aduersatus est. proleg.
Arist. quomodo definierit membrum. 34
Aristotelis definitio periodi 12. 13
Arist. epistolæ ad Alexandrum longiores 205
Arist. loc. iii. Rhet. 190
Aristot. interpretes Græci magno studio conati sunt inscriptiones auctorib. suis asserere. Proleg.
Arist. librorum de arte dicendi præstātia. prol.
Artemonis sentētia de epistolari forma 196. ab hoc ipso descriptæ Aristotelis epist. ibid.
Artoxerxes cognomento Melior. 188
ascensus figura grauitati apta 234
Asiatici Græci iniquiores visi veris Græcis & cur 15
asper & durus transfertur etiam ad hominē 84
asperitas orationis aliquando magnitudinē parit 42. 48
asperitas soni vbi & quando gignit perspicuitatem 193. 194
asperitas vocis adiuuat amplam interdum orationem 100
asperum in oratione, multis in locis acre vehemensque est 215
assentatores alebant Athenienses 256
asyndeton & dialyton cur obscuritatem in orationem comportare soleant 170. quando, & vbi recipienda 172
Athenæi loc. 27
Attica lingua rotunda, popularis, & vrbanitatib. apta 158
aures perforare Lydorū & Afrorū institutū 126

B

BELLO vincere, & conuiuium struere cur eiusdem hominis esse dicebatur 61
blanditiæ inter amicos, conueniunt epist. 204

Bogacius

Boccacius poëticis locutionibus & exornationibus sæpe vtitur 109
Brasidæ Spartiatæ exemplum cohortandi ciues ad fortitudinem 96
breue quod est, grauius habetur, & mandatis dādis aptum 212
breuitatē in omnibus reb. amarūt Lacones. ibi.
breuiter dicta, suspicionem pariunt 213

C

CACOPHONIA alicubi grauitatem gignit 221
Cacozelon in quo, quibusue rebus maneat. 166
Cæcilius ante Lōginum scripsit περὶ ὕψους Prol.
Catalogi nauium apud Homerū consideratio 53
casu in eodem non manere, ampliorem interdū reddit orationem 62
Catonis orationes quales visæ Ciceroni 14
Catulli locus 101.123.128
Cephisodorus Atheniensis defendit Isocratē cōtra Aristot. Proleg.
Ceres sponte auxilio venit Græcis in pugna nauali ad Salamina 208
character dicendi tenuis & exilis. 169. quibus uocabulis constare debet ibid. & 170
choliambus versus quis & à quo inuentus. 210.
Christophorus Rufus 97
cicadæ in illis terris in quib. nullæ arbores sunt non nascuntur 96
cicadas humi cantare quid significet 213
Ciceronis epistola ad L. Lucceium quo charactere scripta 201
Ciceronis orator magnam similitudinē habet cum Demetrij libro. Proleg.
Cicer. orationis ad Quirites & pro Milone principium consideratur 18
M. T. Ciceronis loci considerati. De oratore 19. 99. lib. secundo. 135: 137. 139. 142. 144. lib. tertio. 38. 43. 60. 75. 79. 83. 98. In Oratore ad Brutū 54. 65. 68. 72. 89. 111. 163. 262. 266. In Bruto de claris orat. 842. 858. Epist. famil. 158. 247. Epist. ad Q. frat. 143. ad Atticum. 42. 99. 236. Oratione pro Cælio 134. 230. Cluentio. 33. M. Marcello 26. 33. Murena. 88. Milone 12. 18. 26. 242. Archia 175: 242. Q. Ligario. 238. 241. In L. Pisonem. 2. 107. 175. De respon. 23. P. Quintio. 234. S. Roscio. 236. 237. ad Quirit. post red. 18. In Verrē. 31. 101. 102. 228. In Antonium, & Philippicis 12. 88. 103. 109. 219. 229. 233. 236. 241. 265. De finib. bon. 22. Tuscul. 50.
Cic. locus. 170. 173. 179.
Cic. vrbanum ac salsum responsum ad Octauiū quendam 226
circuitus orationis 12. 30
circumactio, vehemens quiddam est. 214
circumductus in dicendo 46
circūscriptiones siue comprehensiones nō sunt in longitudinem porrigendę 180
Ti. Claudium quo nomine notarit Theodorus Gadareus 154
Clearchus Laconi a Ctesia ornatus. 188
clematis Aegyptia 153
Cleombrotum & Aristippum quomodo pstrinxerit Plato 249. 250.
Cleon 257
Cleophon 257. in hunc Plato comicus fabulam
Clresertam conuicijs docuit. 257
itarchus, & Clitarchum imitari 267
Clitipho falso Platoni adscriptus dialogus 252
cognomines res quæ 86
collatio poëtica 87
collationes cur non idoneę grauitati 236
comœdiæ origo penes Dores 152
comœdiæ antiquæ scopus 225
comœdia noua in trimetrum contracta est. 181
commoratio, quæ Græcis epimone, prodest plurimum ad grauitatem 242
compositio aspera interdum amplitudinem efficit. 48
compositio fracta 168
compositio frigida quæ 110
compositio inuenusta 262
compositionis breuis exempla 9
comprehēsionum siue periodorum creber vsus conuenit grauitati 220
concisa minutaque compositio quando fructū aliquem adfert 209
concisa oratio nonnunquam ampla, interdum contrà. 98
concisio graui formæ conuenit. 220
concursu vocalium quomodo utendum 64. & deinceps.
conduplicatio magnitudinem efficiens 63
coniunctiones quomodo magnificam compositionem faciant. 57
coniunctionibus expletiuis quomodo vtēdum in oratione grandi 53
coniunctiones non sunt exquisite reddendæ in ampla oratione 52. eædem sæpe tamen continuatæ ex ordine magnitudinem afferūt. 53
connexio in oratione magnitudinis sæpe causa 62. contraria dissolutioni. ibid.
consuetudo magistra translationum 84
consuetudo multa grauiter iunxit 237
contraria contrarijs opposita, paria, assimiliaq; verba in periodis fugienda 215
copulæ non sunt in orationem inferciendæ sine causa 56
copulæ sæpius repetitæ aliquando orationem reddunt grandiorem 53
Corax & Tisias primi ferè dicendi artem excoluerunt Proleg.
Cornelii Taciti locus 211
M. Crassus agelastos 124
Crateri Macedonis superbiam quomodo notauit Demetrius Phalereus. 251
Cratetis poëtica qualis 151. uersus quales 225
crepido 189
criminationes latentes similitudinem habēt venustarum 139
cruenta pecunia, & oratione cructare aliquē 109
Ctesias medicus & historicus quo tempore floruerit, quidue scripserit. 188
Ctesias à non nullis immerito accusatus 187. 189
poëta cur vocari possit 190
cura exquisita & nimia diligentia, minutū quiddam est 52
Cyclops Euripidis tragœdia cur in multis non probetur 150
cyclopis dictum de Vlysse deuorando 120. 117.
Cyclopi excæcato comparatus exercitus Macedonum mortuo Alexandro 246
cynica oratio omnis blandienti simul & mordēti similis 217
cynica ratio in castigandis vitijs 158

Cyri iunioris mortem Parysatidi matri nuntiatam artificiose descripsit Ctesias 190. 191

D

DANTES poëta Hetruscus quomodo vsus sit alicubi metaphora 81. 84
Dantis Aligerij laus 186.192.231
δὴ & νὺ copulis clausæ sententiæ grauitaté interdum gignunt 223
Demadis oratoris voces multæ acres ac vehementes. 244.247
Demadis dictum ad Athenienses de fama mortis Alexandri 245
Demetrius Pha. inscriptione hermenias quid spectarit Proleg. ornatum ac florens dicendi genus secutus est. Prol. qua forma dicendi usus. Proleg. quos claros viros Athenis audire potuerit Prol. quo tempore ad rép. accesserit. ibi. quando item Athenis discedere coactus. ibi. ad dicendi præcepta vsum addidit. ibi. quot ueras formas existimauerit dicédi. prol. tecté aduersatus Isocrati. Prol.
Demetrius quo tempore videtur scripsisse hunc librum. 69. & Proleg.
Demetrij loci qui in speciem sibi repugnare videbantur diligenter considerati 224
Deme. Pha. scopus in hoc suo libello quis. Prol.
Demetrij & ciceronis similitudo studiorum & vitæ instituti. proleg.
Demetrij præclara moniméta multa pierût. pl. an lib. περὶ ἑρμηνείας huius legimus sit partus. ibi.
Demosthenes ad eloquentiæ summum gradum peruenisse, adiutus lectione librorum Arist. de arte dicendi creditur. Proleg. Platonis mirificus amator fuit. ibi.
Demosth. locus. 81.20.31.49.70.77.78.99.100. 170.214.215.216.218.220.228.233. 234.235. 239. 240.141. 242.261.
Demosthenis locus non satis probatus à Demetrio 228
è Demosthenis loco quodam sublata quædam à veteribus grammaticis propter res fœdas suis nominibus expositas 265
deserta & inculta, & relicta. 51
dialogus & epistola an versentur in eadem dicendi forma 197
dialogi & epistolæ forma in multis persimilis. 196.197. & deinceps.
dialogica periodus 22
Dicæarchus 251
dicendi genera in historia qualia, & in dialogo, & item in oratione. Proleg.
dilogia, multum ualet ad orationem claram efficiendam 176
Dinarchus æqualis Demetrij. Prol. orationes cœpit scribere uiuente adhuc Demosthene quando Athenis coactus discedere.
Diogenis dictum in Olympiis. 225. ad puerum formosum. 226
Dionysius Corinthi 9. 98
Dionysius Syracusanus quomodo minatus sit Locrensibus. 96
Dionysium quomodo mendacij conuicerit Plato. 252
Dionysius Halicarnasseus de componendis nominibus librum scripsit. proleg. reprehendit eos qui nimium tribuerant Aristoteli in dicendi artis studio. prol.
Dionysius Longinus summum oratorem uidetur noluisse informare. proleg.
Dionysij Longini locus 87
dissipata oratio 265. 266
dissoluta locutio, quando locum habet 172. contentionibus apta. ibi. actionem excitat. ibid.
dissolutio, in oratione, simplicius quiddam est, & probi ingenij signum. 214
dissolutio maximé opifex grauitatis. 233
dissolutio in scriptione, obscurum quid sit. 129
dissolutio & repetitio sæpe coniunguntur à præstantiss. auctoribus 59. 60
dissolutum, aliquando grauitatem efficit. 263
distinguere ciceroni quid. 2
dithyrambum carmen. 75
dithyrambici poëtæ audaces in iungendis verbis. 130
dithyramborum mos in geminãdis uerbis. 109
dimissa locutio quæ. 24
diuitem hominem, sed bonarum artium rudem quomodo appellarit Diogenes. 154
diuitiæ orationis 103
Donati locus à macula uindicatus 121
Dores lata omnia loquuntur. 158
duæ res per vnam ostensæ uenustatis causa. 126
duplicatio 128
duplicatione quomodo paretur grauitas 231
duplicia, iunctaque nomina non conueniût notæ dicendi tenui. 170

E

ELEGANS ex compositione 159
elegantiæ humiliores ns. grauiores & dignitatis plenę 120
eloquentia maximé floruit: summoq; in honore fuit apud Gręcos & Latinos. proleg
eloquentia uiguit Athenis Demetrij temporibus. proleg.
eloquentia oratoris propria. proleg.
enthymema quid Demetrio 30.32
enthymema an species epiphonematos 103
enthymematis & periodi differentia 30
epanaphora, & dialysi res tenues aliquando amplificantur. 52
Ephori Cumani liber περὶ λέξεως 44
ephori cuiusdam Laconis seuerum exemplum in ciuem suum qui pila luserat 214
Epicharmi locus 24
Epicurus epistolæ conscribendæ leges non seruauit. 209
Epicurus imprudenter sæpe uersus in soluta oratione effudit 44
epiphonematis definitio 108
epistola debet esse magis expolita quàm dialogus. 197
epistola mores: animiq; imaginem uniuscuiusque exprimit 200. remota à nimia cura. 202
epistola, non recipit longiores periodos. ibid.
epistola lógissima quęq; optima visa cicer. ibi.
epistolę magnitudo côtrahéda, sicut locutio. 208
epistolæ materia propria quæ. 209
epistolæ scribendæ veram formam consecutus Aristoteles. ibi.
epistolæ pulchritudo quæ 204. stilus temperetur ex venusto, ac gracili 206

epistolæ nonnullæ Platonis, & Thucydidis iusto longiores. 201. 205
in Epistolis pro personarum ratione licebit aliquando mutare scribendi rationem 205
epistolaris nota eget tenuitate 196
epitheta videntur non nihil conferre ad grauitatem orationis 238
epithetis qui vti nescit, facile in frigoris vitium cadit. 109
euidentia ab iis quæ cõsequuntur res 192. ex nominibus factis 194
euidentia ad animos commouẽdos plurimum facit. 198
euidentia quibus ex rebus oriatur. 185. eiusdem descriptio 192
euidentiora in compositione secundo ac postremo loco ponenda 46
Euripidis locus 173.174
Eustathij interpretatio perpenditur 80
excandescentia non eget arte 27
excudere 124
exiles oratores ac tenues. proleg.
exiles res, tractandæ exiliter: amplæ amplè. 112

F

FABVLA tẽpestiuè usurpata, uenusta est. 148
facetiæ & acuta dicta, admonitionis ac sententiæ vicem interdum subeunt. 158
facta nomina gignunt euidentiam 194
facta nomina orationi granditatem afferunt 92 strepitibus similia. ibi.
falcatæ quadrigæ 99. falciferi currus. ibid.
feiotoæ apud Sacas pugnant 188
fictæ orationis laus 258. 260
figuræ insignes utandæ in tenui oratione. 184
figuris quomodo utendum 64
figuratum in oratione quid. 248. quomodo tractandum. ibi.
Flauii Sosipatri locus 55
formæ dicendi quot 35. 36
fluere & fluendi verbum metaphoricè sumptum 77. 235
Franciscus Maslouius Demetrium in Latinum uertit. 119
frigidum sæpe in ipso sensu 209
frigidum in oratione quomodo definierit Theophrastus 107. quot modis fiat 108
frigus orationis 7. 8
frigus in oratione comparatum iactãtiæ in moribus 112
frigus in sententia quando fit. 108. in locutione quando & quot modis. ibid. & 109 in iuncto uerbo in translatione, a linguis peregrinisq; vocib. ab epithetis, plixis, uel intẽpestiuis. ib.

G

GADARA vrbs. 207
gallos gallinaceus cur uel Medo, uel regi similis dicatur 143
Geloonis laus 254
geminatio euidentiam paris. 187
gemma in uite 85
gluten reipublicæ quid uocarit Demades. 247
Gnathonis parasiti etymon 144
Gobryas 96
Gorgiæ locutiones quales 13. 14. 17
Gorgiæ oratio qualis cum Athenas legatus missus esset 268
Gorgias putauit res paruas dicendo magnas debere effici. proleg.
Gorgias quomodo responderit Platoni 250
Gorgiæ, & Isocratis antitheta 29
gradatio, uehementi orationi apta 234
Græci prisci, membra orationis aptè coagmentare non didicerunt 14
grauitas è figuris quomodo nascitur 228. & deinceps
grauitas ex ioco admixto 224
grauitas orationis in quibus rebus cõsistat. 210
In sẽtẽtiis. ibi. In uerbis. 211. In cõpositione. 212
grauitatis proprium quid. 236
grauitatem efficit maximè, si id quod grauissimum est in fine collocetur 217
Gregorii Nazianzeni iudicium de epistola conscribenda 206
gripbus. 158
Gulielmus Sirletus. proleg.

H

HALCYONEM & lusciniolam carminib. suis ornauit Sappho 147
Hãmonius meminit inscriptionis Deme. plc.
Hãnonem cur damnarint Carthaginenses. 115.
Hecatæi locutiones quales 14
Heracleodorus acerbe reprehẽsus à Demosthene, & cur. proleg.
Heracliti Ephesii scripta cur obscuriora uisa. 170. 171
Hermias eunuchus à nonnullis tripraios uocatus 256
Hermogenis locus cõsideratur 25. 45. 66. 99. 107 265.
Hermogenes qua in re videatur dissentire à Demetrio 208. 210
Herod. cur male audierit à nonnullis Græcis. 15
Herodotus maximus amator Homeri 105
Herodoti historia quali locutione constet magna ex parte 14
Herodoti oratio an numerosa 160. 161
Herodoti scripta commendantur 36. 37
herous pes 48
hexametrum cur uocatum heroicum 181
Hieronymus peripateticus malitiosus animaduertit in Isocratem 44
Hieronis laus. 254. Hipponax. 122
Hipponax Ephesius choliambum inuenit. 220
Hipponax maledicus 263
Hippocrates in sententiis suis edendis amauit compositionem duram 171
historici prisci oĩa sua ponebant initio opis. 9
histrionica locutio. 172
historica periodus quæ. 20
histrionum studium adiuuantes animaduersiones 173
Homerus in fingẽdis nouis nominibus admodum felix. 92
Homeri libros cur recentiores vocarunt γεάμματα 60
Homericorum poematum laus. 168
Homeri locus. 24. 25. 47. 51. 53. 55. 56. 58. 59. 60. 62. 69. 79. 91. 100. 101. 104. 120. 171. 185. 186. 194. 221. 223. 227.
homonyma an eadem quæ translata 66
Horatius poëta fabulis sæpe usus 142
Horatii locus 52. 235
horrescere & inhorrescere mare. 79. 80
horti Nympharum 228

Hymenæi 122 hypallage 58
hyperbole 245
hyperbole cur vtantur comici poetæ 117
hyperbole complectitur ea quæ fieri non possunt 144. frigus excitat in oratione, atq; triplex est. 116. lepôrem gignit, præsertim in comœdiis 144
hyperbole per similitudinem, per exuperantiã, per id quod effici non potest 116
Hyperidis dictum de plebiscito à se scripto 246
Hystaspes quid responderit Aglaitadæ homini à stio alieno. 124

I

IAMBVS pes cur humilis dicatur 44
ex Iambis constat magna ex parte vulgaris oratio. ibi.
Ideæ Hermogeni quæ proleg.
imago in oratione quæ, & quomodo differat à translatione 77
imagine qui utitur, breuitati studere debet. 86
imagines in oratione sæpe venustatem habent 143 acrem orationem reddunt. 236
imaginibus sæpe vsus Cicero 78
imitatio omnis habet in se quiddã euidens. 194
imitatio praua in sententia quæ 166. in nominibus quæ 167. ex compositione 168
imitationis prauæ partes 166
incisa conueniunt orationi exili. 182. nonnunquam pro membris posita grauitatẽ orationi pariunt. 212
incisum 10. 11
inscriptiones librorum veræ ne an falsæ, plurimum referre. proleg.
inscriptiones libri Arist. & Demet. in quo differant. 2 interpretationis diuisio 1
interrogatio non nunq̃ grauitatem gignit. 241
intexere. 148. inuenusta cõpositio quæ 165
inuenustus dicendi character 264
Ioannis Casæ oratio perpenditur 88. eiusdẽ ingnis eruditio, & prstans iudiciũ pdicatur. ple.
Ion Delphici fani æditūus. 173 ipsissimus 94
Irus ab Homero descriptus 145
Isæi vitam scripsit Dionysius Halicarnasseus 113
Isocrates ab Aristo. notatus ne ... fidecus. prol. defensus à Cephisodoro. ibi.
Isocrates cauebat cõcursũ vocaliũ. 64. 65
Isocratis, & Aristo. simultates proleg.
Isocratis locutio qualis 13. 14
Isocrates, & Isocratici reformidabant concursum vocalium litterarum 261
Isocratis locus. 22. 23. 24. 43. 78
iterare verba superius prolata, nonnunq̃ facit ad dictionem reddendam planiorem. 176
iteratio euidentiam parit 187
Iulii Rufiniani locus emendatus 151
iuncta verba ad amplam orationem apta 89. & cur 90
iunctorum verborum creber vsus uitandus. 92
iunctura uerborum praua, frigidam efficit orationem. 109.

L

LACONES breuiloqui, & cur 8. 111. cur multa obscurè & allegoricè soleant dicere 98
lapathum laudauit Lælius 151
laudatio, increpationis uim obtinens quæ 150
Leonardus Vincius pictor 74
Leosthenis dictum de exercitu Macedonũ mortuo Alexandro 249
lepôres & venustates ex collatione. 132. ex immutatione consilii 134. ex verbo vel trãslatione 130. ex iuncto verbo & dithyrambico. ibi. ex uulgari uerbo. 131
lepôres in rebus qui 121. hos locutio facit venustiores 122
lepôrum ac uenustatum partitio 121
leuor in compositione uerborum, non est accomodatus grauitati 261
leuitatem orationis cur fugerit Thucydides 46
leuitas in ampla oratione parum probatur. 47
T. Liuii locus 80. 87. 115
literæ eædem concurrentes magnitudinem efficiunt 79
litterarum λ & ν suauitas 1 5
litterarum longarum, & diphthongarum concursus vitandus in tenui oratione 183
locos auctorum consideratos uel explicatos, uide in propriis ipsorum nominibus
locutio vel oratio perfecta quæ 16. 17
locutio in grãdi charactere qualis esse debet 74
locutionis genera quæ 14. 101
locutio tortuosa, & diuisa quæ. 14
Longini locus. 236. iudicium de Clitarcho 237
longitudo omnis magnifica 181
longa syllaba amplum quiddam habet 38. 39
Lucretii loc. 102. 105
luscinia. 122. lusciniola 123
lusciniolæ fabula Hesiodo quid 141
Lycurgus orator ex Platonis schola præstantior effectus proleg.
Lycophronis sophistæ oratio cur frigida iudicata 102
Lysias cur uenustissimus appellatus 142
Lysiæ oratoris uenustates. 119. falsum dictum in amatorem anus 227

M

MACHARION nominari ægre tulit Hermias Atarnei princeps, & cur 256
magnifica forma orationis. 35 37. in tribus consistit. ibid.
magnificentiæ præceptum an ad orationem apte transferatur. 38
magnificũ in oratione. 46. maledictio, 154
malum nullum paruum est 114
manus partitio quæ propria 3
marina ouis. 153
M. Marcelli prœliũ ad Nolã ornauit T. Liui⁹ 115
Marcellinus rhetor uitã Thucydidis scrip. 36. 56
membra in oratione. 1. membri definitio 34.
membra breuia quando locum habent 7. 8. longa, in quibus locum habent 6. opposita in nominib. 23. similia pariũ aliq̃ venustatẽ. 138
membrorum extremum in exili oratione quale debet esse. 183. legitima mensura quæ. 5
membrorum longitudines, magnitudinem efficiunt. 45. longitudo fugienda in tenui orationis forma. 181. orationis circunscriptio. 2. 3. 4
Menander qua ætate floruerit 182. in iudicium uocatus, & a quo liberatus. ibi.
metaphoram quomodo usurpet aliq̃ Arist. 86
metonymia 58
metra continentia collocare in soluta oratione frigidum est 111
Michaelis Sophiani laus 253
Mimorum poëtæ salsi ac dicaces 119
miraculum 147
mores prauos etiam paruos quisquis impune

tos

tos relinquit, maioribus sceleribus uiã aperit. 114
mysteria allegoriis dicebantur. 97. noctu tractari solita. ibid.

N

NARRATIONEM exordiri debemus vel à recto, uel ab accusandi casu 179
negligentiam plus prodesse quàm diligentiam quomodo intellexerit Theophrastus 196
Nicias pictor in quo statuit pingendi artem potissimum positam 73
Nireus formosissimus ab Homero describitur. 59. 60.
nomen asperum, compactum, leue, tumidũ. 157
nomina aspera magnitudinem aliquando in oratione pariunt. 48. pulchra quæ. 154. 155. 156. conuenire debent 238
nominum similitudo aliquando grandi orationi apta 100
in nominibus nouandis quid spectandum 93
nota locutiõis grauis, magnifica, ornata, tenuis. 35. 36. 169
notæ locutionis simplices quot 35
notæ melioris aut deterioris homines cur dicãtur. ibid.
notis ueris locutionis, propinquæ sunt notæ deprauatæ 107
nouæ comœdiæ auctores qui 182
noua comœdia uocata quæ. ibi.
noua noïa quot, & quibus modis fingi debẽt 93
numero elegans Plato 262
numeri antiqui qui. 214. fugiẽdi in oratione uehementi. ibid.
numeris ornatum dicendi genus, laudationib. quàm uituperationibus aptius 263
Nympharũ antrum ab Homero descriptũ 122

O

OBLIQVI casus multi, obscuritatem orationi adferunt 177. aliquando maiorẽ efficiunt orationem, quàm recti 99
obscura & extra consuetudinem posita, aliena sunt à persuadendo 195
obscuritas aliquibus in locis grauitas est. 221
omissione quomodo interdum fit grauitas. 128
orationis laudatæ forma quæ. 16. 17
oratores lenes ac moderati, graues ac uehementes. proleg.
oratorem summum & perfectum informauit Cicero. proleg.
oratorum diuersa dicendi genera. ibid.
oratoria periodus 20. 21
ordo in collocandis uerbis quis 49
ordo naturalis in uerbis collocandis seruandus est. 178
ordinis ratio habenda in uenustate. 127
Ouidii locus. 129. 133

P

PAEONICA cõpositio quomodo fit. 40. 44
pæanis species quot & quæ 37
pæonicum pedem cur in orationem recipere possumus 40
Panegyricus Isocratis cur ita uocatus. proleg.
Paphlagoni quid responsum à Myso de armata saltatrice 121
parasiti cuiusdam argutum dictum in regem auarum 143 Parthenis poëtæ 118
paruæ res an ample tractandæ 112
parua quo pacto fiant magna 114. 115
paruas res oportere dicendo facere magnas iudicauit Isocrates. proleg.
pathos quibus rationibus excitatur 29
Pau. Aemilius quo modo Amphipoli se exhilarauerit 61.
peccantẽ qua rõne laudabimus. 252
peregrina nomina quæ 93
Pericles ab Anaxagora institutus. proleg.
Periodus 11. 12. 30. quõ ab Arist. definiatur. 11. quibus vocib. Latinis exprimitur à Cicer. ibid.
periodus in uerborum constructione cõsistit. 31
periodus historica, & rhetorica 20. dialogica. 21 simplex quæ. & ex quibus constet. 18. magnifica, & honesta quæ. 19
periodi & enthymematis differentia 30
periodi breuiores, uel longissimæ quę. 17. 18 compositæ quales esse debent. 19. continẽtes, & longæ. 266. crebræ ac continuatę improbantur. 16. 17. in graui oratione debẽt esse crebræ & concisæ, bimembresq́. 220. multorum mẽbrorum periodi pulchritudinem potius, & elegantiã pariunt. ibid. in fine contortæ graui orationi aptiores. 214. ex oppositis mẽbris 22
periodi quot modis longæ fiant 266
periodorum genera quot. 20. mẽsura quæ. 17. 18 crebritas conuenit grauitati 219
Persarũ voracitas quomodo notata fuit hyperbolicẽ 117. 144
ad persuadendum aptum in duobus consistit, plano & usitato 195
Petrus Alcyonius fallitur 197
Pet. Victorii comm in lib. de arte dicẽdi Arist. 41. 57. in Arist. librũ de arte poetarũ. 75. 84. 86
Philippus cur Cyclopis appellationem ęgre audierit 255
Philippi Macedonis dicacitas in Phaniam Aetolorum legatum 150
Philisci iudicium de Lycurgo oratore. proleg.
Philisti Syracusani oratio qualis 177
Physiologia non congruit epistolis 203
Pierii Valeriani commẽtarii hieroglyphici: 69 pulcherrimus. 132 Pindari locus 59
pistillum exornatum, prouerbium 112
Plato ex Homeri fonte in suos sermones plures riuulos deduxit. 105. translationibus magis, q̃ imaginibus utitur. 77
Platonis acre dictum in Gorgiam Leõtinũ. 250
Platonis frequens auditor Demosthenes. prol.
Platonis numerus qualis. 262. scripta ampla, grauia, & uenusta. 36. 37. loci considerati. 6. 21. 50. 54. 162. 163. 164. 165. 182. 193. 200. 214. 230. 236. 249. 252.
Plautus hyperbole aliquando utitur. 117
Plauti loc. 123. Plutarchi locus 212. 228. 255
poëma intempestiuum, res frigida 121
poëtica qũo in solutã orationem inferenda. 105
poëtica ultra hexametrũ nõ extenditur 5. nõnulla diuisa, suauiora, q̃ q̃ synalœphã passa sũt. 67
Polycrates rhetor quænam argumẽta cepit tractanda 113
polypiros cur uocatus Demetrius. proleg.
portentum. 147 Praxiphanes 56
preces claudæ, & rugosæ Homero cur 8
primorum ac postremorum magis recordatio, quàm eorum quæ in medio orationis 39
principales copulæ quæ ueterib. grammaticis 55
principium dimidium totius 124

probis propinqua sunt quædam improba. 107.
probabile dicendi genus respuit verba eximia, tumida, 219; inflata 195. compositionem requirit stabilem. ibi.
prouerbium natura venusta res est. 140. quiddã populare & commune 204
prouerbia multa ex hyperbolis ducta. 144. 145
prosopopœia comparatur interdũ grauitas 229
pusana. 247. pulchritudo nominis 154
purpurea veste indui, regnum verus institutũ 252
Pytho Byzantius orator inuectus est in Athenienses 77

Q

QVADRIGAE faleatæ 99
Quintiliani locus 31. 34. 41. 49. 67. 79. 83. 92. 156. 243
Quintiliani sentẽtia de collatione pp̃editur 88
Quo suasit quidã ut Victoriæ aureæ in usus belli transferentur.

R

RATIONES regendi sensum animi. 252. 253. & deinceps.
reges, reginæque & opulenti homines ægrè ferunt reprehensiones 254. quo pacto admonẽdi vel exhortandi. ibi.
relatio venustatem & leporẽ interdũ gignit 129
repetitio 232
repetitio non nunquam euidentiam facit 187
repetitione, & dissolutione res exiguæ non nunquam amplificantur 59
replicatio ad res exacerbandas inuenta. 128. non nũquam gratiam orationi adferre solet. ibi.
res acerbæ ac graues pariunt acrem formã. 265
res iniucundæ & tristes, artificio dicentis fiunt lętæ ac iucundæ 123
reticentia seu taciturnitas conuenit grauitati. 98. 220. 229.
ridiculi ac venusti differentia 145. & 146
ridicula ac sales, morum declarationem quandam habent 152
ridiculis uti, quando & quibus locis, etiam prudentibus concessum 150
risus tragœdię inimicus 149
rotunda ædificia, firmiora. 15
Rufiniani sententia de epiphonemate 108
P. Rutilii locus de figuris expenditur 230

S

SACRA Atheniensium cur obscure exponebantur 97
Sallustium cur aridum in compositione nõ nulli putarint 209
Samothraciæ insulæ etymon 52
Samothracica oratio Antiphontis. ibi.
sandalium 247
Sappho laudata à Platone, & Demetrio. 118. 147.
Sappho qua in re similis Socrati 148
Sapphonis poesis 122
satyrę & comœdiæ, venustatem & risum recipiunt 149
Scaligeri libri de arte poetarum 2
schemata quæ Græci, quibus vocibus Latinis reddidit Cicero. 58
Scytharum principum dona missa Darioq. 96
à Scythis oratio, prouerb. 191
sed coniunctio, initiis sententiarum apta 55
segetes lætę 85. semimetra 1
senes cur prolixi in sermone. 8 9
sententia 103. 104 Siculi faceti, & acuti 158
signa in publicis uiis 181
similitudo nominum nonnihil confert ad amplam orationem 100
simili crebrò utitur Demetr. in probationib. 1
similiter desinentia quæ. 26. eorundem vitia. 27. 28 29
Sisyphi laborem in trudendo saxo propemodũ uersus cõpositione adæquauit Homer. 69. 70
sitire agros 85
Socratica forma. 259. hanc maximè imitati Aeschines, & Plato. ibi.
soluta oratio cur uocata, cum tamen partibus membrisque uincta sit. proleg.
solutiones crebræ non congruunt epistolis. 199
sophismata & acutæ disputationes non sunt argumenta epistolæ. 203
Sophistæ philosophis inuisi. proleg.
Sophoclis locus 24. 63. 75. 255
Sophronis Mimi 119
Sophronis uenusta collatio 133
Sotadis studium in coagmentandis uersib. quale. 168. & 169
Sotadea carmina 168
Stryaglius Medus Sacida ex equo deiecit 188
suauitates & elegantiæ orationis 118
supplicandi, & deflendi ratio prolixa 8. 9
syllaba longa, conuenit amplitudini 38. 39
symbola cur grauitatem habeant 213

T

TANQVAM 15
Telauges sermo Aeschinis Socratici. 253.
Teleboas fluuius 7. 113
Telemachi factum astutum de remouendis armis 102
Telesphorus Menandrum in iudicium uocatũ liberauit 182 tenthredo 267
tenuis exilisque nota dicendi 169
tenui in nota dicendi non sunt cuncta accuratè prolixeque exponenda 196
Terentiani locus ex Homero expressus 222
Terentii locus 187
Themistocles suasit Atheniensib. ut urbem apud deos deponerent 243
Theonis Sophistæ locus. 43. 44. 90. 171. 176. 249
Theophrasti locus 40
Theophylactus librum περὶ ἑρμηνείας à Demetrio Phalereo scriptum agnoscit ac laudat. proleg.
Theopompus in historias suas maledictis refertis Philippum Macedonem uexauit, & Athenienses, ipsumque Demosthenem. ibi. in grauis dicẽdus 72. in cõsectandis similiter desinentib. nimius. 27. nimio ineptoque studio grauitatem consectatus in frigus incidit. 215
Theocritum Chium cur interficiendum iusserat Antigonus 255
Thersites 145
Thucydides cur leuitatem orationis non sit cõsectatus. 48. multo prudẽtius Herodoto poëtica usurpauit. 106
Thucydidi quid potissimum grauitatem, & amplitudinem conciliarit 39. 40
Thucydidis locus. 24. 26. 38. 39. 44. 45. 62. 63. 70. 106. 178. 183.
Timæus in historiis suis maledicus. 211
Timandra mulier impudica 264. 265
Tisias & Corax ferè primi qui dicendi artem

exco-

excoluerunt. proleg.
tortuosa locutio quæ 14
translatio Aristoteli optima quæ 78
trăslatio apta, in aliquibus propriorum sedem occupauit. 85. à maioribus rebus ad minores traducenda 82
translationis & imaginis differentia 77
translationes aliquando ipsis propriis planiores. 79. admotis epithetis muniendæ. 85. in grandi oratione quales esse debent 75. eædē nō semper conuertuntur. 76
translationes quædam tenuitatem efficiunt. 81.
translationum magistra consuetudo 84
translationibus crebris utens Plato à nō nullis reprehensus
translationibus utendum non longe ductis. 75
trimetris membris utemur in tenui orationis forma. 182
trimetra apta comœdiæ nouę 181
tumidum nomen quod 157

V

VARIETAS uariaque dicendi genera unde nata. proleg.
M Varronis locus 123.256
venustę res, verbis sæpe insuauiores vidētur 167
venustates, ē quibus locis ducantur. 125. ex concisa oratione. ibi.
venustates in rebus ex prouerbio ductæ 140. ex timore immutato. 142. ex hyperbolis. 144
venustates maiores & minores. 118. & deinceps.
venustates & lepôres à versu alieno 135
venustatibus ac lepôribus quō vsus Homer. 120
venusti & ridiculi differētia. 145. 146. & deinceps
verba quę nam, & qualia grauitatem adferunt orationi. 235. à communi cōsuetudine remota, & translata, ampla & magnifica sunt. 169
bene sonantia quæ 156
verbo iuncto grauitas efficitur 237
verborum concinna collocatio in oratione, cū ferculorum in conuiuiis apta constructione confertur 60.61
veritatem in oratione quid appellarit Deme. 89
versus speciem aliquando habet oratio Platonis & Xenophontis 160
ex versibus quomodo venusta compositio, & suauis in oratione texenda. ibi.
violentia in compositione, grauitatē efficit. 215
Virgilii locus 52. 102. 120. 186. 187. 193
virtutibus vitia aliquando proxima 107
vitiosa nota, propinqua graui. 264
vocabula aspera quæ 49
vocabula facta, in exili oratione locum non habent. 170 vocabula splendida 256
vocalium concursu quatenus utendum 64
vocalibus septem sacerdotes Aegyptii celebrāt deos 68
vocalium concursum uitauit Isocrates 64
vocis asperitas in oratione grandi 100
vtilitas libelli Phalerei. proleg.

X

XENIVM Cyclopis, prouerb. 120
Xenophon imaginibus potius quàm trāslationibus vtitur. 77. quō lepôrib. admixta acerbitate usus sit. 121
Xenophontis scripta cōmendantur ab amplitudine, grauitate, & venustate. 36. 37. loci considerati. 4. 7. 20. 82. 86. 91. 95. 99. 113. 122. 123. 125. 127. 139. 177

Z

Zenō Cytieus cur appellatus clematis Aegyptia 154

GRAECARVM VOCVM
INDEX.

Ἀγέλαστε 124
ἀηδὼν 122
ἀηδῶς ἀκού
αἰθρίζειν 254
αἰαῖ 55.56
αἰαῖα 66
αἰδὼς, αἰσχύνη 107
ἀκριβολογία 187
ἀκρόχειρον 3
ἀκμὴ 55
ἀλαζονεία, καὶ ἀλαζὼν 112
ἀλληγορία 95. 136
ἀμοιβαῖος σύνθεσις 64
ἀμφίκλος 106
ἀμφιβολία 174
ἀναγεγράφθαι 197
ἀναγωγία 152
ἀναδιπλασιασμὸς. 176. 231
ἀναδίπλωσις. 128. 231
ἀνθεπλάσις μίνθος
ἀνεγχέουσα 63
ἀνακολουθία 138
ἀνάπαυλα 47
ἀνάπαυσις, καὶ ἀναπαυ ἀσίμενον τῶν λόγων 2
ἀνάποδα 143
ἀνατρέψαι ναῷ 163
ἀναφορὰ 189. 232
ἀνθρωπόμορφοι 27
ἀνθυπαλλαγὴ 58
ἀντίθεσις 152. 153
ἀντίσημοι 218
ἀντίθετα καὶ ἀντίστροφα 23
ἀνωμαλία λόγου. 64
ἁπλῶς καὶ ἀφελῶς περὶ ἔθει 18
ἀποκαρτερῶν 188
ἀπόθεσις 182. 5
ἀποσιώπησις. 98. 221. 229
ἀπαυδηκότες 108
ἀρχαῖα, τὰ 52
ἀριθμὸς 42. 43
ἀρχὴν 76
ἀσίμενον 168
ἀσύνδετον 171. 232
ἀσχημάτιστον 64
ἀστεῖα 93. 207
αὐτέτης 131
αὐτόθεν 32
αὐτόκλητος 208
αὐτοφυῆ 28
ἀφρόντιστον 262
ἄχαρις χαρακτὴρ 264

B

βάρβαρον 133
βία 215
βακχεῖον 3

Γ

γελοῖα 102
γελοῖον 145. 148
γυναῖκα 136
γλίσχρον 126
γλαφυρὸς λόγος 118
γλαφυρὸς χαρακτὴρ 35. 36.
γνώμη 104
γνῶμαι 11
γράμματα τρίμορφα καὶ ὠχρὰ 109

Δ

δεινὸς χαρακτὴρ 35. 36
δεινότης 7. 8. 121
δεινότης καὶ δεινὸς, 210
δεινοῦς 211
δεῖξαι 173
διὰ 53. κριτικῆς συνθ...
ὅμως 54. 55
διαβάτης 137
διαιρεῖν καὶ διακρίνειν 20
διαλογικαὶ περίοδοι 28

διάλυσις 59
διάλυσις, διαλυτόν. 232 233
διάῤῥιψις καὶ διασπασμὸς λόγου 64
διαπάττειν 58
διεβιβάσατο 238
διέφυγεν 238
διῃρημένη ἑρμηνεία. 13 14
διανοία 99. 176. 177
Διονύσιος ὁ Κορίνθιος. 9
διορίζειν 2
δρᾶμα 60
δριμυτηροφόρα ὀνόματα 99
δυσφωνία 48

E

ἔθος 21
εἰκάζειν 96
εἰκαιοβουλία 253
εἰκαιολογία 253
εἰκασία 77
εἱρμὸς 161
εἰρομένη ἑρμηνεία 16
ἐκπλήττειν 260
ἐκπληκτικὸν 245
ἔκτασις καὶ ἐκτείνειν 183
ἐκτρέπεται 124
ἐλελίζεσθαι, καὶ ἐλελίζειν 94 95
ἐλεφαντικὸς 94
ἔμμετρον 43
ἐνάργεια 185
ἐνοχλεῖν, καὶ ἐνοχλοῦσι σοφιστικαὶ 207
ἐξαίρεσθαι 239.240
ἐξέκοψε, ἐξεῖλκε 238
ἐπαμφοτερίζειν 253
ἐπανάληψις 63.175
ἐπαναφορὰ 59.232
ἔπη, τὰ 37
ἐπιφωνήματα 102
ἐπικερτόμημα 105
ἐπιλαμβάνεσθαι 80
ἐπιλέγεσθαι 32
ἐπίλογος 32
ἐπιμονὴ 242.243
ἐπιπληκτικὸν 213
ἐπιτιμητικὸν 260
ἐπιφώνημα 100
ἑρμόπλαστος 199
ἑρμηνεία λογικὴ 2
ἑρμηνεία κατεστραμμένη καὶ διῃρημένη, καὶ ἡ κώλοις 16
ἑρμηνείας διαίρεσις 1.13. 14
ἐρεύγεσθαι 42.43
ἐρωδιὸς 141
ἐσχηματισμένοι λόγοι 248
ἐτρύπησε 238
εὔδιον 99
εὔιος 66
εὐπαγὴς 156.157
εὔπλαστος 152
εὔρυθμον, καὶ εὐρυθμία 42 43
εὐσταλὴς 16
εὐτράπελος 153
εὐτραπελία 154
εὐφημισμὸς 243
εὐφωνία 66
εὔχαρι 145.146
εὐχάριτος 149

H

[illegible] 181
ἠδύχροον 168
ἥλιος 67
ἡμίμετρα 1. 2
ἡνίοχος 75
ἦπιον 51
ἠχώδης 262
ἠχώδης σύνθεσις 64.65

Θ

θέσαι ἀντὶ θέσθαι. 133
θαῦμα 147
θύλακος 151

I

ἴαμβος ἁπλοῦς τίς 43
ἰσόκωλα 25
ἴσον καὶ πάρισον 25
ἱστορικὴ περίοδος 20
ἰσχνὸς χαρακτὴρ 35.36 169
ἴσως 67

K

καθάπερ 2. 15
κακόζηλον, κακοζηλία 166 209
κακοφωνία 215.222
κακοτεχνία 216
καλοκαγαθία 226
καλὸν 154
κάμπτω 12
κεστὸν 85
καταληκτικὸς παίων 37 38
κατάπληξις 42
κατακλεῖν καὶ κατέχειν 50
κατεστραμμένη ἑρμηνεία 13.14
κεκραγὼς 49
κέρματα, καὶ κεκερματισμένη σύνθεσις 5.6
κιναιδεῖ, καὶ κιναιδεῦσαι 94
κλᾶσθαι 168
κλαυσίγελως 29
κλεὶς 85
κλῖμαξ 234
κλόνος, καὶ κλονεῖσθαι. 79
κόλουσις 107
κόμμα 10.11.209
κόπτειν 244
κρίβανος 142
κτεὶς 85
κυβερνήτης 75
κυβιστᾶν 143
κῶλα 1
κῶλα παρόμοια 24

Λ

λακτίζειν 192
λάπτειν 194. λάπτοντες 92
λείβειν 50
λειότης 261.263
λεκάνη, καὶ λεκανὶς 264
λευκὴ φωνὴ 84
λιταὶ 8. 9
λόγιος 37
λόγιος χαρακτὴρ 37
λόγος 90
λόγος πνίγων τὸν λέγοντα 2

M

μεγαλεῖον 55.62
μεγαλοπρεπὴς λόγου 45
μεγαλοπρεπὴς περίοδος 19
μεγαλοπρεπὴς χαρακτὴρ 35.37
μεθαρμόζεσθαι 165
μειλίγματα 87
μέλαθρον 134
μελανοπτερύγων. 130.131
μελανόπτερος ἦν 131
μέλισμα 71
μελισμὸς 71
μεσάζειν 79
μεταφυτεύσαι 259
μεταφορὰ κατ᾽ ἐνέργειαν καλουμένη 78.80
μεταφοραὶ ἐκ τοῦ ἀνάλογον, καὶ ἐκ τοῦ ὁμοίου. 76
μεταφοραὶ τοῖς λόγοις ἡδονὴν συμβάλλονται καὶ μέγεθος 75
μέτρα κεκλασμένα 168
μινυρίζειν 163.164
μονόκωλοι περίοδοι 18
μονώτης 131. μονώτατος 132
μόρια 137
μυγμοὶ 56
μύουρον 222

N

ν 53
νύμφη 128

Ξ

ξίφη 16
ξηροκακοζηλία 210
ξηρὸς χαρακτὴρ 206
ξέουσα 16

O

ὄγκος, ὀγκηρὸν. 82.100 184
ᾠὸν 172
οἴχεσθαι 198
ὀκλάζειν 73
ὁμοιοτέλευτα 26.232
ὁμώνυμα, καὶ ὁμωνυμία 86
ὀχυρὸς 91
ὀνόματα πεποιημένα 92. μὴ ὠνομασμένα 93
ὀνόματα σύνθετα 89
ὀρέων ἀντὶ ὀρῶν ποιητικὸν 67
ὀρθὸς 111
ὀρθότης 99
οὔτιν πύματον ἔδομαι 120.227
ὀφθαλμὸς ἀμπέλου 84

Π

παλιλλογία 63.176
παρὰ προσδοκίαν χάρις 137
παραβολαὶ 236
παράληψις 228
παρέξυσμα 54

παρεμπτῶξ 237
παρέχομεν 135
παρένθεσις 176
παρίσωσις 25
παροιμία 140
παρόμοια κῶλα. 24.25. 138.
παρωνομασία ὀνόματα 92
πάθη 107
πάθη ἀγωγὸν 46.2 4
περιξένος 16
περίοδος 11. 12.30
περίοδοι ἁπλαῖ μονόκω- λοι καὶ τρίκωλοι 18
περιέξεως 106
περιαστηρία 216
πῖλος 153
πῆχυς 3
πλάσιν καὶ πλάσματος. 195.196
πλάγιο, πλαγιασμὸ 99
πλαταιὰς 24
πλάσμα 158
πλάτεσιν 39
πλὴν ἀνακάζειν, ἢ πλα- δονὰν 136
πολυαχία 71
πρέπος 27
πρέπον 53
πρᾶος ξένος 254
προσώπων ἀρκτικὸς πάθος 37. 38
προσαπόδοσις 57
προσφώνημα 54
προσφυῶς, καὶ προσφυ- ῶμα 104
προσωποποιΐα 229
πρόχειρον 226
πίδαξ 108
πῦρ 80

Ρ

ῥέγχεσθαι 49
ῥητορικὴ περίοδος 20
ῥυθμὸς 259

Σ

σαίνειν 227
σχετικὰ ῥήματα 157
σεμνὸν καὶ σεμνῶς 42
σεμνὴ περίοδος 19
σεμνοῦσα ῥήματα 185
σίζει 92
σκαφίτης 93
σκυτάλη 6
σκώμματα. 119 153.154
σπάργα, καὶ σπαργανῶ. 10
στρατηγὸς 76
στρογγύλον καὶ ἀστρογγύλον εἶναι 216
σύγκρουσις καὶ συγκρού- ειν 65.184
σύμπλεξις καὶ συμπλέ- ξαι 65.184
συναθροισμὸς 233
συναλοιφὰ 68
συνάπτειν 262
συνάφεια ἀντίκειται τῇ λύ- σει 61
σύνεσις 213
συνέχεια 111
συνέχεια γραμμάτων 65
συνέχεσθαι συμφώνοις 66
σύνθεσις 110
σύνθεσις ἀμουσοτέρα, καὶ λειοτέρα 64
σύνθεσις ἀποκεκαμμένη καὶ ὅσα ἔστα, καὶ κλί- νουσα τοῦ διακοσμή- τικῶν ἀθύμωσαι 209
σύνθεσις βεβαιοῦσα 195
σύνθεσις ξηρὰ καὶ κεκερ- ματισμένη 5
σύνθετα ὀνόματα 89
σφίγγειν 214
σφόνδυλος 85
σχήματα 128. 235
σχήματα λέξεως, εἶδος τῆ συνθέσεως 57
σωλῆνες 137
σωφροσύνη 147

Τ

ταπείνωσις 83
τάσσειν τὰ ὀνόματα πῶς χρὴ 49
τίκτειν 50
τηλαυγὴς 151
τὸ καὶ τὸ 57
τραπέζουσαι 108
τρίλοφα 102
τρίκωλοι περίοδοι 18

Υ

ὑπερβολὴ 116
ὑπέρμετρον 111
ὑπόθεσις 74
ὑποθήκη 258
ὑπονοούμενον, ἢ ὑπόνοια 221

Φ

φαληριῶντα 78
φεῦ 55. 56
φιλοφρόνησις, ὑπόθεσις ἐπιστολῆς 204
φλοιώδης Κλείταρχος 267
φόρμιγξ ἄχορδος 83
φρίκη 80
φρίξαι μάχην 79.80
φράγμα 218
φυγὴ 198

Χ

χαμαιτύπη 237
χαρακτῆρες. 35. & ple.
χαριεστάτως 164
χάριτες 119.121.205
χαριεντίζεσθαι 130
χαριεντισμὸς 119
χεὶρ 3. 240
χρεία 151
χρήσιμα τὰ 52
χρυσονεία 2 4

Ψ

ψίαθος 264
ψυχρὸν λόγον 107

Ω

ὦτος, ὅτι ἐβάδιτο 245.
ὠρχεῖτο 188
ὥσπερ 15. 87

Series Chartarum.

a b A B C D E F G H I K L M N O P Q R
S T V X Y Z AA

Omnes sunt Terniones, præter b Z AA Duerniones.

Impressum Florentiæ, apud hæredes Bernardi Iuntæ.
Anno Domini M D L X I I.

NIL·CANDIDIVS